E DOTTORI

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
164
A
17
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

DIVI PETRI CHRYSOLOGI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS SERMONES NVNC PRIMVM IN VVLGVS EDITI.

M. D. XXXIIII.

Cum priuilegio Clementis. VII. Pont. Max. ad ſeptennium.

Digitized by Google

Digitized by Google

AMPLISSIMO. S. R. E. CARD.
D. D. HERCVLI GONZAGAE
Titulo Sanctæ Mariæ Nouæ,
Canonici ordinis Lateranēſis
Patrono benemerētiſſimo,
Agapitus Vicentinus
eiuſdem ordinis
Rector
S. P. D.

IAM LAVDABILIS PROFECTO, atq; expetenda Beneficentiæ uirtus eſt clariſſime Antiſtes, quam cōtra turpe, atq; execrandum Auaritiæ crimen ueriſſime cēſetur. Quod uel hinc facillime perſpici poteſt: quia quemadmodum eos, qui dum ſe ſe non tam ſibi, quam patriæ, quā cognatis, quam amicis in lucem editos animo reputant, non modo curam omnem, atq; induſtriam, uerū etiam copias, ac facultates uniuerſas ad publicam bonorum utilitatem cōferunt, omni penitus laude dignos exiſtimamus: ita ii qui propter immoderatam quandā habēdi cupiditatē, totius interim iuſtitiæ, atq; humanita-

tis immemores,conditis,defoſſiſq; theſauris,ſibi tantum ſtudent,ſuaſq; res tantū agunt,ut inhumani , ut immanes,ut feri,et infamiæ notas ſubire, et in oīum hominum ſermonē,ac uituperationē uenire merito ſolent:quippe qui uel partis diuitiis,uel inuentis opibus incubantes ita parcant,ut nec ſibi ipſis ſatis commodi ſint : nec cum iis quibus maxime prodeſſe debeant ea communicent.Quo fit,ut cum mihi quoque e Bononia Rauēnam regreſſo non poſt multos hos dies,quam a beatiſſimo CLEMENTE.VII.Pōt. Max. inuictiſſimus Imp. CAROLVS.V.inaudita quadam adhuc,ac pene diuina felicitate imperii ſui inſignia,ornamentaq; ſuſcepit,ſanctiſſimi pariter,ac eloquētiſſimi uiri PETRI CHRYSOLOGI Rauennatis Archiēpi Sermones quamplurimi omni certe auro,gēmiſq; pretioſiſſimis longe p̄tioſiores in manus uenerint , non iniuria in idem auaritiæ crimen uocandus iudicarer , ſi aut diutius clariſſimis rebus tenebras obduci permitterem:aut noſtros homines tam excellentis ingenii monimentis nō ſine magno eorū incōmodo, detrimentoq; ſpoliatos , atq; orbatos æquo animo ſuſtinerem: cum præſertim,ut quidam inquit ſapiens,non plus utilitatis afferat hominum generi abſcōdita ſapientia , quam aut gemmæ reconditæ,aut inuiſus,defoſſuſq; theſaurus . Nā quis obſecro lucernæ eſſet uſus? quod commodum? quæ utilitas? ſi quemadmodum a CHRISTO Deo Opt. Max.proditum eſt,ſub modio,aut lecto , et nō ſuper candelabrum collocaretur? ita enim natura comparatum eſt,uti res egregiæ quanto latius patent , tāto magnificentius naturæ ſuæ bonitatem mortalibus præ ſe ferant.Itaq; ne ab iis qui ſacris literis operam,

Digitized by Google

ac ſtudium dicarunt, aut illiberalis, aut inhumanus haberi iure poſſim, ſed potius ut quantum in me eſt, non ſolum mihi, ſed etiam aliis proſim, eos nunc demum Chryſologi Sermones in publicum proferre ſtatui: quandoquidem in his nihil non eruditum, nõ excellens, non abſolutum offendas. Tanta eſt enim huiuſce uiri diuinarum omnium, humanarũq; rerũ cognitio, tamq; incredibilis, ac propemodũ diuina dicendi uis, tantaq; copia, ut neminem ſatis admiraturum putem, cum eum uiderit aureũ illud eloquentiæ flumen effundentem: nam ſiue occulta, atq; abdita diuinorum oraculorum ſenſa conetur explicare: quis hoc homine ſubtilior? ſiue cæleſtis, ac ſalutaris diſciplinæ uelit rationes reddere: quis illo ſcientior? aut ad uirtutem cohortari cupiat: quis ardētior? aut a uitiis reuocare ſtudeat: quis acrior? deniq; uel claros uiros contendat in cælum laudibus efferre: quis grauior? uel in improbos inuehi: quis uehementior? unde non immerito CHRYSOLOGVS a noſtris et habitus eſt, & nominatus. Cuius tamen in perpugandis, ac potius inſtaurandis hiſce ſermonibus, incredibile dictu eſt, quãtum laboris ſuſceperim: propterea quod is codex quem principio nacti fuimus, proximorum ſæculorum inſcitia quadam quaſi rubigine ita cum fœdatus erat, tum mancus, ut nulla ferme in eo pars integra, atq; incorrupta reperiretur: uerũ nos quantũ ex antiquorũ exẽplarium collatione aſſequi potuimus, opem, auxiliumq; afferre conati ſumus. Qua re effectum eſt, niſi mea me fallit opinio, ut diſertiſſimi huiuſce uiri ſcripta in priſtinum iam fere nitorem, nõnullis tamen exceptis, reſtituta ſint. Atq; ea nos quidem multis de cauſis Antiſtes ornatiſſime

Digitized by Google

amplitudini tuæ iure optimo nũcupauimus: uel qđ iter Chriſtianæ Reip. optimates humanitate,ac pru/dentia pares quidé paucos,ſuperiorem certe habeas neminem:uel ꝙ his Chriſtianæ philoſophiæ ſcripto ribus,qui ſapientiam cum eloquentia cõiunxerunt, potiſſimum oblectari ſoleas: ſiue etiam ut præclara huiuſce ſanctiſſimi Põtificis monimenta,ampliſſimi itidem Præſidis titulo commendata in lucem, atq; in apertum emanarent:deinde ut hac quoq; ratione meam erga te,uel ordinis potius noſtri, cuius tu pa/trocinium,ac defenſioné pro tua pietate ſuſcepiſti, obſeruãtiam,ac fidem perenni literarum memoria conſecrarem.Quam ob rem tuæ iam demum digni tatis partes erunt Antiſtes integerrime, atq; huma/niſſime,has noſtras uigilias ea frontis hilaritate,qua me ipſum ſoles,excipere: atq; æqui,boniq; facere :ut eum laboré quem in tam eximii operis emiſſione cũ ad cõmune Chriſtianæ religiõnis emolumẽtũ, tum etiam ad tui nomini gloriam ſempiternam ſubiui/mus,non fruſtra a nobis ſuſceptum fuiſſe ſtudioſi ſa crarum rerũ,ac ueræ pietatis amatores intelligant. Vale: teq; nobis, ac toti Chriſtianæ Reip. iuuandæ CHRISTVS Deus Opt.Max.diu ſeruet incolumem. VI. Non. Martii. M. D. XXXIIII. Rauennæ.

Digitized by Google

DIVI PETRI CHRYSOLOGI VITA EX CERTIS AVCTORIB. CONQVISITA, ET COLLECTA.

PETRVS CHRYSOLOGVS in foro Cornelii, quod Imolam uocant, honeſtis parentibus natus, a Diuo Cornelio illius ciuitatis Epiſcopo nō modo ſanctiſſimis moribus, ac diſciplinis optime inſtitutus, ſed etiam ſacris altaribus oblatus eſt, ac conſecratus: nec ita multo poſt beatiſſimo Sixto. I I I. Pont. Max. a Deo præmonſtratus Eccleſiæ Rauennatis. X X I I. Archiepiſcopus adlegitur. Hic uir omni genere laudis excellens duobus Conciliis, quorum alterum Rauennæ, Romæ alterū Cælii Symmachi Pont. Max. itemq; Theodorici Oſtrogothorū regis iuſſu indictum eſt, interfuit: ſubſcripſitq;. Ad Chalcedonenſem præterea ſynodum aduerſus Eutychen hæreticū literas dedit, quæ adhuc extant. At uero quantū aurea quadam ingenii, atq; eloquentiæ ubertate præſtiterit, unde et Chryſologi cognomen cōſecutus eſt, ex eius orationibus facillime exiſtimari licet: quæ et uerbis, et rebus illuſtribus refertæ amplius CLXXVI, quas quidem adhuc iuenerim, et legerim, feruntur. Is quum Pontificio munere annos circiter LX præſtātiſſime perfunctus eſſet, apud Forocorneliēſes. IIII. Non. Decemb. exceſſit e uita, anno fere. D. poſt natū humanæ gentis Seruatorem IESVM CHRISTVM. Sepultus eſt autem iuxta corpus glorioſi martyris Caſſiani: atq; uno omniū cōſenſu īter Diuos relatus: cui etiā anniuerſarii honores in teſtimoniū uitæ pie, ſancteq; tranſactæ decreti ſunt.

Digitized by Google

IOHANNES TRITEMIVS LIBRO DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIB.

PETRVS Epiſcopus Rauennas uir eruditus,atq; ſanctiſſimus,i uita multis coruſcans miraculis, in declamandis Homiliis ad populum excellentis ingenii fuit:multoſq; tam uerbo,quam exemplo ad ueritatis tramitē conuertit.Multa ſcripſit pro ædificatione fidelium:de quibus feruntur.

Sermones,& Homiliæ plures. Lib.i.

Ad Eutychen Epiſtola quæ incipit.

Triſtis legi triſtes literas.

Scripſit etiam Epiſtolas alias.

Claruit ſub Martiano Auguſto:anno Dñi.cccel.

Digitized by Google

D.Petri Chryſologi Sermonum Index,eo ordine quo in uetuſtis codicibus habentur.

De duobus filiis prodigo,& frugi.	Sermo. i.
De eiſdem.	Sermo. ii.
De eiſdem.	Sermo. iii.
De eiſdem.	Sermo. iiii.
De eiſdem.	Sermo. v.
In Pſalmum.xcix.	Sermo. vi.
In illud Matthæi.Cũ ieiunatis nolite fieri ſi-cut hypocritæ triſtes:etc.et de Hypocriſi.	Sermo, vii.
De Ieiunio,et Eleemoſyna.	Sermo. viii.
In illud Matthæi.Attẽdite ne iuſtitiã uſtam faciatis corã hoĩb.etc.et de Eleemoſyna.	Sermo. ix.
In Pſalmum.xxviii.	Sermo. x.
De ieiunio,et tentationibus CHRISTI.	Sermo. xi.
De eiſdem.	Sermo. xii.
De eiſdem.	Sermo. xiii.
In Pſalmum.xl.	Sermo. xiiii.
De Centurione.	Sermo. xv.
De duobus Dæmoniacis.	Sermo. xvi.
De Dæmoniaco.	Sermo. xvii.
De ſocru Petri.	Sermo. xviii.
De Scriba cui CHRISTVS ſeq ſe nõ pmiſit.	Sermo. xix.
De ſedata maris tempeſtate.	Sermo. xx.
De eadem.	Sermo. xxi.
De terrenorum cura deſpicienda, deq; ſeruo uigili.	Sermo. xxii.
De terrenorum cura deſpicienda.	Sermo. xxiii.
De ſeruo uigili.	Sermo. xxiiii.
De terrenorum cura deſpicienda.	Sermo. xxv.
De fideli diſpenſatore.	Sermo. xxvi.

De ſcandalo tollendo. Sermo. xxvii.
De Matthæo, et CHRISTO cum publicanis manducante. Sermo. xxviii.
De eiſdem. Sermo. xxix.
De eiſdem. Sermo. xxx.
De Phariſæorum, & diſcipulorum Iohannis ieiunio. Sermo. xxxi.
De eo qui habebat manum aridam. Sermo. xxxii.
De filia Archiſynagogi, deq; muliere ſanguinis profluuio laborante. Sermo. xxxiii.
De eiſdem. Sermo. xxxiiii.
De muliere profluuio ſanguinis obnoxia. Sermo. xxxv.
De Hæmorrhoiſſa, & filia Archiſynagogi. Sermo. xxxvi.
De Ionæ prophetæ ſigno. Sermo. xxxvii.
De iniuria æquo animo toleranda. Sermo. xxxviii.
De perſeuerantia orationis. Sermo. xxxix.
De bono Paſtore. Sermo. xl.
De Ieiunio, et Eleemoſyna. Sermo. xli.
De eiſdem. Sermo. xlii.
De Oratione, Ieiunio, et Eleemoſyna. Sermo. xliii.
In Pſalmum primum. Sermo. xliiii.
In Pſalmum. vi. Sermo. xlv.
In Pſalmum. xciiii. Sermo. xlvi.
De Parabolis inuentæ margaritæ, & ſagenæ miſſæ in mare. Sermo. xlvii.
In illud Matthæi. Venit IESVS in patriam ſuam: etc. et de Inuidia. Sermo. xlviii.
De eiſdem ſecundum Marcum. Sermo. xlix.
De Paralytico. Sermo. l.
D. Hieronymo, ac Chryſoſtomo falſo aſcriptus.
De Dæmoniaco ſurdo, et muto. Sermo. li.
De eodem. Sermo. lii.

De Pace. Sermo. liii.
De Zacchæo. Sermo. liiii.
In illud Lucæ. Quis ex uobis patrē petit pa/nem:&c.deq; patrū in filios charitate. Sermo. lv.
De Symbolo Apoſtolorum. Sermo. lvi.
In Symbolum Apoſtolorum. Sermo. lvii.
In idem. Sermo. lviii.
Iu idem. Sermo. lix.
In idem. Sermo. lx.
In idem. Sermo. lxi.
In idem. Sermo. lxii.
De Lazaro a mortuis ſuſcitato. Sermo. lxiii.
De eodem. Sermo. lxiiii.
De eodem. Sermo. lxv.
De Diuite, & Lazaro. Sermo. lxvi.
In Orationem Dominicam. Sermo. lxvii.
In eandem. Sermo. lxviii.
In eandem. Sermo. lxix.
In eandem. Sermo. lxx.
In eandem. Sermo. lxxi.
In eandem. Sermo. lxxii.
De Paſchali ſolennitate. Sermo. lxxiii.
De Reſurrectione CHRISTI. Sermo. lxxiiii.
De eadem. Sermo. lxxv.
De eadem, deq; ſecunda CHRISTI mani/feſtatione facta mulieribus a monumen/to regredientibus. Sermo. lxxvi.
De Reſurrectione CHRISTI. Sermo. lxxvii.
De ſeptima CHRISTI manifeſtatione fa/cta diſcipulis ad mare Tiberiadis. Sermo. lxxviii.
De Reſurrectione CHRISTI. Sermo. lxxix.
De Reſurrectione CHRISTI, et ſecūda mani

ſeſtatione facta mulieribus a monumen/
to regredientibus. Sermo. lxxx.
De quinta CHRSTI manifeſtatione facta di
ſcipulis cum Thomas abeſſet. Sermo. lxxxi.
De CHRISTI reſurrectione, et quarta ma/
nifeſtatione facta duob.euntib.i caſtellū. Sermo. lxxxii.
De nona CHRISTI manifeſtatione facta
recumbentibus undecim diſcipulis. Sermo. lxxxiii.
De qnta CHRISTI manifeſtatiōe facta diſci
pulis cū abeſſet Tho.deq; ſexta cū adeſſet. Sermo. lxxxiiii.
In illud Iohānis. Iam die feſto mediāte: etc. Sermo. lxxxv.
De annūtiatione, & ꝯceptione D. Io. baptiſtæ. Sermo. lxxxvi.
De eiſdem. Sermo. lxxxvii.
De eiſdem. Sermo. lxxxviii.
De eiſdem. Sermo. lxxxix.
De eiſdem. Sermo. xc.
De eiſdem. Sermo. xci.
De eiſdem. Sermo. xcii.
De ea quæ unxit Dominum unguento. Sermo. xciii.
De eadem. Sermo. xciiii.
De eadem. Sermo. xcv.
De parabola zizaniorum. Sermo. xcvi.
De eadem. Sermo. xcvii.
De parabola grani ſinapis. Sermo. xcviii.
De parabola fermenti. Sermo. xcix.
De Syrophœniſſa, ſiue Cananæa. Sermo. c.
In illud Lucæ. Nolite timere eos qui occidūt
corpus: etc. deq; Morte contemnenda. Sermo. ci.
De Centurione. Sermo. cii.
De filio uiduæ excitato a mortuis, deq; cor/
porum reſurrectione. Sermo. ciii.
De diuite cuius ager ferax fuit. Sermo. ciiii.

De muliere quæ habebat ſpiritũ īfirmitatis. Sermo. cy.
De ficu quæ fructum non protulit. Sermo. cyi.
In Diuum Petrum Epiſcopum. Sermo. cyii.
In uerba Apoſtoli.Obſecro uos per miſe
ricordiam Dei:etc. Sermo. cyiii.
In eadem. Sermo. cix.
In uerba eiuſdem.Non eſt autem ſcriptum
propter Abraham tantum:etc. Sermo. cx.
In uerba eiuſdē.Propterea ſicut p unū homi
nē peccatū in hunc mundū intrauit:etc. Sermo. cxi.
In uerba eiuſdē. Si enim unius delicto mors
regnauit per unum:&c. Sermo. cxii.
In uerba eiuſdē.Quid ergo dicemus? perma
nebimus in peccato,ut gr̃a abundet? etc. Sermo, cxiii.
In uerba eiuſdem.Peccauimus,quia non ſu
mus ſub lege,ſed ſub gratia? etc. Sermo. cxiiii.
In uerba eiuſdē. An ignoratis fratres,ſcien
tibus enim legem loquor:etc. Sermo. cxy.
In uerba eiuſdem. Quid ergo dicemus? lex
peccatum eſt? abſit:etc. Sermo. cxyi.
In uerba eiuſdem. Factus eſt primus homo
Adam in animam uiuentem:etc. Sermo. cxyii.
In uerba eiuſdē. Notum aũt uobis facio fra
tres Euangelium:etc.et de Morte. Sermo. cxyiii.
In uerba eiuſdē . Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio
currunt:etc. Sermo. cxix.
In uerba eiuſdem.Nolite configurari huic
ſæculo:etc. Sermo. cxx.
De Diuite,& Lazaro. Sermo. cxxi.
De eiſdem. Sermo. cxxii.
De eiſdem. Sermo. cxxiii.
De eiſdem. Sermo. cxxiiii.

Digitized by Google

De Villico iniquo. Sermo. cxxv.
De eodem. Sermo. cxxvi.
De Decollatione Diui Iohannis Baptiſtæ. Sermo. cxxvii.
qui falſo.D.Chryſoſtomi titulo editus eſt.
In diuum Apollinarem ep̄m,et martyrem. Sermo. cxxviii.
In diuum Cyprianum martyrem. Sermo. cxxix.
In conſecratione Epiſcopi. Sermo. cxxx.
In illud Iohannis. Siquis ſermonem meum
ſeruauerit:etc. Sermo. cxxxi.
De unitate Fidelium. Sermo. cxxxii.
In diuum Andream Apoſtolum. Sermo. cxxxiii.
In diuam Felicitatem martyrem. Sermo. cxxxiiii.
In diuum Laurentium. Sermo. cxxxv.
In Adelphum Epiſcopum. Sermo. cxxxvi.
De prædicatione D.Io.Baptiſtæ. Sermo. cxxxvii.
De pace. Sermo. cxxxviii.
De remittendo fratri delicto. Sermo. cxxxix.
De Annũtiatione diuæ MARIAE uirginis. Sermo. cxl.
De Incarnatione CHRISTI. Sermo. cxli.
De Annũtiatione diuæ MARIAE uirginis. Sermo. cxlii.
De eadem. Sermo. cxliii.
De eadem. Sermo. cxliiii.
De generatione CHRISTI. Sermo. cxlv.
De eadem. Sermo. cxlvi.
De Incarnationis ſacramento. Sermo. cxlvii.
De eodem. Sermo. cxlviii.
De natiuitate CHRISTI. Sermo. cxlix.
quē qdā D.Seueriani ep̄i putant,ſed falſo.
De fuga CHRISTI in Aegyptum. Sermo. cl.
De eadem. Sermo. cli.
De Infantium nece. Sermo. clii.
q nō recte tñ D.Seuerini titulo circūfertur.

Digitized by Google

De eadem. Sermo. cliii.
In diuum Stephanum Protomartyrem. Sermo. cliiii.
De Kalendis Ianuariis, quæ uaria gentium ſuperſtitione polluebatur. Sermo. clv.
De Epiphania, & Magis. Sermo. clvi.
De eiſdem. Sermo. clvii.
De eiſdem. Sermo. clviii.
De eiſdem. Sermo. clix.
De eiſdem. Sermo. clx.
De parabola ſerui ab agro regreſſi, deq; hominis erga Deum gratitudine. Sermo. clxi.
De eo qui uolebat diuidere hæreditatem. Sermo. clxii.
De terrenorum cura deſpicienda. Sermo. clxiii.
In illud Lucæ. Igné ueni mittere í terrã: etc. Sermo. clxiiii.
In ꝯſecratiõe D. Proiecti ẽpi Forocorneliẽſis. Sermo. clxv.
De quadrageſimali ieiunio. Sermo. clxvi.
De D. Iohanne Baptiſta prædicante, deque pœnitentia agenda. Sermo. clxvii.
De parabola centum ouium. Sermo. clxviii.
De parabola Drachmæ perditæ. Sermo. clxix.
De eo ꝙ CHRISTVS miſit Apoſtolos curatum uarios morbos. Sermo. clxx.
De diſcipulis illotis manibus prandentibus. Sermo. clxxi.
De inuidia, et Hypocriſi. Sermo. clxxii.
De Diuo Iohanne Baptiſta, & Herode. Sermo. clxxiii.
De decollatione D. Iohannis Baptiſtæ. Sermo. clxxiiii.
De Marcellino Epiſcopo Vicohauentino, et diuæ MARIAE uirginis partu. Sermo. clxxv.
De Cæco. Sermo. clxxvi.

Digitized by Google

DIVI PETRI CHRYSOLOGI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS DE DVOB. FILIIS PRODIGO, ET FRVGI, SERMO PRIMVS.

HODIE nobis Dominus patrē cum filiis duobus uocauit, et produxit in mediū: ut immēſum ſuæ pietatis indicium, ſæuam Iudaicæ gentis inuidiā, reditū ſupplicem populi chriſtiani, pulchram pāderet per figuram. „ Homo quidam habuit duos filios: & dixit adoleſcentior ex illis patri. Pater da mihi portionem ſubſtātiæ quæ me cōtingit. Et diuiſit, inquit, illis ſubſtantiam. Luc. 15.

Quātum pius pater, tantū hæres impatiēs: qui patris fatigatur ad uitam: qui patris, quia tempus audire nō poteſt, nititur auferre ſubſtantiam: hic ipſam prærogatiuā filii meruit non habere: qui ea quæ patris erant noluit poſſidere cum patre. Sed quæramus quæ res filiū rapuit hos ad auſus: ad petitionem tantam fiducia quæ leuarit. Quæ res? illa ſcilicet, qua cæleſtem patrem ſciebat nullo claudendum fine: cōcludēdum tempore nullo: nulla mortis poteſtate ſoluendū. Et ideo cupit uiuendi libertate gaudere: qui ditari noluerat facultatibus decedētis. Deniq; illam fuiſſe huius petitionis offenſam genitoris largitas cōprobauit. „ Et diuiſit, inquit, illis ſubſtantiā. Petente uno, ambobus totam ſubſtātiam mox diuiſit: ut ſcirent filii, quod ante tenebat pater, nō fuiſſe auaritiæ,

Digitized by Google

ſed amoris:prouidentia,nõ inuidẽtia nõ dediſſe. Te/
nebat pater ſeruare uolens ſubſtantiã filiis,nõ nega/
re:& manere ea pignoribus cupiens,nõ perire. Beati
filii quorũ tota eſt in patris charitate ſubſtãtia.Beati
quibus manet tota in obſequio patris,i patris cultura
poſſeſſio.Cæterum facultates unitatem ſcindunt:fra/
ternitatem ſeparant:cognationem ſpargunt: paren/
tum perdunt,& uiolant charitatem : ſicut ex ſequẽti/
» bus eluceſcit. Pater da mihi portionem ſubſtantiæ
» quæ me contingit. Et diuiſit, inquit,illis ſubſtãtiam.
» Et non poſt multos hos dies, congregatis omnibus
» adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regio/
» nem longinquam:& ibi diſſipauit ſubſtantiã ſuam ui
» uẽdo luxurioſe. Et poſteaquã cõſumpſiſſet oĩa:facta
» eſt fames ualida in regione illa:& ipſe cœpit egere:&
» abiit:& adhæſit uni ciuium regiõis illius: & miſit illũ
» in uillã ſuam ut paſceret porcos.Et cupiebat implere
» uentrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant:
» & nemo illi dabat. Ecce quid facit cupiditas ad cen/
ſum præceps.Ecce quemadmodum ſine patre cẽſus
nudauit filiũ,non ditauit: cenſus filiũ tulit e gremio
patris:eiecit de domo : exemit patria:ſpoliauit fama:
exuit caſtitate.Quod uitæ,quod morum,quod pieta
tis,quod libertatis, quod eſt gloriæ, nil reliquit . Ci/
uem denique in peregrinũ,filium in mercenarium,
in egenum locupletem,liberum mutauit in ſeruum:
iunxit porcis a patre piiſſimo quẽ ſeiũxit: ut ſeruiret
cœnoſo pecori, qui pietati ſanctæ parere cõtempſit.
» Congregatis,inquit,omnibus adoleſcentior . Ado
leſcentior iſte plane nõ ætate, ſed ſenſu : qui congre
gauit bona patris, & abiit longe plus mente,quã lo/
co: ut dato,nõ accepto pretio miſeræ ſe uẽderet ſer/

uirtuti. Sic mercator ad talem cõtractum peruenit, qui parenti debitum neſcit ſoluere: qui uicem neſcit redhibere generãti. Eſt penes patrem dulcis conditio: libera ſeruitus: abſoluta cuſtodia: timor lætus: blãda ultio: paupertas diues: ſecura poſſeſſio. Nãque ad patrẽ labor reſpicit: fructus redundat in filios. Diſſipauit, inquit, ſubſtantiã ſuam. Quæ compoſita fuerant patre moderante, prodigente filio diſſipantur: ut uel tarde ſapiat patrem cuſtodem, non incubatorem fuiſſe ſubſtãtiæ. Viuendo luxurioſe. Mortalis eſt iſta uita: quia moritur uirtutibus, qui uitiis uiuit: ſepelitur famæ, perit gloriæ, qui manet turpitudini: creſcit infamiæ. Et poſteaquã cõſumpſiſſet omnia: facta eſt fames ualida in regione illa. Luxuriæ, uentri, gulæ, fames tortor apponitur: ut ibi ultrix pœna ſæuiat, ubi pœnalis reatus exarſerat. Facta eſt fames ualida. Ad talem finem ſemper uoracitas tendit: ad talem peruenit terminum fugienda uoluptatis effuſio. Et ipſe cœpit egere. Filium data facit egere ſubſtantia, quæ diuitem negata ſeruabat: ut penes ſe deficeret habendo, qui penes patrem abundauerat nõ habẽdo. Et adhæſit uni ciuiũ regionis illius: & miſit illum in uillam ſuam ut paſceret porcos. Sic inuenit qui ſe negat patri: qui ſe cõmittit extraneo: ut ſentiat ſeuerũ iudicem, qui fugit indulgẽtiſſimũ prouiſorẽ. Affectionis deſertor, pietatis refuga, deputatur porcis: porcis addicitur: porcorũ traditur ſeruituti: porcorũ paſcua lutulẽta percurrit: ĩquieti gregis teritur, & maculatur excurſu: ut ſentiat quã miſerũ ſit, amarũ quã ſit, quietis paternæ beatitudinem perdidiſſe. Et cupiebat implere uentrem ſuum de ſiliquis quas porci mãducabant: & nemo illi dabat. Qui crude-

Digitized by Google

ſe miniſteriũ, quia neque conuiuit porcis qui uiuit porcis. Miſer qui porcorum deficit, & eſurit in ſagi- nam. Miſer qui ſquallentis cibi cupit, nec impetrat qualitatem. His edocti, inſtructi talibus, maneamus in domo patris: matris in gremio perduremus: co- gnatorũ conſtringamur amplexibus: uiſcera nos pa terna cõſtringant: ne nos ad ſupradicta mala pertra- hat adoleſcentiæ miſeranda libertas. Sepiat nos pa- terna reuerentia: matris cõponat affectio: cognato- rum cuſtodiamur affectibus. Inter propinquorũ lu- mina non ualent delicta uerſari. Propinquorũ quot oculi: tot lucernæ. Dies eſt aſpectus matris: ſol patris rutilat in uultu. Vnde uiuenti inter tot uirtutum du- ces criminum tenebræ propinquare nõ poſſunt. Sed mẽſa nos patris alit uirtutis cibo, ſalutis epulo, deli- ciis honeſtatis, & gloriæ. Et quia latius nos de hac pa rabola dicere cogit prolixa ſeries lectiõis, quis ſit pa- ter in donando facilis, facilior in recipiendo: quis ſit frater fratris triſtiſſimus in ſalute: quis ſit adoleſcen tior in abſceſſu inſipiens, ſapiẽtiſſimus i regreſſu: ſe- quenti ſermone uotis cõmunibus inquiremus.

DE EISDEM. SERMO. II.

LVxurioſum filium, filiũ patris piiſſimi deſertorem, quæ perculerint mala, in tantũ ut fame tabidũ porcorũ dederit ſeruituti: ſuperiore, quo ualuimus, ſer- mone perſtrinximus. Nunc eius reditũ, nunc eius pœnitẽtiam, meliore iam uoto, uerbis læ- tioribus proſequamur. In ſe, inquit, reuerſus dixit. Lu. 15. „ Quãti mercenarii patris mei abundant panibus: &c.

In ſe reuerſus eſt: in ſe ante redit, ut rediret ad patrē, qui a ſe ante receſſerat, cum receſsit a patre. A ſe migrat, et ab homine totus tranſit in beſtiam paternæ
» pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus. Quāti
» merecenarii patris mei abundant panibus: ego autem
» hic fame pereo. Fames reuocat, quem ſaturitas exularat: fames illi patrem dedit ſapere, cui copia tulerat ſentire genitorem. Et ſi tantum præſtitit uel inuita fames: probate quid uoluntarium poſsit conferre ieiunium. Oneratus uenter ad uitia cor deponit: premit mentem ne ſupernam ualeat ſentire pietatem. Corpus, inquit, quod corrumpitur aggrauat animā: Sap.9.
& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Vnde et dominus, Attēdite ne grauētur cor Luc.21.
da ueſtra crapula, & ebrietate. Vacuādus eſt ergo uēter moderatione ieiunii: ut exoneratus animus poſſit ad alta pertendere: conſcendere ad uirtutes: poſſit ad ipſum pietatis auctorem totus aliger peruolare. Hoc Elias probat: qui dominici continuatione ie 3.re.19.
iunii defæcatus a carnali pondere mortis uictor euo 4.reg.2.
» lauit ad cælum. Surgam: et ibo ad patrem meum.
Iacebat, qui dixit ſurgam: Intellexit lapſum: ſenſit ruinam: iacere ſe turpis luxuriæ reſpexit in lubrico:
» et ideo exclamat. Surgam: et ibo ad patrem meum. Qua ſpe? qua fiducia? quā conſcientia? qua ſpe? Illa qua pater eſt. Ego perdidi quod erat filii: Ille quod patris eſt non amiſit. Apud patrem non intercedit extraneus: intus eſt in patris pectore ipſe qui interuenit, & exorat affectus. Vrgentur patris uiſcera iterum filium genitura per ueniam. Ibo ad patrem reus: ſed

pater uiſo filio cooperit mox reatum:diſsimulat iu/
dicem,qui magis uult implere genitorem:& ſenten/
tiam cito uertit in ueniam, qui redire cupit filium,
» non perire. Surgam:et ibo ad patrem meum:et di/
» cam illi:Pater peccaui in cælum,et coram te. Con/
feſsio patrem pandit:genitorem loquitur pœnitu/
» do. Peccaui in cælum:et coram te. Cui peccatur in
cælo,non terrenus pater eſt,ſed cæleſtis:et ideo adie
cit. Coram te: Cui in cælo,et in terra, ante oculos
» ſunt omnia quæ geruntur. Peccaui in cælum:et co/
» ram te:et iam non ſum dignus uocari filius tuus.
Peregre profectus eſt iſte:et in regionem longinquã
fugit: ſed accuſatores ſuos,ſed teſtes ſuos, diuini pa/
tris oculos non refugit. Hoc Dauid clarius aperit ſic
Ps.138. dicendo. Quo ibo a ſpiritu tuo?et a facie tua quo fu/
giam?Si aſcẽdero in cælum,tu illic es:ſi deſcendero
in infernum,ades: ſi ſumpſero pennas meas dilucu/
lo:et habitauero in poſtremo maris:Et enim illuc de
ducet me manus tua:et tenebit me dextera tua.Videt
iſte per totum mundum nuda Dei oculis delicta cõ/
ſiſtere:non cælum,non terrã, non maria,non abyſ/
ſum, non ipſam noctem, deo uelare poſſe peccata.
Sentit quantum ſit ſceleris,mali quãtum,in ipſo dei
Pſal.50. peccare conſpectu :et ideo clamat. Tibi ſoli pecca/
ui:et malum coram te feci. Vnde et iſte adoleſcen/
» tior ſimiliter uociferatur:et clamat. Peccaui in cæ/
» lũ:et coram te :& iam non ſum dignus uocari filius
» tuus. Non dicit,non ſum dignus eſſe filius tuus: ſed
nõ ſum dignus uocari filius tuus:quia uocari ad gra/
Gal.1. tiam pertinet,eſſe ad naturam.Audi Apoſtolum di/

centem. Ab eo qui uos uocauit in gratiam ſuam. Hic ergo adoleſcentior quia perdiderat quod erat naturæ, iudicat ſe quod eſt gratiæ non mereri.
» Fac me ſicut unum de mercenariis tuis. Ecce poteſtatis ſuæ filius quo deuenit: uoluptas luxuriæ, ado-
» leſcentiæ libertas, ecce filium quo promouit? Fac
» me ſicut unum de mercenariis tuis. Vt locatione annua ſeruitus innouetur: ut labore iugi conditio conducta deteratur: ut die toto in opere ſuſpiret miſeræ uerna mercedis: ut ſit ſemper uenditor ſui; nec unquam negare ſuam ualeat ſeruitutem. Et hoc petit: quia qui penes extraneum ſeruam ſenſerat libertatem, penes patrem credit ſibi futuram liberam ſeruitutem. Iam nũc fratres uellem lectionis huius aperire myſterium: ſi non me reuocaret iſtius utilitatis intentio: quia uos uideo non quaſi noſtra audire debito cum dolore: ſed quaſi extranea intellectu tranſuolare feſtino. Noſtra, noſtra et omnibus profutura nobis ſemper loquitur CHRISTVS: et ob corrigẽdos nos myſtica frequentat exempla dominus: qui pater ſuorum uoluit eſse ſeruorum: qui magis amari uoluit, quã timeri: qui panem uitæ ſe dedit ipſum: qui ſanguinem ſuum in poculum ſalutis effudit. Præteritis comparationibus præſentes corrigit, et futuros: ne bonum patrem, ne genitorem pium deſerẽtes, ad mundi longinqua, et nimis peregrina tendamus: ibique uiuendo luxurioſe ſubſtãtiam totam ſalutis diſsipemus, et uitæ: omnibusque conſumptis famem ſpei grauiſsimã perferamus: et ſic nos primatio regionis illius, hoc eſt, deſperationis auctori

Diabolo iam tradamur : et ille nos mittat in uillam ſuam, hoc eſt, ad huius ſæculi illecebroſas cõualles: mittat ad paſcendos porcos, eos uidelicet qui proni ſemper in terram uiuunt uentri:et æſtus carnis in uolutabro luti temperant:in cœno premunt:refrigerãt ĩ gurgite uitiorum. Quod autem mercenarios ſuos mittat ad porcos : facit hoc inſatiata crudelitas : quæ contenta non eſt homines criminoſos fieri : niſi eos uitiorum duces,criminum faciat et magiſtros.Cum eos tales fecerit, nõ ſinit eos ex ipſo porcorum cibo, paſtuque ſaturari:ut eſurientes uitia plus delinquãt : luxurioſos ſatietas capere non poteſt:uoluptas neſcit expleri.Vnde nos cum bono patre ſimus:permaneamus apud genitorem piũ:ut et Diaboli laqueos poſſimus euitare : & bonis patris iugiter perfruamur. Profunda poſt ſcrutabimur:quia cõmunioni,et moribus plus debemus.

DE EISDEM. SERMO.III.

FIlii luxurioſi abſceſſũ, regreſſũ, culpã, pœnitentiã ꝑcurrimus hactenus ſermõne geminato : occurſum modo patris, bonitatem patris,patris ineffabilem miſericordiam proſequamur. Surgens,
Lu.15. „ inquit,uenit ad patrem ſuum : cum au-
„ tem eſſet longe,uidit illum pater ſuus : & miſericor-
„ dia motus eſt:& accurrit:& cecidit ſuper collũ eius:&

» oſculatus eſt illum. Surgens uenit ad patrem ſuum.
Surrexit iſte mentis, & corporis de ruina: ſurrexit de
profundo inferni cæli alta cõtingens: apud cæleſtem
patrem filius ſurgit plus de uenia, quam corruit de
» reatu. Surgens uenit ad patrem ſuum. Venit non
greſſu pedum, ſed mentis inceſſu: longinquus terre/
ni itineris non indiguit: quia compendia uiæ ſaluta/
ris inuenit. Diuinũ patrem neſcit uiarum curſu quæ/
rere: qui fide quærens mox ſibi illũ inuenit eſſe præ/
» ſentem. Surgens uenit ad patrem ſuum: cum autem
» eſſet longe. Quomodo longe eſt is qui uenit? quia
nondum peruenit. Iſte qui uenit, uenit ad pœniten/
tiam: ſed nondum peruenit ad gratiam: uenit ad do/
mum patris: ſed nondum peruenit ad gloriam priſti
» ni uel habitus, uel honoris. Cum autem eſſet longe,
» uidit illum pater ſuus. Vidit pater ille, qui in altis ha Ps. 112.
bitat: & humilia reſpicit: & alta a longe agnoſcit.
» Vidit illum pater ſuus. Pater uidit illum: ut & ille pa/
trem poſſet attendere: patris uiſus illuſtrauit filii ue/
nientis aſpectum: ut tota fugaretur obſcuritas; quæ
circumfuſa fuerat de reatu. Non ſunt tales tenebræ
noctis, quales illæ ſunt quæ de confuſione ueniunt
peccatorum: Audi Prophetam dicentem. Compre/ Ps. 39.
henderunt me iniquitates meæ: & non potui uidere.
Et alibi: Iniquitates meæ grauatæ ſunt ſuper me. Et Ps. 37.
poſt: Et lumen oculorum meorum non eſt mecum.
Nox ſepelit heſternum lumen: peccata ſenſum, ani/
mum membra confundunt. Niſi ergo cæleſtis pater
redeuntis filii radiaſſet in uultu: & totam cõfuſionis
caliginem reſpectus ſui lumine ſuſtuliſſet: nũquã di/

Digitized by Google

„ uini uultus uidiſset iſte filius claritatem. Vidit eum
„ de longe:& miſericordia motus eſt. Mouetur miſe
ricordia:qui loco non poteſt dimoueri:accurrit non
„ progreſſu corporis,ſed pietatis affectu. Cecidit ſu/
„ per collum eius. Non lapſu uiſcerum,ſed compaſ/
„ ſionis. Cecidit ſuper collum eius. Vt erigeret ſic ia
„ centem. Cecidit ſuper collum eius. Vt amoris one
Mat.11. re,onus tolleret peccatorum. Venite ad me,inquit,
omnes q laboratis,et onerati eſtis:Tollite onus me/
um ſuper uos,quia leue eſt. Videtis quia filius iuua/
„ tur iſtius patris onere,non grauatur. Cecidit ſuper
„ collum eius:et oſculatus eſt eum. Sic pater iudicat:
ſic emendat:ſic peccanti filio dat oſcula,non flagel/
la.Delicta non uidet uis amoris:et ideo pater pecca/
ta filii redemit oſculo:clauſit amplexu:ne nudaret
pater filii crimina:pater filium ne fœdaret.Pater ſic
curat filii uulnera:ne filio cicatricem,neuum filio ne
Pſal.31. relinquat. Beati,inquit,quorum remiſſæ ſunt iniqui
tates:et quorum tecta ſunt peccata. Si adoleſcentis
huius factum diſplicet:horret abſceſſus: nos a tali pa
tre nullatenus diſcedamus. Aſpectus patris fugat cri/
mina:expellit,noxam:cunctam nequitiam,et tenta/
menta propellit.Certe ſi abſceſſimus:ſi ſubſtantiam
patris totam luxurioſe diſperſimus nos uiuendo: ſi
quicquid uſquam eſt commiſimus facinoris,et deli/
cti:ſi ad impietatis præruptum totum,totam ueni/
mus ad ruinam:ſurgamus aliquando:et ad talem pa
„ trem tali inuitati redeamus exemplo. Cum autem
„ uideret eũ,miſericordia motus eſt:et accurrit:et ce/
„ cidit ſuper collum eius:et oſculatus eſt illum. Rogo

quis hic deſperationis locus? Quæ hic excuſationis
occaſio? hic ſimulatio quæ timoris? Niſi forte time/
tur occurſus: terret oſculum: turbat amplexus: et ca/
pere ad uindictam, nõ recipere ad ueniam pater cre
ditur, cum filium trahit manibus: claudit gremio: li/
gat lacertis: Sed hanc cogitationem debellatricem
uitæ, ſalutis inimicam, expugnant nimis, nimis auſe/
„ runt quæ ſequuntur. Dixit autem Pater ad ſeruos
„ ſuos: cito proferte ſtolam primam: et induite illum:
„ et date ãnulum aureum in manu eius: et calciamen/
„ ta in pedibus eius: et adducite uitulum ſaginatum, &
„ occidite: et mãducemus: et epulemur: quia hic filius
„ meus mortuus fuerat, et reuixit: perierat, et inuentus
eſt. His auditis adhuc moramur? adhuc non redi/
mus ad patrem? Cito proferte ſtolam primam: et
induite illum. Suſtinuit filii crimina, qui non ſuſti/
nuit nuditatem: hinc eſt quod a ſeruis ante ueſtiri uo
luit filium, quam uideri: ut ſoli patri nota eſſet nudi/
tas: quia pater ſolus uidere filii non poterat nudita/
„ tem. Cito proferte ſtolam primam. Pater hic qui
in ſecundis eſſe non paſſus eſt peccatorem, plus de ue
„ nia, quam de iuſtitia gaudium uult habere. Cito pro
„ ferte ſtolam primam. Non dixit, unde uenis? fuiſti
ubi? ubi ſunt quæ tuliſti? quare tantam gloriam tan
ta turpitudine commutaſti? ſed, Cito proferte ſto/
lam primam: et induite illum. Videtis, quia delicta
non uidet uis amoris. Tardam miſericordiam pater
„ neſcit. Delicta qui diſcutit: prodit. Et date annulum
„ in manu eius. Paterna pietas cõtenta nõ eſt innocen
tiã reparare ſolã: niſi priſtinũ reſtituat et honorem.

Digitized by Google

„ Et date calciamenta inpedibus eius. Quam pauper
rediit qui ditatus abſceſſerat:& de tota ſubſtātia cal/
„ ciamenta in pedibus non reportat. Date calciamen
„ ta in pedibus eius. Ne uel in pede remaneret defor/
mitas nuditatis:certe ut calciatus anterioris uitæ re/
„ diret ad curſum. Et adducite uitulum ſaginatum.
Cōmunis uitulus non ſufficit,niſi fuerit pinguis: niſi
fuerit ſaginatus:uitulus pinguis teſtatur paternæ pin
„ guedinem charitatis. Et adducite uitulum ſagina/
„ tum:et occidite:et manducemus: et epulemur: quia
„ hic filius meus mortuus fuerat,et reuixit:perierat,et
„ inuentus eſt. Hiſtoriam loquimur adhuc:et iam co
gitamus arcanum nudare myſterium. Mortuus fi/
lius uituli ſuſcitatur ex morte: et unus uitulus totius
familiæ funditur in ſaginam. Sed differendum eſt:
ut ſenioris dolorem uetuſtum, uetuſtiorem fratris i
uidiam proſequamur.

DE EISDEM. SERMO. IIII.

DE iunioris filii reditu,et ſalute gauden
tes,ſenioris flebiliter pādimus,et dole
mus inuidiam: qui ſummum frugali/
tatis bonum extremo zeli malo perdi
Lu. 15. „ dit,et liuoris. Erat, inquit, filius eius
ſenior in agro:et cū ueniret, et appro/
„ pinquaret domui, audiuit ſymphoniā, et choros: et
„ uocauit unum de ſeruis: et iterrogauit q̄ hæc eſſent:

Digitized by Google

,, Iſque reſpõdit:frater tuus uenit:& occidit pater tuus
,, uitulum ſaginatum, quia saluũ illũ recepit. Indigna
,, tus eſt autem:& nolebat introire. Erat,inquit, filius
eius ſenior in agro. Erat in agro terrã percolens,ſe
deſertans: duritiam ſoluit ceſpitis, perdurat affectũ:
ſentes eradicat,& gramina,ſtimulos inuidiæ nõ euel
lit. Sic in ſegete cupiditatis fructum zeli colligit, et
,, liuoris. Et cum ueniret,ĩquit,et appropinquaret do
,, mui,audiuit ſymphoniã,et choros. Inuidum fugat
ſymphonia pietatis:chorus charitatis excludit:& quẽ
uenire ad fratrem,& appropinquare domui uocat ra
tio naturæ: hunc peruenire zelus non ſinit: liuor nõ
patitur introire.Inuidia malum uetuſtum:prima la/
bes:antiquũ uirus:ſæculorum uenenũ: cauſa funeris.
Hæc in principio ipſum angelum eiecit, & deiecit de
cælo. Hæc de paradiſo hominem principem noſtræ
generationis excluſit.Ipſa hũc ſeniorem fratrem pa/
terna ſecluſit e domo. Hæc Abrahæ progeniem,po/
pulum ſanctitatis,ad auctoris ſui cædem,ad mortem
ſui Saluatoris armauit.Inuidia inteſtinus hoſtis non
carnis quatit muros:non elidit ſepta membrorũ:ſed
in ipſam cordis arietat arcem: & antequã uiſcera ſen
tiant,ipſam dominã corporis animã prædo capit, &
adducit ĩcluſam. Si ergo uolumus cæleſtem mereri
gloriam:ſi paradiſi beatitudinem poſsidere:ſi æterni
patris ĩhabitare domum: ſi uolumus rei cæleſtis par
ricidii non teneri: peruigili fide,luce ſpiritus,terras ĩ
uidiæ pellamus,& excludamus inſidias:inuidiam to/
tis armorum cæleſtium uiribus cõprimamus: quia ſi
cut nos deo iungit charitas:a deo inuidia ſic ſeiungit.
,, Pater ergo illius egreſsus cœpit rogare illum. Cor
patris anxiũ uariis arctatur motibus filiorũ:& inter

Digitized by Google

diuerſos pignorũ caſus genitoris pietas ſtupefacta di
ſcurrit:quia uidet fratrem fratris reditu mox fugari:
& ſalute alterius ſibi alterũ mox perire: ac mœrorẽ
longũ breui gaudio penſatũ inuidiæ liuore turbari.
O zeli tumor,duos non capit domus ampla germa-
nos.Et quid mirũ fratres?Fecit inuidia,fecit ut mundi
tota duobus eſſet anguſta fratribus latitudo :namq;
Gen.4. ipſa Cain iunioris erexit in mortem:ut eſſe ſolũ zeli
» liuor faceret, quẽ primũ fecerat lex naturæ. At ille
» reſpõdens dixit patri ſuo.Pater ecce tot annis ſeruio
» tibi. Sic ſapit qui patris audet iudicare pietatẽ. Ec-
» ce tot ãnis ſeruio tibi.En patri filius naſcẽdi beneficia
» quã ſeruitute cõpẽſat. Nũquã mãdatũ tuũ p̃teriui.
Hoc tibi nõ tua ĩnocentia,ſed patris uenia dedit:quia
multa charitate delicta filii maluit tegere, quã nuda-
» re. Et nũquã mihi dediſti hædũ,ut cum amicis meis
» epularer. Fratri inuidus animus gratus eſſe non po-
teſt patri:& paternæ largitatis memor non eſt,qui eſt
fraternæ ĩmemor charitatis.Hædũ ſibi datum negat,
qui ſubſtantiæ partem totã tẽpore diuiſionis accepit.
Tunc enim cũ frater iunior dari ſibi ſubſtãtiæ peteret
portionẽ, pater ambobus totum fratribus mox diui-
ſit:Euãgeliſta dicẽte, & diuiſit illis ſubſtantiã.Sed in-
» uidus ſimulat ſemper: mentitur inuidus ſemper. Et
» nũquã mihi dediſti hædũ,ut cũ amicis meis epularer.
Amicos paternos ſuos eſſe non cõputat:hos non ami
cos,ſed extraneos credit:a quibus uidet in patris gra-
» tiam ſe amari. Sed poſteaquã filius tuus hic qui de-
» uorauit ſubſtantiã tuã cũ meretricibus uenit: occidi-
» ſti illi uitulũ ſaginatũ. Hic rediiſſe fratrem dolet,nõ
dolet periiſſe ſubſtãtiã:nec damni cauſa queritur,ſed
liuoris:qui fratrẽ redeuntem de ſuo decorare debuit;

Digitized by Google

nō debuit de perdito ſic fœdare. In filio eſt ſubſtantia patris tota:& ideo nil pater perdidit, filiū cū recepit. Frater credidit damnū, qui rediiſſe conſpicit cohæredem. Et quādo inuidus non auarus, quādo quicquid
„ habet alter, ſe cōputat pdidiſſe? At ipſe dixit illi. fili
„ tu ſemper mecum es; & omnia mea tua ſunt: epulari
„ autem, & gaudere oportebat: qa frater tuus hic mor-
„ tuus fuerat, & reuixit: perierat, et inuētus eſt. O quid facit uis amoris; quāuis malo filio nō eſſe neſcit, non eſſe non poteſt pater: uidet filium degeneraſſe animo: uidet paternæ pietatis, paterni generis nil habere: & tamen nuncupat filium: ſuadet affectū: ad gra-
„ tiam, uel ſpē reuocat largitatis: dicendo. Tu ſemper
„ mecū es, & omnia mea tua ſunt. Hoc eſt dicere: patere filium rediiſſe patri: permitte patri filium ſuſcepiſſe: nec ille aliud quam patrem quæſiuit: qui ueniēs nō filii, ſed loco mercenarii uoluit collocari, dicens.
„ Pater peccaui in cælū, & coram te: & iam nō ſum di-
„ gnus uocari filius tuus: fac me ſicut unū de mercena-
„ riis tuis. Sint tibi omnia: illi ſufficit pater: et ne quid tibi de præſentibus, de ueteribus exiſtimes īminutū: illi noua, et futura perquirā. Certe ſi conſilium patris ſequeris, & præceptū, participa præſentia cum fratre: ut cum ipſo tibi cōmunia ſint futura. Gaude ergo, & inuētum gaude: ut ille te gaudeat non periiſſe. Sed iam ſermonem hiſtoricum concludamus: ut poſtea quæ ſunt myſtica, quæ profunda, CHRISTO reuelante pandamus.

DE EISDEM. SERMO. V.

CAllidi debitoris eſt, & inuerecundi, ſæpe pacta non ſoluere: et patiētiſſimū creditorem longa, & artifici cauillatione protelare. De

abſceſſu,de reditu luxurioſi filii Quintus eſt hic ſer/
mo nobis:qui hiſtoricum ſenſum,ſicut promiſimus,
ad myſticam,& ſingularem Deitatis intelligentiam
conabitur attollere. Vos orate:ut quia i tāto credito
ſum minus per me idoneus debitor:per deum uobis
Lu.15.„ idoneus ſolutor exiſtam. Homo quidam habuit,in
„ quit,duos filios. Poſteaquā CHRISTVS noſtræ car
nis ſuſcepit onus:& deus iduit exuuias humanas: ue/
raciter ſe deus hominem uocat:dominus patrem ue
re ſe duorū nuncupat filiorum:quia humanitati per
mixta deitas, deitati conſociata pietas,miſcuit homi
nem &deum:quæ dominū uniuit ī patrem.Hic ergo
homo,Pater hic, duos filios habuit conditoris ponti
ficio ,non neceſsitate generantis:duos filios habuit:
quos non emeruit eſse, ſed iuſsit : quia CHRISTVS
ſic in oculis noſtris fuit homo:ut Deus ſemper in ma/
„ ieſtatis ſuæ maneret arcano. Duos filios habuit.duos
ſcilicet populos,Iudaicū,Gentilemq;: ſed Iudaicum
ſeniorem prudētia legis fecit : Gentilem paganitatis
ſtultitia reddidit iuniorem. Quia ſicut ſapientia dat
canos:ita quicqd uiri eſt tollit inſipientia.Hunc ergo
iuniorem mores præſtitere,nō ætates:ſeniorem illū
„ non tempora fecerunt esse,ſed ſenſus. Et dixit,inqt,
„ adoleſcentior ex illis patri.Pater da mihi portionem
„ ſubſtātiæ quæ me contingit. Cognitorem pectoris
nō uoce petit iſte, ſed uoto:quia a deo bona ,malaue
reportat prima uolūtas in nobis.Deniq; iſte cum pa/
tre poſseſsor totius ſortis,ad partem propria uolun/
„ tate peruenit:dicendo. Da mihi portionem ſubſtan
„ tiæ quæ me ꝯtingit. Et quæ eſt iſta portio? quæ eſt?
Habitus,Sermo,Scientia,Ratio,Iudiciū,quæ homi/
nem præ cæteris animātibus iterrena habitatiōe cō/
tingunt.

tingũt.hæc eſt,iuxta Apoſtolum,lex naturæ. Et ideo **Rom.2.**
diuiſit illis ſubſtantiã,dando iuniori quinq; iſta,quæ
diximus, beneficia naturæ ; ſeniori quinque legis li/
bros diuinitus inſcribendo :per quæ ſubſtãtia impar
merito,numero par eſſet:humanum teneret iſta or/
dinem:diuino illa ſubſiſteret inſtituto:utraq; tamen
lex filios utroſq; ad notitiam patris perduceret : ad
» reuerentiam ſui ſeruaret auctoris. Et non poſt mul
» tos dies,inquit,congregatis adoleſcentior omnibus
» peregre profectus eſt in regionem longinquã : et ibi
» diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuendo luxurioſe. Di/
ximus iuniorem nõ tẽpora feciſſe,ſed mores:et ideo
» dixit, Non poſt multos dies. Quia cũ principio ipſo
mundi feſtinauit gentilitas ad idolorũ patriam : ad
longinquã Diaboli regionẽ animo eſt peregrinata,
nõ loco:et per elementa uanis eſt peruagata cogita/
tionibus:nec nõ eſt corporeis motibus iactata ꝑ ter/
ras:namq; corã patre ſine patre erat:et cũ in ſe eſſet,
nõ erat ſecũ. Hinc eſt quod luxurioſus per deſideriũ
ſæcularis eloquentiæ,per ſcholarũ lupanaria, per tri
uia ſectarũ,diſſipauit dei patris dementi diſputatiõe
ſubſtãtiam. Et cũ cõſumpſiſſet coniecturis quicquid
erat ſermonis, ſcientiæ, rationis, iudicii, egeſtatem
ſũmam,famẽ magnã, cognoſcendæ ueritatis miſer
rimus ſuſtinebat: quia philoſophia quærẽdæ diuini/
tatis indixit laborem: ueritatis inueniendæ fructum
cõtulit nullum . Hinc eſt quod adhærebat primario
regionis illius,a quo mittebatur in iſtud ſæculũ,hoc
eſt in unã multarũ ſuperſtitionũ uillam: ut paſceret
porcos,id eſt Dæmones, qui dicũt dño.Si eiicis nos, **Mat.8.**
mitte nos in porcos. Vt paſceret Dæmones thure,ui
ctimis,ſanguine,falſarũ reſpõſionũ mercedem pro

tali labore relaturus. Occidebatur pecus: ut quod ui-
uum nil ſcierat, diuinaret occiſum: et loqueretur ex
fibris mortuũ, quod nunquã fuerat ore prolocutum.
Verũ cum nil diuinũ, nil ſalutare, profuturũ nil gen
tilis inueniret in talibus: deſperans de Deo, de proui-
dentia, de iudicio, de futuris, ab ſchola ad uentris ſe
deponebat ingluuiem, cupiens ſaturari de ſiliquis
quas porci manducabant. Hoc norunt Epicurei: qui
cum Platonicas, & Ariſtotelicas percurrerẽt ſcholas,
nullãq; illic aut diuinitatis, aut ſcientiæ inuenirent di
ſciplinam, Epicuro ſe tradunt ultimo deſperationis,
& uoluptatis auctori. Et manducant ſiliquas, hoc eſt
uoluptatibus corporis male dulcibus inhiant, et pa-
ſcunt Dæmones qui ſemper corporũ uitiis ſaginan-
tur, et ſordibus: quia ſicut Dño qui ſe iũgit, unus ſpũs
1. Co. 6. eſt: ita qui ſe iungit Diabolo, eſt Dæmon unus. Sed
hic iunior quamuis cuperet, non tamen ſaturabat de
ſiliquis iſtis uentrem ſuũ. Quare? quia nemo illi da-
bat. Diabolus quidem uolebat per famem ſcientiæ, ꝑ
uoluptatũ difficultatem, Gentilem reddere auidio-
rem ad illicita perquirenda, ad perpetranda delicta:
ſed Deus pater ideo permiſit uenire Gentilẽ, ut erro
ris occaſio ſalutis fieret argumentũ: namq; Diabolũ
Mat. 6. ſic reliquit, ut perderet: et Gentilem ſuſtinere paſſus
eſt famẽ, ut rediret. Redit autem ad patrẽ, et clamat.
» Pater peccaui in cælũ, et corã te. Rediiſſe iuniorem
ad domũ patris, et clamare deũ patrem uox eccleſiæ
cotidiana teſtatur: quæ dicit. Pater noſter qui es in
Mat. 6. » cælis. Peccaui in cælũ, et corã te. Peccauit ĩ cælum,
dum in cælo Solem, Lunã, Sidera, Deos eſſe blaſphe-
» mat: et hæc eadem profanat adorando. Et iam non

Digitized by Google

» ſum dignus uocari filius tuus: fac me ſicut unum de
» mercenariis tuis. Hoc eſt dicere, quia nó mereor iá
filii gloriam, uel ueniæ conſequar pro mercenario
labore mercedem. Et cui honor ſobolis perit, ſaltem
uitalis maneat in cotidiano pane ſubſtantia. Sed pa/
ter occurrit, et occurrit lõge. Cum adhuc impii eſſe/
mus, CHRISTVS pro nobis mortuus eſt. Occurrit
pater, occurrit in filio: cum per ipſum de cælo deſcé
dit, et peruenit ad terras. Pater, inquit, qui me miſit, Ioã.8.
» mecũ eſt. Cecidit ſuper collũ eius. Cecidit: cũ per
CHRISTVM diuinitas tota noſtra decumbit, et incũ
» bit in carne. Et oſculatus eſt eum. Quando quádo
Miſericordia, et ueritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia, et Pſal.84.
» pax oſculatæ ſunt ſe. Dedit ſtolam primam. Illam
quam Adam perdidit ĩmortalitatis gloriam ſempi/
» ternam. Poſuit annulũ in manu eius. Annulũ ho/
noris, titulum libertatis, inſigne pignus ſpiritus, ſi/
gnaculum fidei, arram cæleſtiũ nuptiarũ: audi Apo/
ſtolum. Deſponſaui uos uni uiro uirginem caſtam 2.Cor.ii
» exhibere CHRISTO. Et calciaméta ĩ pedibus eius.
Vt eſſent calciati pedes in prædicatione Euágelii: ut Epſi.6.
» eſſent beati pedes euangelizantium pacem. Et occi/ Ro.10.
» dit ei uitulum ſaginatum. Illum de quo Dauid can Pſal.68.
tabat, Et placebit Deo ſuper uitulum nouellum cor/
nua producentem, et ungulas. Occiditur patre uitu/
lus ſic iubente: quia CHRISTVS Deus Dei filius occi
di ſine patris uoluntate non poterat: audi Apoſto/
lũ. Qui proprio filio non pepercit: ſed pro omnibus Ro.8.
nobis tradidit illũ. Hic eſt uitulus qui ĩ epulũ noſtrũ
cotidie, ac iugiter ĩmolatur. Sed frater ſenior, ſed ſe
nior filius ueniés ex agro, populus legalis, meſſis q/ Luc.10.

Digitized by Google

dem multa,operarii autem pauci:audit in domo pa
tris ſymphoniam:audit choros:et introire non uult.
Hoc cotidie oculis noſtris intuemur:nam uenit Iu-
dæus ad domũ patris,id eſt ad Eccleſiã:ſtat foris p in
uidiam: audit Dauidicã citharã perſonare: audit ex
concentu Prophetico symphoniam: ex populorum
uario conuẽtu choros audit:et introire non uult per
inuidiam ſtans foris.Dum gentilem fratrẽ priſtinis
iudicat, et horret ex moribus, ipſe paternis bonis ſe
eximit:ipſe ſe paternis excludit gaudiis. Quod autẽ
„ dixit. Ecce tot annis ſeruio tibi:et nunquã mandatũ
„ tuũ præteriui:et nunquã dediſti mihi hædum. Tacẽ
dum potius,quam loquendũ eſſe iam duximus:quia
Iudæus loquitur:et nõ facientis uerba ſunt,ſed tumẽ
„ tis.Pater egreditur:et dicit filio. Fili tu ſemper me-
„ cum es. Quomodo?per Abel,per Henoch,per Sem,
per Noe,per Abraham,per Iſaac,per Iacob, p Moy-
ſem, per oẽs ſanctos, per quos Iudaica generatio in
Mat.1. Euãgelio lecta deriuatur:cum dicit. Abrahã genuit
„ Iſaac:Iſaac genuit Iacob. Et omnia mea tua ſunt.
Quemadmodũ?quia tibi lex, tibi prophetia, tibi tẽ-
plũ,tibi ſacerdotiũ,tibi ſacrificia,tibi regnũ,tibi mu
nera,tibi (quod eſt ſuper oĩa) natus eſt CHRISTVS.
Sed quia tu per inuidiam perdere uis fratrem,pater-
nas epulas,patris gaudia dignus es non habere. An-
guſto ſermone res latiſſimas non ut uoluimus,ape-
rire potuimus:ſed ſcientiæ ueſtræ, intellectui ueſtro
lata ſunt: quæ in ſermone noſtro uidentur anguſta.
Non ſit hæc ingrata,ſimplex,et inculta collatio:quæ
nos res myſticas,et excelſas,non narrare, non decla
rare:ſed aperire compulit,et explanare.

Digitized by Google

IN PSALMVM XCIX. SERMO.VI.

QVoniam redeunte filio iuniore fami‑
lia tota choros egit: cæleſtem cecinit
ſymphoniam: conuenit et nos hodie
pſalmũ ſumere: dare tympanũ: pone‑
re organũ: citharã tangere: et ad tantũ
dei patris gaudiũ melodiam Dauidicam perſonare.
„ Iubilate deo, inquit, omnis terra. Quid eſt, quod in‑
telligentia huius exultationis ĩquirit? Quid eſt, quod
poſt tanta deitatis, tam terribilia, tam mirifica præ‑
cepta terra nunc uocatur, et inuitatur ad iubilum?
„ Iubilate, inquit, deo omnis terra. Quid eſt, quod po‑
ſteaquã terribilis Deus mitiſſimi paſtoris elegit offi
ciũ, perſonam paſtoris induit? Vt uagos populos, pa
lantes plebes, diſperſas longe, lateq; gentes, uelut er‑
rantes oues in unum paſtor miſericors congrega‑
ret: immo ut nationes feras, prædam mortis, carnis
cibum, potum ſanguinis, beſtiarũ furorem ſitientes,
ad uſum lactis, ad cibum graminis, ad ouium totam
duceret, et redderet lenitatem: terræ omni paſtora‑
„ lem mandat, et imperat diſciplinam: dicẽdo. Om‑
„ nis terra iubilate Deo. Sicut militem tuba terribilis
producit ad bellum: ſic oues ad paſcua dulcedo iubi‑
lationis inuitat. Bellãdi ergo fremitum paſtorali le‑
nitate mitigare conuenit: ut gentes tam mitis gratia
ſaluaret, quas diu peremerat feritas naturalis. Quod
autem paſtoris bonus eſſet reditus, ad terras ueniret
CHRISTVS, clamauit ipſe hodie. Ego ſum paſtor Ioã.10.
bonus: Paſtor bonus animam ſuam ponit pro oui‑
bus ſuis. Hinc eſt quod adiutores, quod ſocios ad cu
ram totius orbis ipſe magiſter inquirit: dicendo.

» Iubilate Deo omnis terra. Hinc eſt quod oues ſuas
Petro uice ſua ut paſceret ad cælum remeaturus cõ/
Ioã.21. mendat. Petre, inquit, amas me? paſce oues meas. Et
ut tenuia redditus primordia non cogeret poteſta/
te, ſed pietate portaret: repetit. Petre amas me? paſce
agnos meos. Cõmendat oues: ouium cõmendat ger
mina: quia fœcunditatem gregis ſui paſtor præſcius
nouerat iam futuram. Petre amas me? paſce agnos
meos. Iſtis agnis collega paſtoris Petri Paulus pio
i. Cor. 3. paſtu plena lactis ubera porrigebat, dicendo. Lac uo
bis potum dedi, non eſcam. Senſit hoc Rex beatus: et
Pſal. 22. ideo pro balatu clamat. Dominus paſcit me: et nihil
mihi deerit: i loco uiridi ibi me collocauit: ſup aquã
refectionis educauit me. Poſt iuges ergo bellorũ ge
mitus, poſt triſtem ſanguinis uitam Euangelicæ pa/
cis ad paſcua iam redeunti uerſiculus ſequens lætitiã
annunciat ſeruituti. Erat homo peccati ſeruus: erat
captiuus mortis: erat mancipium Dæmonum: erat
idolorum uernula: erat uitiorum uerbero: erat cri/
minum compeditus. Sic malis dominis talibus, tan
tiſque exhibebat homo malam, & miſeram ſeruitu/
tem. Quando homo non ſub peccato triſtis? Quan/
do non ſub morte luges? Quando non ſub Dæmo/
nibus pallens? Quãdo non ſub idolis tremens? Quã
do non ſub uitiis ſuſpectus? Quando non ſub crimi/
nibus deſperatus? Et ideo homo dabat extrema ſu/
ſpiria: quando tales tam crudeles dominos ſuſtine/
bat. Propheta ergo uidens nos a talibus liberatos, et
reuocatos ad obſequium creatoris, ad patris gratiã,
ad unius boni domini liberam ſeruitutem: merito
» exclamat. Seruite domino in lætitia: intrate, inquit,
» in conſpectu eius in exultatione. Intrate non loco,

» ſed corde. Intrate in conſpectũ eius in exultatione.
Quia quos eiecerat reatus, quos expulerat conſcien-
» tia, gratia reducit: intromittit innocentia. Intrate in
» conſpectu eius in exultatione. Qui ingreditur in cõ
ſpectu eius in exultatione eſt a reatu liber: eſt de præ
mio perſecurus. Tamen quid eſt quod hortatur? qđ
» ſuadere nititur hic Propheta? Intrate in conſpectu
» eius in exultatione? Quis in conſpectu Dei liber? di
uinis in oculis quis mentitur? Quis exultans ante ter
rorem maieſtatis ſupernæ? Archangeli tremunt: pa
uent Angeli: poteſtates metuunt: in faciem cæli pro-
ruunt ſeniores: elemẽta fugiunt: ſoluũtur ſaxa: mon-
tes defluunt: terra tremit: et homo terræ quam intre
pidus intrabit? et adhuc conſiſtet exultans? unde eſt
quod Propheta hoc nos debere facere ſic præſumit?
» unde eſt? Ex eo quod ſequitur. Scitote, inquit, quod
» Dominus ipſe eſt Deus. Quia Dominus ille Deus ẽ,
qui fuit in carne noſtra puſillus: hinc eſt quod ille do
minus Deus eſt, qui fuit in cunabulis noſtris capax:
dulcis in gremio: mitis in habitu: in noſtro contuber
» nio blandus. Et ideo, Intrate in conſpectu eius in
» exultatione. Quia totum pauorem diuinitatis, totũ
metum iudicis, in habitum noſtrum dedit, prouidẽ-
ti locauit aſpectu: ut ingreſſus non pœnas iudicis me
tuat: ſed parentis præſumat amplexum. Et quomo-
do nõ exultet, qui genitorem repperit, quem timue-
» rat cognitorem? Intrate in cõſpectu eius in exulta-
» tione: ſcitote quod Dominus ipſe eſt Deus. Ipſe fecit
» nos, et non ipſi nos. Inanis eſt patris, matriſq; labor,
niſi in germine affuerit opus, et auctoritas cõditoris.
Manus tuæ, inquit, fecerunt me, et plaſmauerũt me. Pſal.118.
Et alibi. Tu formaſti me, et poſuiſti ſuper me manũ Pſa.138

tuam. Ergo quod naſcimur, quod ſumus, non debe-
» mus ipſi nobis: quia totũ debemus auctori. Nos au-
» tem populus eius, et oues paſcuæ eius. Probatum eſt
in prouerbiis ſæpiſſime: quia cælitus uenerit paſtor,
qui errantes oues, et lethali gramine ſauciatas, ſuper-
» no iubilo uitalia reuocaret ad paſcua. Intrate, iquit,
» portas eius in confeſſione. Sola eſt confeſſio quæ
» nos fidei facit introire per ianuam. Atria eius in
» hymnis: confitemini illi: laudate nomen eius. Dixi-
mus, quod nobis eſſet iam poſitis intra domum pa-
tris aſſumenda cæleſtium canticorũ ſpiritualis ſym-
phonia: ut ſit nobis in ingreſſu confeſſio: ſint in atriis
hymni: ſit laus in penetralibus: ubi tota deitatis inha
» bitat plenitudo. Confitemini illi: laudate nomen
» eius. Confitemini illi, quia Deus eſt. Laudate no-
» men eius. Per quod ſaluati ſumus: et i quo cæleſtis,
terreſtris, infernaq́, genuflectit, et diligit dominum
» deum creatura. Quia ſuauis eſt dominus. Vnde ?
» quia. In æternum miſericordia eius. Vere ſuauis
eſt per miſericordiam, per quam ſolam totius mun-
di amariſſimam dignatus eſt auferre ſententiam.
Ioã. 1. » Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et
» uſque i ſæculum ſæculi ueritas eius. Deus enim ſal-
ua ueritate miſeretur: qui ſic dat peccatis ueniam:
ut iuſtitiam in ipſa miſeratione, rationeq́ cuſtodiat:
qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN ILLVD MATTHAEI, CVM IEIV-NATIS NOLITE FIERI SICVT HYPOCRITAE TRISTES, ETC. ET DE HYPOCRISI. SERMO. VII.

Digitized by Google

VBI Deus Dominum mutauit in patrem, uoluit charitate magis, quam poteſtate regnare: et amari maluit, q̃ timeri: paterno monuit affectu: ne qđ nobis de labore iuſtiſſimo deperiret. Euangeliſta ſic ait. Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, ut uideantur hominibus ieiunãtes: Amen dico uobis perceperunt mercedẽ ſuã. Hypocriſis ſubtile malũ: ſecretum uirus: uenenum latens: uirtutum fucus: tinea ſanctitatis. Aduerſa omnia nituntur uiribus ſuis: armis ſuis pugnant: impugnant palam: unde et cauentur tã facile, quam uidentur: Hypocriſis ſecura ſimulat: fallit proſpera: curioſa mentitur: et crudeli arte uirtutes truncat mucrone uirtutum: ieiunium ieiunio perimit: oratione orationem euacuat: miſericordiam miſeratiõe proſternit. Hypocriſis cognata febris frigido poculo propinat ardorem. Quod corporibus eſt hydropis, hypocriſis animabus hoc eſt: hydropis bibendo ſitit, hypocriſis inebriata ſitit. Exterminãt enim facias ſuas: ut uideantur hominibus ieiunãtes. Hypocriſis dũ cupit captiuare oculos, oculis fit ipſa captiua. Exterminant enim facies ſuas. Et ſi facies exterminatur, ornamentum corporis quod manebit? Vere ſicut Dominus dixit, Si lumen quod in te eſt tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt? Hypocrita ſit licet tibi facies inculta, neglecta cutis, triſtis uultus, exterminatus aſpectus, nec ab hominibus inueniſti laudem: et apud deum fructum ieiunii perdidiſti. Hypocrita elaboraſti ieiuniis: ut labor tibi ieiunii non prodeſſet. Hypocrita abſtinentiæ fluctus in-

Mat. 6.

traſti:continentiæ conſcendiſti undas: enataſti ieiu/
nii pelagus:et in ipſo portu ieiunii naufragaſti: quia
non comparaſti lucrum:ſed mercatus es uanitatem:
qui de Dei credito humanum negotium perfeciſti.
Hinc eſt quod Deo redditurus es rationem: qui ab
hominib. pcepiſti miſeræ fraudis uſurã. Fratres fugiẽ
dum eſt uirus:peſtilentia cauenda, quæ de remediis
creat morbos:conficit de medicina langorem: ſan/
ctitatem uertit in crimen:placationem facit reatum:
generat de propitiatione diſcrimen. Hypocriſim qui
fugerit,uincit:qui incurrerit, cadit. Fugiamus hypo/
criſim,fugiamus fratres: ſit noſtrum de ſimplicitate
ieiunium:de innocentia ſit ſanctum: de puritate pu/
rum:de ſynceritate ſyncerum: ſit hominibus occul/
tum:ignotum Diabolo:Deo notum. Theſaurum qui
non abſcondit ,prodit: uirtutes proditæ non mane/
bunt. Virtutes ſicut proditores ſuos deſerunt:ſic ſuos
inſtant cuſtodire cuſtodes. Ergo ieiunium quod cõ/
tra uitia prima uirtus eſt nobis:in arce pectoris col/
locetur:quia illo in interioribus præſidẽte, uitia nos
quatere i exterioribus nõ ualebũt. Hoc CHRISTVS
ut Chriſtianus habere poſſit, hortatur cum dicit.
„ Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum: et faciem
„ tuam laua:ne uidearis hominibus ieiunans,ſed patri
„ tuo qui eſt in abſcondito: et pater tuus qui uidet in
„ abſcõdito reddet tibi. Cum dicit unge caput tuum,
et faciem tuam laua: nõ ut coma capitis illecebroſo
redundet unguento,ſerius Magiſter iniungit:neque
faciem niteſcere ſolito uult lauacro:ſed habitu pran
dentis uult celari ieiunium Chriſtiano, quia Chri/
ſtianum uendicare nõ uult artifici mœrore ieiuniũ.

Digitized by Google

» Sed ad cœpta redeamus. Vnge caput tuum:et facié
» tuam laua:ne uidearis hominibus ieiunans,ſed patri
» tuo qui eſt í abſcódito. Sic nó uoluptuoſos ídulget
aſpectus:ſed uultus q ſimulátur excludit: facies mœ-
rore deiecta inuitat famam,non ieiuniú uoluntariú
profitetur.Si uult,quare triſtis? Si non uult, ieiunus
quare? Merito tali pœna uiuit,qui ſibi facit de uirtu-
te uitium,mendacium de ueritate:de mercede diſpé
dium:de remiſſione peccatum. Agricola ſi non im-
preſſerit cultrum:ſi ſulcum non defoderit:ſi non ex-
ciderit ſentes:ſi gramina non euulſerit: ſi in tuto ſe-
mina non locarit:ſibi mentitur,non terræ:nec terræ
facit damnum,ſed ſibi non facit fructum:et ita ſe ua-
cuat,ita decipit,impugnat ita,qui terræ manu fallaci
mentitur.Quid faciet? quid habebit?quid inueniet?
qui deo,eſuriente carne,hypocriſi luxuriante,menti
tur? quia agricolæ fecimus mentionem,ſciat ille ſu-
ſtinere ſe laborem incaſſum,ſe nil habiturum:qui p̄-
mens ieiunii aratrum, et abſcindens gulæ gramina,
atq; eradicans luxuriæ ſentes, miſericordiæ ſemina
nulla iactauerit.Hoc dominus aperire uoluit, qui de
» ieiunio docens,mox iſta ſubiecit. Nolite theſauriza
» re uobis theſauros í terra,ubi ærugo et tinea demo-
» litur:et ubi fures effodiunt,et furantur.Sed theſauri-
» zate uobis theſauros in cælo:ubi neq; ærugo,neq; ti
» nea demolitur:et ubi fures non effodiunt, nec furan
tur. Quid tam paternú? quid ſic ueniés de amore?
quod tam prouidum de charitate conſilium? nihil
tibi perire uult,qui tua í theſauris cæleſtibus uult re-
poni.Quá ſecurus dormit,qui Deú ſuorú meruit ha-
bere cuſtodé:quá neſcit curas:quá deponit angores:
quam nó eſt anxius:quam ſeruorum caret faſtu: qui

Digitized by Google

ſua patri ſeruanda cōmittit. Quomodo paterna ſeruat affectio,timor nō poteſt ſic ſeruare ſeruilis:pater cum dat ſua filiis : non minuit cōmendata filiorum. Quid ſit pater neſcit:neſcit ſe filium : qui non credit patri.Tineam non excludunt clauſtra, ſed claudunt: et generant, non repellunt: rubiginem nutriunt ſeruata,non uitant : quia quod de re naſcitur, non uitatur.Vbi eſt neceſſitas, fures deeſſe non poſſunt. Qui ergo inter tineas,rubiginem,fures,ſua ponit : exponit quæ ſua ſunt,non reponit. Sicut de ueſtimento tinea,rubigo de metallo,de neceſſitate fures naſcunt: ita de diuitiis auaritia,cupiditas de quæſtu,de habēdo habendi ardor acquiritur. Qui ergo uult auaritiam uincere,diuitias proroget,nō reponat.Præmittamus fratres theſauros noſtros in cælum:ſint uectores pauperes:qui poſſunt ſinu ſuo quæ noſtra ſunt ad ſuperna portare. Nemo de fraude dubitet baiulorū: tuta eſt iſta tranſuectio :per quam noſtra ad Deum Deo fideiuſſore portantur : cui eſt omnis honor, et gloria, uirtus, et imperium, et gratiarum actio in omnia ſæcula ſæculorum : Amen.

DE IEIVNIO, ET ELEEMOSYNA. SERMO.VIII.

GVbernator prudēs a littore cū nauim ſoluit,cum mare tranſiturus intrat fluctus, domus, patriæ, coniugis,pignorum,curas deponit:et ita totus mente, corpore, ſenſu, nauticis laboribus occupatur : ut et fluctuum poſſit ſuperare diſcrimina, et ſtationem lucroſi portus periculi uictor intrare.

Sic nos fratres ingreſſi iter abſtinentiæ, ieiunii pelagus, Quadrageſimæ uiam, nauim corporis noſtri ſoluamus a littore mundano: ſæcularis patriæ renunciemus curis: in crucis arbore tota mentis uela tendamus: uirtutũ funibus, ſapientiæ remis, gubernaculis diſciplinæ, nauigii noſtri muniamus inceſſum: et ſub ducti terris ſpeculemur cælũ: ut ducatu ſignorũ cæleſtium inter liquidos calles latentis uiæ inoffenſum tramitem tenere poſſimus: ac ſic gubernãte CHRISTO, flãte Spiritu Sancto, euictis uoluptatũ ſpumis, ſuperatis uitiorũ fluctibus, decurſis criminũ procellis, tranſuectis ſcopulis peccatorũ, atq; omnium delictorũ naufragiis euitatis, Paſchæ portũ, lucrũ uitæ, gaudia reſurrectionis intremus. Verũ quia per cãpos nudos, per ſalſos uortices, per incertas ſolitudines, acturi ſumus uiam, nobis tota eſt eſcæ, & potus portãda ſubſtantia: imponamus abundantẽ miſericordiã noſtræ ſitarciæ profuturã. Fratres, eſurit ieiuniũ, ieiuniũ ſitit, quod non pietatis cibo paſcitur: quod potu miſericordiæ nõ rigatur. Alget ieiuniũ, ieiuniũ deficit, quod nõ eleemoſynæ uellus tegit: quod nõ miſerationis operit ueſtimentũ. Fratres, qđ eſt terris uer, hoc miſericordiã ſcimus eſſe ieiunio. Sicut uerni flatus tota facit germina florere cãporũ: ita miſericordia tota ieiunii ſemina producit in florẽ: i cæleſtem meſſem totã ieiunii facit fructificare uirtutẽ. Quod oleũ lucernæ eſt, hoc ieiunio pietas: ſicut lucernæ lumen olei pinguedo ſuccendit: et moderato paſtu facit illud ad totius noctis ſolatiũ perlucere: ſic pietas facit ſplendere ieiuniũ: et ad totã radiare continentiæ claritatẽ. Quod diei ſol eſt: hoc eleemoſyna noſcitur eſſe ieiunio. Sicut iubar ſolis clariorẽ perficit

diem:et totã nubiũ diſpergit obſcuritatẽ:ſic Eleemo
ſyna ieiunii ſanctificat ſanctitatem: totamq; cupidi/
tatis mortem lumine pietatis excludit. Ac ne multis
ĩmorer,quod eſt anima corpori,ieiunio largitas hoc
habetur. Sicut.n.mortificat corpus a corpore anima
cum recedit: ita mors eſt ieiunii largitatis abſceſſus.
Eſt quidem ieiuniũ uitiorũ mors:uita uirtutũ.Eſt ie/
iuniũ pax corporis:membrorũ decus:ornamentum
uitæ. Eſt ieiuniũ robur mentiũ : uigor animarũ. Eſt
ieiuniũ caſtitatis murus : pudicitiæ propugnaculum:
ciuitas ſanctitatis. Eſt ieiuniũ ſchola meritorũ : ma/
giſterii magiſteriũ:diſciplinarum diſciplina.Eſt ieiu
nium eccleſiaſticæ uiæ uiaticũ ſalutare. Eſt ieiuniũ
ĩuictus Chriſtianæ militiæ principatus. Sed ĩ his uir/
tutibus ieiuniũ tunc uiget,tunc uincit, tunc triũphat,
cum duce miſericordia pugnat. Miſericordia,et pie
tas ieiunii ſunt alæ, per quas tollitur, et portatur ad
cælũ: ſine quibus iacet,et uolutatur in terra. Ieiuniũ
ſine miſericordia ſimulacrũ famis eſt, imago nulla
eſt ſanctitatis:ſine pietate ieiuuium occaſio eſt auari
tiæ,non eſt propoſitum parcitatis: quia parcitas iſta
quantũ ſiccatur in corpore,tantũ tumeſcit in ſaccu/
lo.Ieiuniũ ſine miſericordia nõ eſt ueritas, ſed figu/
ra : ubi autem miſericordia,ibi et ueritas: probante
Pſal.84. Propheta cũ dicit. Miſericordia, et ueritas obuiaue/
runt ſibi. Ieiuniũ ſine miſericordia nõ eſt uirtus, ſed
Mat.6. hypocriſis:dicente dño. Vos autem cũ ieiunatis noli
te fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant.n.facies
ſuas,ut uideãtur ab hominibus ieiunãtes. Qui nõ ieiu
nat pauperi, deo fingit: qui ieiunans prandiũ ſuũ nõ
erogat, ſed reponit:cupiditati probatur ieiunare,nõ
CHRISTO. Ieiunãtes ergo fratres prandiũ noſtrũ

Digitized by Google

reponamus ī manu pauperis:ut ſeruet nobis manus pauperis, quod uenter nobis fuerat perditurus. Ma/nus pauperis Abrahæ ſinus eſt: ubi quicquid pauper acceperit, mox reponit. Theſaurus cæli ē manus pau/peris: quod ſuſcipit ne in terra pereat, reponit in cæ/lū. Theſaurizate, inquit, uobis theſauros in cælo. Ma/nus pauperis eſt gazophylaciū CHRITSI: quia qcqd pauper accipit, CRISTVS acceptat. Da ergo homo pauperi terrā, ut accipias cælum. Da nūmum, ut acci/pias regnū. Da micā, ut accipias totū. Da pauperi; ut des tibi: quia qcqd pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi nō dederis, habebit alter. Clamat Deus. Mi/ſericordiam uolo. Qui quod uult deus deo negat: a deo ſibi quod deſiderat, uult negari. Miſericordiam uolo. Homo petit deus, ſed tibi, nō ſibi. Miſericordiā uolo. Humanā miſericordiā petit, ut largiaẗ diuinā. Eſt in cælis miſericordia, ad quā per terrenas miſeri cordias puenitur. Dñe, iquit, in cælo miſicordia tua. Dicturus cauſam in iudicio dei patronā tibi miſicor diā p quā liberari poſſis aſſume. Qui de patrocinio miſicordiæ certus eſt, de uenia ſit ſecurus: de abſolu/tione nō dubitet. Miſicordia nō ſolū cauſam præue/nit, anticipat cognitorē, ſed etiā ſententiā reuocat: ab ſoluit addictos: quod Niniuitæ probant: quos iā ſen/tentiæ ſubiectos, pœnæ traditos, ad uictimā ſtantes, morti deditos, miſicordia ſic rapuit, ſic tenuit, ſic p̄/uenit: ut maluerit deus deduci ſentētiā, ne miſericor diæ quid negaret. Stabat quidē et tunc pro cauſa ie/iuniū: aſpergebat cineres: ſternebat ciliciū: dabat ge/mitus: fundebat lachrymas: & quod nō poterat excu/ſare uerbis, luctibus tēperabat: ſed nō ualuit mutare ſententiā: niſi perorans miſicordia ſubueniſſet. Miſe

Mat. 6.
Oſee. 6.
Pſal. 35.
Ionæ. 3.

Digitized by Google

ricordia et peccatores liberat:et reſtituit ſáctos:quia
2.R e.ii. niſi affuiſſet miſicordia:etiá Dauid cũ adulterat,ami
Mat.26. ſerat ꝓpheti;á : et Petrus cũ negat, apoſtolici ordinis
ꝑdiderat principatũ: et Paulus cũ blaſphemat,remá-
1 Tim.1 ſerat ꝑſecutor: fatetur hoc Paulus cũ dicit.Qui prius
blaſphemus fui,et ꝑſecutor,et iniurioſus:ſed miſicor
diam cõſecutus ſum. Fratres ꝑ miſicordias pauperũ
miſicordiam cõparemus : ut poſſimus eſſe de pœna
Mat.5. liberi:de ſalute ſecuri. Beati,inquit,miſicordes:quia
ipſi miſicordiá cõſequẽtur.Gratis miſicordiá ſperat
ibi,qui hic nõ fecerit miſicordiá.Qui facit miſericor
diam,currit ad præmiũ:qui nõ facit miſericordiam,
decurrit ad pœnam.

IN ILLVD MATTHAEI, ATTENDITE NE IVSTITIAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBVS, ETC. ET DE ELEEMOSYNA. SERMO .IX.

AGit nobiſcũ Deus,agit in hoc ſæculo,
ne quid nobis pereat ĩ futuro: ſicut ex
Mat.6.,, ipſo lucet principio lectionis. Atten
,, dite,ĩquit, ne iuſtitiá ueſtram faciatis
,, corá hominibus,ut uideamini ab eis:
,, alioquin mercedẽ non habetis apud patrem ueſtrũ
,, qui in cælis eſt. Et quomodo quod fit ab hominibus
corá hominibus nõ fit? patentis iuſtitiæ latet ſenſus:
publici operis quod ſecretũ? Qui poteſt celare radi-
os ſolis,iuſtitiæ poterit occultare fulgorẽ:Iuſtitia lux
rerũ conſiliis non uelatur obſcuris:Iuſtitia cũ ſibi fa-
cto claret,oẽs illuſtrat exemplo. Et quid eſt quod eá
Dñs corá hominibus fieri non uult,per quá ſtatũ ca-
piunt res

piunt res humanæ? Et ubi eſt illud? Sic luceat lux ue Mat. 5.
ſtra corā hominibus: ut uideant opera ueſtra bona:
et glorificent patrem ueſtrū qui in cælis eſt. Quomo
do iuſtitiā uult celare: cuius opera uult ſic elucere?
Fratres hic præceptio cæleſtis uult iactantiā tollere:
auferre pompā: uanitatem demere: ſummouere ina
nem gloriā: ſic iuſtitiā uult celare. Iuſtitia quæ per ſe
ſibi abundat ad gloriā: ſpectaculū populi, uulgi lau-
des, fauores hominū, mundi gloriam non requirit:
a deo genita cælū expectat: in oculis agit diuinis: ſu-
pernis uirtutibus mixta ſemper a deo ſolo ut glori-
ficetur expectat. Sed hæc eſt iuſtitia, quæ ex deo eſt:
illa uero iuſtitia quæ eſt hypocriſis, iuſtitia non eſt:
mentitur oculis: fallit aſpectū: uidentibus illudit: deci
pit audientes: ſeducit turbas: trahit populos: famā uē-
dit: emit clamorē: fit ſeculo: deo non fit: mercedē ra-
pit præſentem: præmiū non quærit in futuro: cæcat
oculos cæca ipſa: nō uidens uult uideri: propter quā
cæcitatē CHRISTVS præſenti ſic ichoat ī præcepto.
„ Attendite. Hoc eſt, ne geſtiatis attēdi. Ne iuſtitiam
„ ueſtrā faciatis corā hominibus. Quare? Ne uidea-
„ mini ab eis. Et ſi uiſi fueritis: quid? Mercedem nō
„ habetis apud patrem ueſtrum qui in cælis eſt. Fra-
tres, hic dominus nō iudicat, ſed exponit: pandit co-
gitationū dolos: ſecreta mentiū nudat: iniuſte iuſti-
tiā tractantibus modū iuſtæ retributionis indicit. Iu
ſtitia quæ ſe humanis oculis locat: diuini patris non
poteſt expectare mercedem: uoluit uideri, et uiſa eſt:
uoluit hominibus placere, et placuit: habet mercedē
quā uoluit: præmiū quod habere noluit, nō habebit.
Qua uero de cauſa ſint hæc præmiſſa, ex ſequentibus
„ audiamus. Cū facis eleemoſynam noli tuba canere.

Digitized by Google

» ante te:ſicut hypocritæ faciunt. Bene tuba:quia talis
eleemoſyna hoſtilis eſt,nō ciuilis:non miſericordiæ
dedita,ſed clamori: ſeditionis uernula, non alumna
pietatis:oſtentationis nundinatio,nō cōmerciū cha/
» ritatis.Eleemoſynā quisquis oſtentat, inſultat. Tu,
» inquit,cū facis eleemoſynā:noli tuba canere ante te:
» ſicut hypocritæ faciūt i ſynagogis,et in uicis: ut glo/
» rificentur ab hominibus. Amen dico uobis recepe/
» runt mercedē ſuam. Audiſtis quemadmodū notat
eleemoſynā in cōuentu,in plateis, in triuiis,nō impē
ſam ad leuamen pauperū, ſed hominū propoſitā ad
fauorē:ut probentur miſericordiā uendere,non do/
nare.Fugiēda eſt hypocriſis,fugienda fratres:quæ ca
ptiua gloriæ uerecundiā pauperū nō releuat,ſed fati/
gat: quæ de gemitu inopis pompā ſuæ gloriationis
inquirit:quæ ſuam laudem dilatat pauperis ex dolo
re: quæ de miſeria petentis famam ſuæ oſtētationis
expandit.Sed dicit aliquis.Ergo in conuentu,in pla/
teis,in triuiis,neganda eſt miſericordia?non præbē
dus eſt uictus?Plane,et in omni loco,et ī omni tem/
pore facienda eſt miſericordia:præbēdus eſt uictus:
nuditas eſt tegenda:ſed ſic quo modo docuit miſeri
cordiæ auctor,ut miſericordia nō terræ ſit nota,ſed
cælo:non hominibus inſinuata,ſed deo.In plateis,in
triuiis, ſuū pietas habet ſecretum: e cōtra platea eſt,
triuiū eſt,cū in ſecreto facit hypocrita nil ſecretum.
Fratres deus monendo ſic uota culpat,non loca:ſen/
ſum,non opera:ſtudiū,non datorem:arguit largiē/
tem ad ſuam famā,non ad pauperis famem: iudicat
non ubi facias,quādo facias,ſed qualiter facias: quia
Deus de cordibus,non de manibus facta metitur: et
de ſenſu,non de locis operū colligit qualitatem. Mi/

Digitized by Google

ſericordiam coram ſe ſolum uult fieri,qui ſolius eſt
miſericordiæ et remunerator, et teſtis : et qui dicit,
Eſuriui : et dediſtis mihi manducare.Vult in paupe/ Mat.25.
re ſibi dari:et qui uult ſibi dari,uult quod datũ eſt ſe
debere:et qui uult ſe debere quod datũ eſt, uult lar/
gientibus nil perire.Deus parua poſcit, maxima red
diturus. Vnde homo ſi in paupere Deo fœneras, te/
ſtes homines non requiras: fides arbitros non requi
rit.De accipientis fide diſputat:qui ſine mediatorib.
nil dat:qui credita diffamat,urit uerecundia debito/
rem. Ergo homo daturus Deo, da ſecreto : ut quod
dederis,non ſit oneris,ſed honoris.Ob hoc ad te ue
nit tuus ditator ĩ paupere: ut eũ non dubites accepta
reddere : qui tibi gratis dedit habere qđ dares. Quã
uero in paupere ſit uerecũda paupertas,quod largi/
„ tatis tuæ quærat ſecretũ,aperit ipſe cũ dicit. Te autẽ
„ faciente eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat
„ dextera tua. Putas quam uult neſcire alterũ : qui te
„ ipſum q facis uult aliqua tui parte neſcire? Neſciat
„ ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Sicut ſunt no/
bis in dextera parte uirtutes:ita nobis pars uitiorum
in ſiniſtra.Ergo ut opus eſt dexteræ quod facit taci/
tus dator:quod facit dator garrulus hypocriſis eſt ſi
niſtræ. Hypocriſis,dolus,ſimulatio,fraus,mẽdaciũ,
elatio,tumor,iactantia,inſiſtunt nobis: et ĩminent a
ſiniſtris.Quotiens ergo nobis cũ bonitate,pietate,cũ
miſericordia cauſa eſt, neſciat hoc ſiniſtra. Siniſtra
eſt quæ nobis animarũ prælia ſemper indicit: et ne
uirtutes in effectũ ueniant elaborat.Ne ſit pietas,ĩm
pietas agit:ne eleemoſyna uincat, cupiditas pugnat:
furit auaritia,ne miſericordia cõualeſcat : ne innocẽ
tia,puritas,ſimplicitas,ſanctitas regnet,hypocriſis ſo

Digitized by Google

la confligit:quã CHRISTVS a nobis tali prædicatio
» ne ſecludit. Te autẽ faciente eleemoſynã neſciat ſi/
» niſtra tua, quid faciat dextera tua. Fratres, in hoc ſæ
culo fugiamus quæ a ſiniſtris ſunt: ſi in futurũ a dex/
Mat.25. tris deſideramus aſtare, et audire. Venite benedicti
patris mei percipite regnũ, quod uobis paratũ eſt ab
origine mundi. Homo da in terra pauperi, quæ tibi
manere uis ĩ cælo: Homo cõmilita hic pauperi, ſi uis
ibi regnare cum ipſo dño noſtro IESV CHRISTO:
qui eſt benedictus in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

IN PSALMVM XXVIII. SERMO. X.

OMnes qui arduas operum ſubleuãt, et
ſolantur anguſtias: probant ad ſola/
tium laboris datam nobis naturaliter
cantilenam. Hinc nautæ cantu ſuperãt
marina diſcrimina: hinc imméſa pon
dera adducunt leuamine canticoꝝ: hinc uiantes col/
les arduos facit tranſcendere uox ſonora: hinc præ/
liatores ipſos præcedens cantus ſubire concitat ama
ra belloꝝ. Ac ne multis, omne quod duri eſt operis,
quod laboris, dulcis uincit, et efficit cãtilena. Sic nos
fratres Quadrageſimæ ieiunio cantica diuina iunga
mus: ut abſtinentiæ pondus cæleſtis temperet, et ſub
leuet ſymphonia: prouocante nos ad hæc Dauid bea
to: qui dum fiſtula pecus carũ mulcet, et oblectat ĩ pa
ſcuis, cantu dura didicit ſuperare bellorũ: cantu me/
ruit ductare populos ad ſalutem: cantu ualuit uoca/
re gẽtes: reducere Iudæos: fugare Dæmones: Dei fi/
lios ad ſuperni patris obſequiũ conuocare: ſicut be/
» ne inuitans eius cecinit melodia. Afferte domino,

„ inquit,filii Dei.Putaſne cæleſtes taliter appellat iſte
uirtutes? aut homines Dei aptat in filios? et terrenã
„ carnem cæleſtem ſubleuat ad naturã? Afferte dño
„ filii dei. Homines fratres,homines nũcupat hic pro
pheta,quos Dei filios alibi ſic decantat. Ego dixi Dii Pſal.81.
eſtis, et filii excelſi omnes. Audiuimus fratres quo
nos tulit diuina dignatio: quo paternitas extulit nos
ſuperna:credamus nos Dei filios:reſpondeamus ge-
neri:uiuamus cælo:patrem ſimilitudine referamus:
ne perdamus uitiis quod ſumus per gratiam conſe-
„ cuti. Afferte domino filii Dei. Videtis quia cæleſtis
pater ſentit amorem donis:datis affectũ: probat mu
neribus charitatẽ. Et re uera fratres,filium ſe neſcit:
uiſceribus caret:naturam negat:igratus eſt patri:qui
auctorem uitæ ſuæ non obſequiis placat:non deuin-
„ cit cultu:muneribus non honorat. Afferte domino
„ filii Dei. Videamus quid ſit illud,quod nos tanto pa
„ tri hic Propheta cõmonet,et hortatur afferre. Affer
„ te domino filii Dei: afferte domino filios arietum.
Hoc eſt totum quod expetit:quod requirit:ouiũ fœ-
tus,uile terreni pecoris germen,ſtratos per uiã par-
tus,ſemina effuſa per campos,diuino patri ut diuina
ſoboles offerat admonetur. Aut forte Iudaicas uicti
mas, ſacrificia cruenta, balantes ſub cultris hoſtias,
creator omnium nũc requirit Deus? Et ubi eſt illud
quod dixit? Non accipiam de domo tua uitulos:neq; Pſal.49.
de gregibus tuis hircos: quoniam meæ ſunt omnes
feræ ſiluarum,iumẽta in montibus,et boues.Cogno
ui omnia uolatilia cæli:et ſpecies agri mecum eſt.Si
eſuriero,non dicam tibi:meus eſt enim orbis terræ,
et plenitudo eius.Et ſi iſta reppulit: quos arietum fi-
lios ſibi depoſcit afferri? ad Abrahã loquitur. Accipe Geñ.22.

Digitized by Google

filium tuum dilectum : et offeres mihi in holocau⸗ ſtum. Aries Abraham maturus ad innocentiam, grã dæuus ad fidem, perfectus ad hoſtiã, paratus ad ho⸗ locauſtum, afferebat filium ſuum, filium arietis: imo ſe immolabat in filio: ſanctificabat mẽtem ſuam: læ⸗ tificabat fidem ſuam: ut eſſet idem uictima, et Ponti fex: ſacerdos, et ſacrificiũ: patris, patris erat paſſio ibi tota ubi filius imolabatur: ignauus filius ſiſtebatur: neſcius filius aptabatur uinctus : ut tolleret de patris paſſione martyrium: præmiũ de pœna patris: de con flictu patris raperet coronam. Deniq; patris ſuſpenſa eſt dextera: patris gladius eſt remotus: quia non quæ rebatur mors filii, ſed patris charitas ꝓbabatur : nec expetebatur ſanguis filii, ubi tota uictima ĩ patris di⸗
Gẽn. 22. lectione conſtabat, ſcriptura dicente. Nunc ſcio quia diligis deum: quia non pepercíſti unigenito filio tuo proprer me. Abrahã diximus arietem, ut Iſaac arie⸗ tis filium probaremus: ac ſic luceret, quos arietum fi
" lios Propheta uult domino nos deferre. Afferte do
" mino filios arietũ. Filios patrũ, Patriarcharũ, Pro⸗ phetarũ, Apoſtolorũ, Martyrũ, Confeſſorũ, Chriſtia nus modo ut afferat admonetur: quãdo grex domi⸗ nicus fidei laxatur in paſtũ: quando agnos ſuos cæle ſtis paſtor ad ouile dominicũ uult deferri: ne diſper ſi per inculta gentiũ, luporũ deuorentur incurſibus. Sed quid admoneat uox diuina planius iam loqua⸗
" mur. Afferte domino filios arietum. Afferte dño baptizandos : afferte quos fides concipiat, non caro: afferte quos Dei gratia generet, non mundana natu⸗ ra: afferte quos agnos præſtet innocentia, nõ habeat pecoris hebetudo: afferte, afferte quos ſponte uenire aut neceſſitas uetat: aut ætas impedit: aut ignorantia

retardat:aut tenent uitia:aut delicta remorātur: aut ſpectatio decipit:aut fallit cōfuſione paupertas:adducite uolentes:attrahite nolētes:facite uobis de aliena neceſſitate mercedē:ſeruū cathecuminū ſi habet dn̄s adducat,ut habeat iā fidelem:filiū pater offerat, non retardet:ut cui præſentē uitā præſtitit,cōferat et futurā.Vir cōiugē deducat ad fidē:ne quod unū eſt ī carne,ſpiritu ſit diuiſū. Amicus amicū attrahat ad ſalutē:ut de gr̄a diuina humanā cōprobet charitatē. Peregrinū ciuis, poſſeſſor hoſpitē Dei ducat ad menſā: ut ſine ſuo ſumptu de diuinis copiis ſit humanus.Attrahite nolentes:nemo dicat,nō uult:quia et Abrahā Gen̄.22.
ut offerret filiū colligauit: et Lot Angeli ut ſubtrahe Gen̄.19.
rent flāmis, extractū manibus ſuſtulerūt: et Petrum dn̄s ut iret ad martyriū quo nolebat,auxilii ſui uirtu
te præcinxit:dicēs.Præcinget te alius,et deducet quo Ioā.21.
tu non uis.Et pater cæleſtis nō ſolum uolentes ſuſci
pit:ſed attrahit et nolentes: dicente filio. Nemo po Ioā.6.
teſt uenire ad me, niſi pater qui miſit me, attraxerit illū.Quomodo ſe Chriſtianū credit,qui non CHRISTO annoſa, et uetera ducit? Aut quomodo domū ſuam iudicat ouile Dei,ubi nō paſcuale germen Dei pecus dat balatum? Obſecro,et obteſtor fratres chariſſimi per Dominum noſtrum, ut in hoc uigiletis omnes,quatenus his diebus nullus a Dei gratia, nullus a generatione diuina relinquatur extorris:quatenus quod aliis Deus eſt per ſuā gratiam collaturus, ueſtrum creſcat, et redundet in gaudium. Homines
ſumus ſub incerto uiuentes: et neſcimus quid pariat Pro.27.
ſuperuentura dies. Agamus ergo dilectiſſimi ne ſerui,ne filii,ne coniuges,ne parentes,præuenti morte, et præſenti uita careant,et nō perueniāt ad futurā.

Digitized by Google

DE IEIVNIO, ET TENTATIONIBVS CHRISTI. SERMO.XI.

QVod curioſitas humana, quod ueterũ labor, quod ſapientia mundana quærens, et diu quærens, non potuit inuenire: hoc ſcire, et neſcire facile præſtitit lex diuina. Vnde malum, culpa unde, uitiorum uis unde, unde criminum furor, unde corporum bella, unde conflictus animæ, unde uitæ tempeſtas tanta, unde mortis naufragium tam crudele neſciret homo: niſi Dei lex diabolum prodidiſſet. Diabolus mali auctor, nequitiæ origo, rerum hoſtis, ſecundi hominis ſemper inimicus: ille laqueos tendit: lapſus parat: foueas fodit: aptat ruinas: ſtimulat corpora: pungit animas: cogitationes ſuggerit: imittit iras: dat uirtutes odio: uitia dat amori: errores ſerit: diſcordias nutrit: pacem turbat: affectus diſſipat: conſcindit unitatem: ſapit malum ſatis, bonum nil: uiolat diuina: humana tẽtat. Hinc uſq; ad CHRISTVM tetẽdiſſe tentator temerarius ſic refertur. Et cũ ieiunaſſet quadraginta diebus, et quadraginta no-
Mat.4. ctibus poſtea eſuriit: et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Audientes iſta in Deum nõ uadant: non criminentur naturã: nõ cõtumelientur auctori: nõ accuſent carnẽ: de anima non querantur: non impetant tempora: aſtris non imputent: infamare deſinant innocentiam creaturæ: malum ſentiant accidens, non creatum: et creatorẽ boni Deum: diabolum inuentorem mali: ac ſic aſcribant Diabolo mala: bona Deo: declinent mala: faciãt bona: habituri i bonis adiutorem Deũ, qui dat poſſe

Digitized by Google

quod iubet:et quæ præcipit,facit ipſe: quia ſicut Diabolus impellit ad mala,ſic Deus deducit ad bona.Nemo ergo quaſi concreatis ſibi uitiis obſequatur: et quod eſt criminis, eſſe putet naturæ: ſed ſumat cum CHRITSO arma ieiunii:criminum propellat impetus:proſternat caſtra uitiorũ:et de ipſo auctore mali ſumat CHRISTO dimicante uictoriam.Diabolo uicto uitia nil ualebunt: quia extincto tyranno ſolutæ acies ſunt tyranni: audi Apoſtolum dicentem. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, et ſanguinẽ: ſed aduerſus ſpiritalia nequitiæ i cæleſtibus. Tunc, inquit,IESVS ductus eſt in deſertum a ſpiritu. Non a Diabolo:ut eſſet diuinus curſus,non humanus icurſus:ut eſſet ſpiritus præſcientiæ, inſcitia non eſſet humana:et eſſet poteſtas Dei, poteſtas nõ eſſet inimici. Diabolus ſemper primordia boni pulſat:tentat rudimenta uirtutum: ſancta i ipſo ortu feſtinat extinguere:ſciens quod ea ſubuertere fundata nõ poſſit. Hoc non ignorans CHRISTVS Diabolo ſe quærenti patienter indulſit: ut inimicus laqueo ſuo ipſe teneretur,et caperetur inde,unde capere ſe putabat: ſicq; a CHRISTO uictus,cederet Chriſtianis. Et cum ieiunaſſet,iquit,quadraginta diebus,et quadraginta noctibus. Videtis fratres,quia quod Quadrageſimam ieiunamus:non eſt humana inuentio, auctoritas eſt diuina:et eſt myſticum,nõ præſumptum: nec eſt de terreno uſu,ſed de cæleſtibus eſt ſecretis.Quadrageſima quattuor decades quadratam fidei continet diſciplinam:quia ſemper eſt quadrata perfectio. Quaternarius numerus,et denarius quæ in cælo,et in terra teneant ſacramenta, quia aperire modo non uacat,explicemus domini cœpta ieiunia. Et cum ieiu- Eph.6.

naſſet quadraginta diebus,et quadraginta noctibus.
Homo,Deus in te ieiunat:in te eſurit: immo ieiunat
tibi:tibi eſurit:qui ſibi ſicut neſcit manducare, ſic nõ
poteſt eſurire. Ergo cum propter te ieiunat CHRI/
STVS, te eſurit. Et cum ieiunaſſet quadraginta die
bus,et quadraginta noctibus,poſtea eſuriit. Hoc nõ
eſt infirmitatis ſignum,ſed eſt inſigne uirtutis : quia
cum dicit,poſtea eſuriit:quadraginta diebus,et qua/
draginta noctibus probat in illo eſuriem non fuiſſe:
eſuriẽ ſentire,et uincere,eſt laboris humani: diuinæ
uirtutis eſt eſuriẽ non habere.Ergo CHRISTVS nõ
ieiunio laſſeſcit:non eſurit fame:ſed eſuriuit CHRI/
STVS, ut tentandi materiã Diabolus inueniret:quia
ad ieiunum non audebat accedere,qui ſic ieiunantẽ,
Deum non hominem ſentiebat. Tunc ſenſit homi/
nem,tunc mortalem credidit:tunc eum putauit poſ/
ſe tentari:quãdo eum eſurire callidus explorator in/
ſpexit. Et accedens tentator dixit. Acceſſit tentan/
tis dolo, non obſequentis affectu. Acceſſit peius im/
pudens, quam receſſit : ſed eſurienti quid obtulerit
audiamus. Dic ut lapides iſti panes fiant. Lapides
eſurienti offert : humanitas talis eſt ſemper inimici:
ſic paſcit mortis auctor:ſic inuidus uitæ. Dic ut lapi
des iſti panes fiant. Diabole, fallit te prouiſio tua.
Poteſt famem uertere in ſaturitatem, qui poteſt in
panem lapides immutare. Quid illi cõſilium tuum,
cui ſua ſufficit uirtus? Dic ut lapides iſti panes fiant.
Diabole,et prodidiſti te,et tuum dominum non pa/
uiſti. Dic ut lapides iſti panes fiant. Miſer, malus
uis eſſe, ſed non potes : cupis tentare, ſed neſcis:eſu/
rienti tenera offerre,non dura debuiſti :famem non
aſperis palpare, ſed blandis: inediam non horridis

urgere debueras,ſed guloſis. Iſtis non modo Dei filium,ſed hominis filium tu laqueare non poſſes. Ad præſentiam CHRISTI deperire tibi artes tuas tentator intellige. „ Dic ut lapides iſti panes fiant. Poteſt de lapidibus panes facere,qui aquas conuertit in uinum. Sed ſigna fidei ſunt præſtanda, non dolis: credenti danda ſunt, non ſunt danda tentanti: et facienda ſunt ad petentis ſalutem,non ad facientis iniuriam. Diabole tibi ut quid ſigna, cui nil ſubuenit ad ſalutem? cui totum reſtat ad pœnam? cui et ſigna proficiunt ad ruinam? Sed accipe reſponſum: „ ut te intelligas, et ſubiiciaris auctori. Non in ſolo „ pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit „ de ore Dei. Audi patris uerbũ uerba ſalutis noſtræ eſurire, non panem, et agere ut homo ſemper uiuat cæleſti uerbo,terreno pane nõ ſemper:ac ſic Deo uiuat,ut ſui neſcius ſit laboris:qa uere illa uita eſt, quæ ſudoré neſcit:dolores non habet:non habet finem.

DE EISDEM. SERMO. XII.

QVoniam ieiunii uernum,et tẽpus bellorum ſpiritualium cernimus aduenisse:ſicut CHRISTI milites depoſito corporis,animæq; torpore,uirtutũ procedamus ad campum:ut membra quæ ſunt nobis hiemali otio mollita, exercitio cæléſtium roborentur armorum: dedimus corpori annum,demus animæ dies: impendimus nobis tempora,tempus deputemus auctori: uiuamus Deo paululum,qui ſæculo uiximus totũ: ſeponamus domeſticas curas: Eccleſiæ maneamus in caſtris: uigilemus

in acie CHRISTI: ſomnum cubilium non quæra-
mus:iungamur fortibus: ab amplexibus ſeparemur
mollibus:amor nos teneat triumphorum: paruulo-
rum non auocent blandimenta:auribus noſtris inſo
net uox diuina:familiaris ſtrepitus noſtrum non cō-
fundat auditum:cibus parcus de cæleſti ſumatur an-
nona:terreni luxus copiæ non quærantur:in poculis
ſobrietatis menſura ſeruetur:uires ebrietas nō ener-
uet.De ſtipēdiis quicquid exuberat cōmilito pauper
aſſumat: peſtilens effuſio nil perdat: in conflictu ha-
bebis auxilium: eſurientem ſaucium quem cibabis.
Sic muniti fratres, inſtituti ſic, indicamus bella pec-
catis:ſtatuamus criminibus pugnam:conflictum ui-
tiis nuntiemus ſecuri de uictoria:quia nec arma cæ-
leſtia hoſtes poterunt ſuperare terreni:nec diuino re
gi aduerſa poterunt contraire mundana:nec in pro-
cinctu fidei conſtitutos præuenire poterit inimica
ſubuerſio: neq; cautos,uigilantes, ſobrios, diabolus
perturbare ſuis ſuperuentionibus præualebit: certe
neq; nos taliter armatos publico conflictu prouoca-
re audebit:dolis appetere non præſumet. Animus in
cæleſti ſpecula perſeueret:diaboli fraudulētas,et oc-
cultas deprimat,et declinet inſidias. Eſt quidem dia
bolus per ſe nequam:fit tamen nequior prouocatus:
1.Pet.5. audi Apoſtolum dicentem. Diabolus ſicut Leo ru-
giens circuit,quærens quem deuoret. Ieiunantibus
nobis Diabolus eſurit, qui noſtris ſemper ſaturatur
ex culpis. Ille cibum noſtrū deducit in crapulam: po
tum noſtrum in ebrietatem diffundit:ut mentem fa
ciat amentem:carnem luteam reddat:corpus animi
domicilium, animæ uas, murum ſpiritus, uirtutum
ſcholā, Dei tēplū, in ſcænā criminū, in uitiorū pōpā,

uoluptatũ redigat in theatrum. Capit ille ſatietatem: uoluptatem percipit: expletur epulis: quando nos luxus ſoluit: libido ſtimulat: pompa rapit: impellit ambitio: urget ira: furor implet: ſuccendit inuidia: cupiditas inflámat: curæ ſollicitant: lites uexant: lucra capiunt: uſuræ uinciunt: chirographa ligant: premunt ſacculi: elidit aurum. Quádo moriuntur uirtutes: uiuunt uitia: uoluptas effluit: honeſtas perit: miſericordia deficit: abundat auáritia: regnat confuſio: ſuccũbit ordo: proſternitur diſciplina. Iſta militant aduerſum militem CHRISTI: iſtæ ſunt ſatanæ cohortes: iſtæ diaboli legiones: iſta ſunt quæ mũdũ ſepulchris obſederunt: debellauerunt populos: uaſtarũt gentes: orbem totũ duxere captiuũ. Iſta ſunt quibus nullus per ſe potuit obuiare mortalis: et ideo ad uincenda iſta Deus uenit ipſe: cæli rex ipſe deſcẽdit: ipſe uictor ſingularis aduenit: ieiunium quadrageſimæ ſtatuẽs in procinctu: ut quattuordecade ieiunii quadraturá mundi totá muro ĩ expugnabili cõmuniret. Ieiuniũ fratres, ſcimus eſſe Dei arcem: CHRISTI caſtra: murum ſpiritus: uexillũ fidei: caſtitatis ſignũ: ſanctitatis trophæũ. Hoc Adam ſeruauit ĩ paradiſo: quem inde Geñ. 3. detraxit gula. Hoc in arca cuſtodiuit Noe, mundum Geñ. 7. ebrietas cũ demerſit. Per hoc Lot ſodomiticũ reſtinxit Geñ. 19. incendiũ: qui per ebrietatem incæſti eſt aduſtus incendio. Hoc Moyſem diuini feruoris fecit lumine Exo. 32. perlucere, quando comeſſatio, et ebrietas Iſraeliticũ populũ ſimulacrorũ tenebrauit erroribus. Hoc Eliá 4. Re. 2. peruexit ad cælum: quádo Achab impium ebrietas ad inferna deiecit. Hoc Iohannem in natis mulierũ Mar. 6. fecit eſſe maioré: quádo temulentia Herodem principem imperio mulierũ reddidit homicidá. Quadra

geſimæ ieiunium fratres uetuſtas diaboli prodidit,
et patefecit inſidias.Diabolus namq; qui manducan/
tem cõtempſerat CHRISTVM, bibentem uelut ho
minẽ cõputarat : ubi ieiunantẽ uidit,ſuſpicatur Deũ:
Mat.4. » Dei filiũ confitetur. Si filius Dei es,inquit, dic ut la/
» pides iſti panes fiant. Sic dicendo Diabolus homi/
nem uult monſtrare,non Deũ:non cibũ parare uult,
» ſed uult amputare ieiuniũ. Si filius Dei es,dic ut la/
» pides iſti panes fiant. Poſt ieiuniũ panem,nõ diuina
uirtus,ſed infirmitas humana diſquirit:nec ſic laſſe/
ſcit fame Deus,ut ad prouidendũ ſibi cibũ, quod eſt
ſuæ poteſtatis addicat.Ex ſequentibus itaq; diabolus
» aperit quid conetur. Si filius Dei es, mitte te deor/
ſum. Satis hominem probare uult : cui non aſcen/
ſum prouidit, ſed ruinã:humana conditio ad aſcen/
» ſum difficilis, facilis inuenitur ad lapſum . Si filius
» Dei es,mitte te deorſum. Erras diabole:nec tentare
» noſti:cadere non poteſt Deus. Tunc oſtendit ei oĩa
» regna mundi:et gloriam eorum:et dixit ei.Hæc oĩa
» tibi dabo,ſi procidens adoraueris me. O auſus dia/
boli,Deo dicit, adora me : ſed ſenſit mox uirtutibus
Deum, pœnis iudicem, ſupplicem præmiis quẽ quæ
rebat : nam CHRISTI nomine, nomine ieiunantis
cœpit ab obſeſſis corporib.effugari:et dare tremens
illi gloriam,cui ſuperbus callide irrogarat iniurias,
ieiuniis uicit, ut nobis uincendi uires, uincendi for/
mam taliter largiretur. Hoc,ait,genus non eiicitur
Mat.17. niſi in ieiunio,et oratione.Ieiunemus ergo fratres ſi
uolumus imitari CHRISTVM : ſi uolumus fraudu/
lentas diaboli ſuperare uerſutias.

DE EISDEM. SERMO.XIII.

Digitized by Google

ECce tempus quo miles procedit ad cã/
pum:recurrit ad Dei ieiunia Chriſtia
nus.Ecce tempus quo carnis otia ,quo
mentis ignauia,quo uentris cura,et to
ta eſt familiaris obſequii deponenda
torpedo. Ecce tempus quo in armorum cæleſtium
meditatione,animæ, et corporis exercendæ ſunt ui/
res.Ecce tempus quo reſidente CHRISTO,aſtanti/
bus angelis,noſtra luctaminis exercenda eſt fortitu/
do.Nunc eſt tempus quo gula cum ieiunio,abſtinen
tia cum crapula,cum luxuria caſtitas,cum perfidia fi
des, pietas cũ ĩpietate, patientia cũ furore, cupiditas
cum liberalitate,miſericordia cum auaritia, humili
tas cum ſuperbia,ſanctitas cum reatu, CHRISTO
remunerante confligit. Si quis ergo ſpectante Deo,
cæleſti reſonãte iam tuba, Angelico inſiſtente occur
ſu,cubiculi irretitus illecebris,eneruatus mollicie plu
marum,reſolutus in totum iugalibus blandimentis,
ad exercitium uirtutis uenire neglexerit:perdit lucta
minis præmium : uirtutis gloriam : certaminis pal/
mam:iuſtitiæ coronam:deſertoris etiã crimine mul
tabitur in futurum.Hodie fratres CHRISTVS Rex
noſter commilitones ſuos de Euangelico allocutus
eſt tribunali:indixit hoſtibus bella:promiſit præmia
pugnaturis:retulit bellorum cauſas:inimicorum do
los prodidit,et conatus:ubi,et quando,et quomodo,
confligendum ſit nobis triumphali conſtitutione ſi
gnauit. Et quamuis ſolus poſſit obtinere uictoriam:
ꝑpter nos tamen, et noſtram formidinem, adeſſe
tota iuſſit præſidia de ſupernis. Qui ergo iſta noluit
audire : qui ſtatuta Regis noſtri talia, et tanta, ſci/
re contempſit : iudicate ſi non ipſe ſe exuit noſtræ

Digitized by Google

militiæ ſacramentis: et cæleſti cõtubernio reddidit, et fecit extorrẽ. At uos fratres qui ſequi uultis in hoc quadrageſimæ ieiunio ieiunii dominici formã: pu/gnaturos uos, ſicut prædiximus, cõtra uitiorum tur/mas, contra acies criminũ, contra informes concupi ſcentiarũ formas, cõtra Dæmonũ totas aerias, totas diffuſas, et innumeras legiones, triũphaturos uos ex ipſis quæ dñicũ ieiuniũ ſubſequũtur tentationibus ap probate. Vbi enim dominus quadrageſimæ ieiuniũ indefeſſo illo uirtutis ſuæ aggreſſus eſt documento: mox diabolus occurrit pugnaturus dolis: quia ieiu/nanti uiribus obſiſtere nõ ualebat. Quantũ enim cra pulationi deditis dominatur, et ebriis, orantes timet tantũ: tantũ refugit ille ieiunos, dicente dño. Non eii/

Mat. 17. citur niſi in ieiunio: et oratione. Sed qua fraude Dia

Mat. 4. „ bolus tẽtare auſus ſit audiamus. Si filius Dei es: dic

„ ut lapides iſti panes fiant. Audiſtis, quid de ieiuniis

„ ipſe ſentiat, et iudicet inimicus. Si filius Dei es. Vi/detis quia iam nõ hominem, ſed Dei filiũ credit: quẽ liberũ a uentris conſpexerat ſeruitute. Senſit, ſenſit diabolus ieiuniũ cunctis uirtutibus anteferri. Iohan nem uiderat urbiũ delicias ſquallentis eremi habita tione mutaſſe: molliciem carnis ueſtis aſperitate cal caſſe: agreſti cibo mundi totã frenaſſe luxuriã. Et qđ ſolũ Deitatis inſigne eſt, hominibus dimiſiſſe pecca ta. Et tamen nõ ei dixit, ſi filius Dei es. At ubi domi/

„ num uidit iugiter ieiunantem, proclamat. Si filius

„ Dei es. Errat diabolus: q cõtra dominũ aſtutiæ ſuæ

„ nequitias, et argumenta iaculatur. Si filius Dei es,

„ dic ut lapides iſti panes fiant. Quid eſt ꝙ ieiunante CHRISTO deitatis ſigna tota in ſola panis promiſ/ſione perquirit? Et quem Dei filium continua ieiunii

ſigni

Digitized by Google

ſignificatione perſentit: eſſe Dei filium de prouiſio-
» ne panis, de cura uentris, deſiderat approbare? Si fi
» lius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant. Quare nō
dixit, ſi filius Dei es, dic ut homines, aut āgeli, aut ali-
quid aliud fiant: ſed, dic ut lapides iſti panes fiant? Si
gnum panis petit, qui ſignum ieiunii pertimeſcit. Si-
gnū panis petit: ut ieiunii tremendū ſibi refugiat ſi-
gnum. Panem malus ingerit cōſolator: ut uirtutem
mutet: ut propoſitū uiolet ieiunantis. Sed uideamus
quid reſponderit de pane panis qui de cælo deſcen-
» dit. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uer- Deut. 8.
» bo quod procedit de ore Dei. Quam uere uiuit in
uerbo Dei Dei uerbum. Quam uere panis non indi-
get pane. Quam diuine lapides cōuertit in homines,
qui de lapidibus Abrahæ filios ad indiciū ſuæ maie Mat. 3.
ſtatis exuſcitat. Et quia impudens inimicus neſcit ſe-
» mel uinci, ad multiplicē uincētis triumphū, Statuit
» dominū ſuper pinnaculū templi, et ait. Si filius Dei
» es, mitte te deorſum. O ſignū, mitte te deorſum: cō
uenientius dixerit, ſi filius Dei es, aſcende ad cælū: cū
ſit hominis utiq; ad ima cadere, Dei ſit ad ſuperna
» conſcendere. Si filius Dei es, mitte te deorſum. Sic
ſuis ſuadet: ſic ſuis prouidet ſemper: ſic ſuos eleuat, ut
» de alto præcipitet ualidius in ruinā. Si filius Dei es,
» mitte te deorſum. Conſiliis ſuis ſe diabolus prodit.
» Mitte te deorſum. Lapſus quærit: præcipitia impe-
rat: et tali conſilio per Africā martyres facit ſine cla
more dicendo: ſi uis martyr eſſe, mitte te deorſum:
ut eos impellat de alto ad mortē: non de humili tol-
at, et eleuet ad coronā. Et ſicut ſe diabolus conſiliis
ſuis prodit: ita reſponſione ſua dn̄s ſe reuelat, dū ait.
» Non tentabis dominū deum tuū. Se utiq; dominū, Deut. 6.

D

ſe utiq; Deũ intelligi uoluit hæc dicendo:qui nõ de pinna templi tantũ ſe dedit ad terrã, ſed e cælis ſe ad inferos uſq; iactauit:ut non cadentiũ forma,ſed eſſet reſurrectio mortuorũ. Aduertite fratres, ſi poſſit ſæ- uus inimicus quãuis ſæpe uictus homini cedere, qui audit,et ſentit dominũ Deum,et tamen adhuc tenta ,, re nõ deſinit. Poſuit eum ſuper montem excelſum, ,, et oſtendit ei oĩa regna mundi,et gloriã eorũ : et ait ,, illi.hæc omnia tibi dabo,ſi procidẽs adoraueris me. Hæc dicit,nõ qui poſſit dare,ſed fallere:nec promiſ- ſa conferre,ſed ipſa auferre promiſſionibus quæ ha- ,, bent. Hæc oĩa tibi dabo. Offert quæ Dei ſunt Deo: auctori quæ auctoris ſunt repromittit:ſuadet ut ado ret ab oĩbus adorandus : et cæcatus auſibus ſuis ante iudiciũ iudici quemadmodũ ſimplices deciperet cõ fitetur:cui dominus non tam teſtimonio legis,q̃ di-

Deu.6.,, uinitatis ſuæ reſpondit imperio. Dominũ Deũ tuũ

Phil.2.,, adorabis. Tu dominũ Deũ tuũ illum, cui genu fle- ctunt oĩa nõ ſolũ cæleſtia,et terreſtria,ſed etiã infer- na. Adorabis ergo tu in ĩferno ſtridẽs,et eiulans eũ, quem ad te adorandum modo temerarius deſertor inuitas. Itaq; Diabolus totiens, et taliter repercuſſus a dño,circa nos ſeruos eius modo toto furore diſcur rit:et ſicut CHRISTVS milites ſuos,ita ille ſuos allo quitur,et armat miniſtros.Dicit ergo diabolus: tem pus nos modo grauiter ieiunii obſeruatione debel- lat:per gulam,per crapulam,per ebrietates,per luxu riam,homines attentare nõ poſſumus: armate lites: ſeminate diſcordias:excitate odia:concitate iras:in- ſpirate mendacia:extorquete periuria: ſuggerite bla ſphemias:uaniloquia diffundite:infundite dolos:cõ- flate auaritiam:lucra turpia prouidete,ut quod uen-

Digitized by Google

ter modo ad luxuriã non dependit: uel ſacculus claudat, et reponat ad pœnã. Cauete ante omnia: ne miſericordia, ne eleemoſyna, ne humanitas, præteritos labores noſtros deleat: præſentes auferat: tollat futuros. Sed nos fratres, et noſtri regis agnoſcentes monita, et quæ Diabolus ſuis mandauerit audientes, ieiunia noſtra ſine lite, ſine clamore, ſine ira, ſine dolo, ſine ſimulatione, cũ tota miſericordia, charitate, pietate, peragamus: ut dominus CHRISTVS qui ſpretis pecorũ cruentis uictimis, ſpiritus cõtriti, et cõtribulati cordis ſacrificiũ requiſiuit, cum ſilentio pacis ieiunii noſtri hoſtias placatus, et propitiatus aſſumat.

IN PSALMVM XL. SERMO. XIIII.

PRæliorum peritis militaris tuba perſonat diſciplinam, imperitis tantum terrificum dat clamorem: tuba magiſtra bellorũ dat ſuis uires, hoſtibus dat pauoré. Qui ſine tuba dimicat, miles non eſt: fertur furore, nõ prælio: uirtute nõ agit, ſed periculo: quærit perire, non uincere. Hoc diximus, ut CHRISTI miles intelligat, cæleſtis quare prouiſa ſit cantilena. Conſtituti in campo ſæculi pugnam cum Diabolo, cũ uitiis ſuſtinemus. Quotiens ergo nobis intonat Propheticus clãgor, totiens nos in pace cautos, et in acie fortes, et in prælio reddit inuictos. Namq; hodie beatus Pſalmiſta ad intelligen-
„ tiam nos ſupernam conuocat per clamorem. Bea-
„ tus qui intelligit ſuper egenum, et pauperem. Et quæ eſt intelligentia, ubi eſt profeſſa paupertas? Vis eſt intelligentiæ, ſi timetur uiſcera: ſi deprehẽdat oc-

culta: ſi tecta nudet. Verũ ſubiecta oculis, expoſita in publico, ingeſta rebus, nõ eſt intelligere, ſed uidere. Nuditate algidus, tabidus fame, ſiti aridus, laſſitudine tremens, defectu luridus, quod egenus ſit, intelligere quis labor? Et ſi labor intelligentiæ nullus eſt, unde eſt intelligẽtiæ fructus? Oremus fratres, ut ipſe nobis intelligere intelligenda concedat, qui ſe intelligi in paupere ſic demonſtrat: quod ipſe qui cælum tegit ſit nudus in paupere, quod in eſuriente eſuriat ſaturitas rerũ, quod ſitiat in ſitiente fons fontiũ, intelligere quomodo non magnũ eſt? quomodo nõ beatũ intelligere, quod ei ſit ampla paupertas, cui anguſtum eſt cælũ? qui ditat mundũ, quod egeat in egente? quod fruſtũ panis, aquæ calicem dator omnium quærat? quod ſe Deus amore pauperis ſic deponat, ut nõ adſit pauperi, ſed ipſe ſit pauper? hoc cui uidere dederit Deus, ipſe uidet. Sed quomodo aut in ſe transfuderit pauperẽ, aut ſe in pauperẽ fuderit, dicat
Mat. 25. ipſe iam nobis. Eſuriui, inquit, et dediſtis mihi manducare. Non dixit eſuriuit pauper, et dediſtis illi manducare: ſed eſuriui ego, et dediſtis manducare mihi. Sibi datum clamat quod pauper acceperit: ſe mãducare dicit quod comederit pauper: quod bibit pauper ſibi teſtatur infuſum. O quid agit amor pauperis: gloriatur in cælo Deus, unde pauper erubeſcit in terra: et hoc reputat in honorem ſibi, quod pauperi computatur iniuria. Dixiſſe ſuffecerat, dediſtis mihi potũ: ſed præmittit, eſuriui: ſitiui: quia paruus fuiſſet amor pauperis quod pauperẽ ſuſcepiſſet, niſi et paſſiones pauperis ſuſcepiſſet: et certe uerus amor non niſi paſſiõibus probatur. Verus amor eſt, feciſſe ſuas anguſtiãtis anguſtias: nimis eſt quod ſapit Deo pau-

Digitized by Google

peris cibus:qui totius creaturæ bona non eſurit,ſagi/
natum ſe in eſca pauperis prophetizat in regno cæli,
coram omnibus Angelis, in cõuentu reſurgentium.
Quod Abel paſſus ſit, quod ſeruauit mundum Noe, Geñ.4.
quod Abraham fidem ſuſcepit,quod Moyſes legem Geñ.6.
tulit, quod Petrus crucem reſupinus aſcendit, Deus Geñ.15.
tacet:et hoc clamat ſolum quod comedit pauper.In Exo.20.
cælo prima eſt eſurientis annona: prima ſtipendia
pauperis tractantur in cælo: erogatio pauperis pri/
ma diuinis ſcribitur in diurnis. Beatus cuius nomen
totiens Deo legitur,quotiẽs ratio pauperis recitatur
ĩ cælo. Sed iſtius beatitudinis audiamus et fructum.
,, In die mala liberabit eum Dominus. Qui ſe nouit
per mala ſæculi uitam ducere,Eleemoſynæ ſemper
ſecum auxilium ducat: ad præſidiũ ſibi turmas pau/
perum uocet:in paſtu pauperum largus prorogator
exuberet:pauperum frequentet donum: nõ trepidet
erogando:deficere neſcit cui porrigit manum, par/
cus acceptor:exhauriri theſaurus is nõ poteſt:de quo
,, ſufficit nũmus. In die mala liberabit eum dominus.
In die mala illi Deus liberator aſſiſtet, qui a malis
pauperem liberarit.In anguſtiis illum Deus claman
tem audiet,qui pauperem cum clamaret audiuit.Nõ
uidebit diem malum,qui dies bonos habere paupe/
rem fecit.Videbit diem malum, qui diem iudicii ſi/
ne aduocatione paupertatis intrauerit.Sine cauſa ac
cuſant peccata, quem pauper excuſat. Excuſari non
,, poteſt,quẽ fames pauperis accuſarit. Dominus,ait,
,, conſeruet eum,et uiuificet eum. Non dixit conſer/
uat,et uiuificat:ſed dixit,conſeruet,et uiuificet.Dixit,
non ut denunciantis uox ſit iſta,ſed rogantis.Qui au
diuit rogantem egenum,ecce audit orbe toto pro ſe

Digitized by Google

» Eccleſiam ſic rogãtem. Dominus conſeruet eum:
» & uiuificet eum. Conſeruet, ne rapiatur ad pœnam:
» uiuificet, ut reſurgat a mortuis, et recipiat uitam. Et
» non tradat eum in manu inimici eius. Cuius inimi-
» ci? nempe Diaboli: ipſe eſt inimicitiarũ princeps: de-
» ſpicit inimicos, qui ipſum inimicitiarum calcarit au-
» ctorem. Dominus autem adiuuet eum ſuper lectũ
» doloris eius. Exequitur Propheta omnes ærumnas
» fragilitatis humanæ. Dominus autem adiuuet eum
» ſuper lectum doloris eius. Quis eſt lectus doloris noſtri, niſi corpus noſtrum? in quo anima iacet, & iacet dolens: & dolet, quæ cælum repetere cupiens premitur corporis terra. Vniuerſum ſtratum eius uer-
» ſaſti in infirmitate eius. Iſtum non uerſat in ſtratũ, ſed in ſtrato uerſat infirmus. Caro ergo eſt, quæ uerſatur, & uerſat. Ipſa eſt ergo quæ in aduerſis uoluitur, i proſperis uerſat. Dominus ergo uerſat ſtratum noſtrum, quãdo nobis aduerſa uertit in proſpera: & quia in lecto doloris, hoc eſt in lecto corporis animus uoluebatur ægrotus, ipſe qui uoluebatur procla-
» mat. Ego dixi domine miſerere mei: ſana animam
» meam quia peccaui tibi. Quia per conſenſum carnis ſentit animi ſe contraxiſſe languorem, ut anima ſanetur implorat: & miſericordiam petit fidẽs, quia in pauperem miſericordiam fecit. Beatus qui fœnerando pauperi ipſum ſibi iudicẽ præſtitit debitorem.

DE CENTVRIONE. SERMO XV.

AVdituri eſtis hodie fratres, quemadmodum cohortis Romanæ Centurio dux factus eſt militiæ Chriſtianæ: &

» merito:quia ante cœpit docere,quã credere. Venit Mat.8.
» inquit,IESVS Capharnaum:& acceſſit ad eum Cen/
» turio rogans,& dicens. Domine puer meus iacet in
» domo paralyticus:et male torquetur. Et ait illi IE/
» SVS. Ego ueniam,& curabo eum:& reſpõdens Cen/
» turio ait. Domine non ſum dignus ut intres ſub te/
» ctum meum: ſed tãtum dic uerbo,et ſanabitur puer
» meus:nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitu/
» tus,habẽs ſub me milites:& dico huic,uade, & uadit:
» & alii ueni,& uenit:& ſeruo meo,fac hoc,et facit. Vi
detis Cẽturionem anteq̃ diſcipulatus ſubiret officiũ,
locum magiſterii fuiſſe ſortitum. Præbet enim pe/
tendi formam: dat normam credendi: fidei pandit
cauſas:uirtutum commendat exempla:qui nondum
» Chriſtianæ ſcholæ ingreſſus eſt diſciplinam. Acceſ
» ſit ad eum Cẽturio rogans eum. Hoc eſt ſapere,nõ
» rogare. Puer meus iacet in domo. Cauſas pueri
quaſi magiſter agit:uere Centurio, qui ſtipendia ter
rena centenarium cæli mutauit in fructum: et ſerui/
tutem militiæ ſæcularis in diuinam ſuſtulit dignita/
» tem. Domine puer meus iacet in domo. Qui uo/
cat dominum, fatetur ſuam fideliter ſeruitutem. Et
quomodo hic Centurio qui ſic agnoſcit dominum,
puerum ſuum auſus eſt profiteri, quaſi neſciens ſer/
ui peculium ad dominum pertinere? Aut ignorat
» cõmunia,qui docet tam ſecreta,tã profunda? Puer
meus. Meum dico, quia iacet:ſi tuus eſſet domine
non iaceret. Probat hoc Propheta: cum dicit. Ecce Pſa.133.
nunc benedicite dominum omnes ſerui domini:qui
ſtatis in domo domini. Qui ſtatis,nõ iacetis ait:ſtant
ſerui tui:hominum ſerui iacent. Puer meus qui iacet,
ut tuus ſit, ſurgat: meus quia paralyticus, ut tuus ſit,

iam ſanetur. Meus, quia male torquetur: ut tuus ſit, iam non ſit in pœna. Domine tuos ſeruos non decet malis ſubiacere: iniuria eſt tua tuorum pœna ſeruorum: tuos ſeruos poſſidere non debet uis malorum: ſerui tui & ſi patiuntur mala, non patiuntur ad pœnam, ſed ſubeunt ad coronas. Aduerſa illis non ſunt neceſſitatum cauſæ, ſed ſunt cauſa uictoriæ. Serui hominum ſunt, qui mala patiuntur inuiti: quia illis in deſperatione ſui domini nequeunt ſubuenire. Tu autem domine, cui uirtutes ſeruiunt, curationes parēt, obtemperant ſanitates, quomodo computabis ſeruū tuum, quem ſeruū tantorū conſpicis eſſe morborū? Nota eſt circa malos bonitas tua: pietatem tuam etiā impii cōfitentur: clamant exteri miſericordiā tuam. Hunc tuum dicerem, quem iacentem tua benignitas ,, non requirit? Iacet in domo: & male torquetur. Hinc eſt quod afferre eum: & offerre tibi pœnæ non ſinit magnitudo: ne familiaris infirmitas publice & dolori ſit, & pudori. Mouit Centurio iudicem talia, et tanta dum perorat: & ſic mouit, ut ad ſeruū ſuum ,, cæli dominum ipſum ire uelle perficeret. Ego, in- ,, quit, CHRISTVS ueniam, et curabo illum. Fratres non Centurio ad pietatem pietatis traxit auctorem: neq; ad hoc ille ire compulit CHRISTVM ad quod uenerat CHRISTVS: ſed Cēturio magis ſic ſentire, ſapere ſic docetur, quare ad ſeruum in ſeruo uenerit CHRISTVS: quare ad hominem in homine uenerit Deus: utiq; ut leuaret iacentes: eliſos erigeret: ſolueret compeditos: & eos quos iam nemo nec afferre, nec offerre poterat, ipſe operis ſui uector clementiſſimus baiularet. Sed iam quid reſponderit Centurio ,, audiamus. Domine, inquit, nō ſum dignus ut intres

Digitized by Google

" ſub tectum meum. Dedit debitum de humilitate re-
ſponſum:& ipſum eſſe dominum ſingulari pauore ſi-
gnauit,deducere dum ueretur ad animæ ſuæ domū:
ad ſecretum cordis ſui:ad tectum ſuæ cōſcientiæ: ad
penetrale mentis, in quo familia cogitationum incō-
dita, & confuſa uerſatur : nec patitur aulam pectoris
humani ſine uitiorum ſtrepitu in ſynceritatis ſilētio
" permanere.Magiſtro ergo timore reſpōdit. Domi-
" ne nō ſum dignus ut intres ſub tectum meum. Hinc
eſt quod Petrus ubi CHRISTVM rerum cognouit
auctorem,exclamauit dicens.Exi a me domine,quia Luc.5.
peccator ſum. Sic eum Petrus exire a ſe rogat, quo-
modo Centurio eum ad ſe ſupplicat non uenire:agit
uterq; ne indignitas hoſpitii in hoſpitis manet iniu-
" riam. Non ſum dignus ut ſub tectum meum intres.
Ho c bene dictum eſſet anteq̄ Deus hoſpitiū noſtræ
ca rnis intraret:at nunc quid ſic Centurio tectum ſuū
CHRITSVM uetat intrare, quem totum uidet intra
tectum ſui corporis iam manere? Fratres, Centurio
iam uidebat in CHRISTO corporis ſui formam:ſed
paſſiones in illo ſui co rporis nō uidebat. Natus eſt in
carne CHRISTVS,ſed natus eſt de ſpiritu ſancto: ac-
cepit hoſpitium carnis,ſed in au la uirginis:ut et ueri-
tas eſſet corporis humani, et de pollutione humani
corporis nil haberet. Bene ergo Ce ntu rio tectū ſuū
in dignum iudicat CHRISTO:quia ſub ſingulari te-
cto manebat noſtri corporis CHRISTVS : iuxta il-
lud Prophetæ. Vigiſaui:& factus ſum ſicut paſſer ſoli Pſal.101.
" tarius in tecto . Sed dic tantum uerbo, & ſanabitur
" puer meus. Centurio iſte cum ſine lege eſſet,nihil ſi-
" ne lege egit:dicit. Dic tantum uerbo. Quia dictum
erat, Dixit,& facta ſunt. Et ſi oīa perfecta ſunt dictu, Pſa.148.

Digitized by Google

quomodò dictu ſolo unius infirmitas non curatur?
„ Dic tantum uerbo. Et ſine uerbo quid dicitur? Sed
iſte poſtulat uerbum non de loquẽdi uſu: ſed de uir/
Pſa. 106 tute faciendi: uerbum de quo dictum eſt. Miſit uer/
bum ſuum, et ſanauit eos. Dic uerbo tantum. Quia
iſte credidit in uerbo omnes manere uirtutes. Ver/
bum tuum domine ſanitas eſt: uerbum tuũ uita eſt:
uerbum tuum ubi acceſſerit, inde cõfeſtim fugit do/
lor: ĩfirmitas mox recedit: uerbum in quo Petrus cũ
Luc. 5. laxaret retia, piſciũ multitudinem cepit: ſine quo &
ignorãtiæ noctẽ pertulit: & nullũ fructũ peruigil pi/
ſcator inuenit. Domine, inquit, laborãtes per totam
noctem nihil cepimus: ſed ĩ uerbo tuo laxabo retia.
Et quaſi non ſufficeret quod de uerbo egerat, uerbo
præſtari poſſe quod poſtulat, rebus aſtruit: cõmen/
„ dat exemplo. Nam et ego homo ſum ſub poteſtate
„ poſitus, habẽs ſub me milites: & dico huic uade, & ua
„ dit: & alii ueni, & uenit: & ſeruo meo fac hoc, & facit.
Nam & ego homo ſum: hoc eſt dicere, tu Deus. Sub
poteſtate poſitus. Hoc eſt, tu ipſa poteſtatum pote/
ſtas. Habens ſub me milites. Hoc eſt, tu uirtutes.
Et dico huic uade, et uadit. Hoc eſt, dic infirmitati,
uade, & uadit. Alii ueni, & uenit. Hoc eſt, dic ſanita
ti ueni, & uenit. Et ſeruo meo fac hoc, & facit. Ille
puer meus erit tuus ſeruus, cum receperit ſanitatem.
Ioã. 5. Audiat: quid audiat? Sanus factus es, iam noli pecca
re: faciat iuſtitiam, ut liberetur a paralyſi omnium
Pſal. 22. peccatorum: & poſſit pſallere cum Propheta. Con/
uertere anima mea in requiem tuam, quia dominus
benefecit tibi: quia eripuit animam meam de mor/
te, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapſu. Pla
cebo domino in regione uiuorum. Fratres, imite/

Digitized by Google

tur Centurionem qui ad centeſimũ fructum deſide/
rat puenire. Ne ergo leuiter Cẽturionis huius prudẽ
tiã trãſeamus,hodie de ipſo dicta ſufficiãt: quia my/
ſteriũ permagnũ eſt,quo Iudæus geritur ĩ figurã.

DE DVOBVS DAEMONIACIS. SERMO.XVI.

CHRISTVS quod trãſfretat maria, qđ
loca circuit, non eſt res humani deſi/
derii,ſed cauſa ẽ ſalutis humanæ. Am/
bulat CHRISTVS, non ut uideret lo/
ca, ſed ut homines qui uariis caſibus
pierãt ĩueniret. Qui loca fecerat, quid noui uideret
ĩ locis? Aut illi quid aberat,qui ubiq; erat? ut homo
uidebatur ĩ locis,ſed ubiq; uidebat ut Deus: uidebat
utiq;,& deſperatos uidebat,quibus ibat diuina reme
dia largiturus: ibat ad eorum curam,quibus huma/
na iam defecerat cura: ſicut hodierna probatum eſt
„ lectione. Cum ueniſſet,inquit,IESVS trans fretum Mat.8.
„ in regionem Geraſenorũ,occurrerunt ei duo habẽ/
„ tes dæmonia,de monumentis exeuntes ſæui nimis,
„ ita ut nemo poſſet tranſire per uiam illam. Lucet
ſciſſe,& uidiſſe dominũ quid mali, quid periculi illis
haberetur in locis: & ideo illuc iſſe,ut ſic deſperatis,
afflictis ſic miſeris ſubueniret.Occurrunt ei duo dæ/
monia habentes, de monumẽtis exeuntes. In monu
mentis ſedẽ fecerãt mortis auctores. Attendite quæ
ſæuitia, quis furor, quæ rabies Dæmonũ erga huma
nũ genus:quãuis breue tẽpus hominũ ferre non poſ
ſunt:cõtenti nõ ſunt mori homines,ſed uiuos homi/
nes geſtiunt ſepelire: ſe ſepulchris mandant, ut ho/
mines redigãt in ſepulchra: paſcuntur cadaueribus,

Digitized by Google

putredine ſaginantur:deliciantur fœtore,quibus to-
ta uoluptas eſt homines iterire. Sed ſentiamus quid
machinentur fraudibus,quid moliantur malis,quo-
rum crudelitas modum non habet in aperto. Quid
faciunt iſti quãdo diuitias oſtẽtant, ut auaritiam ſe-
rant? ut inſerant ſuperbiã,pompam proponunt? ſin
gularitatem uenditant, ut quod eſt cõmunionis ex-
cludant? ut iram nutriant,cauſas colorant? ut pieta-
tem uiolent,affectibus dant querelas? philoſophiam
fingunt,ut faciant nihil ſcire homines plus quæren-
do? Deos multos figurãt,ut Deus, qui unus, et uerus
„ eſt,neſciatur? Occurrunt ei duo Dæmonia habẽtes.
Quando ad duos homines Dæmonia multa,ad unũ
legionem totam ſignificat cõueniſſe, hoc ideo facit,
ut doceat cauendos eſſe Dæmones,non timendos:ſi
mulq; monſtrat,quam ſit potentia CHRISTI ſingu
laris: quod nomine ſolo CHRISTI fugatur omnis
„ dæmonum multitudo. Occurrũt ei duo dæmonia
„ habentes. Exhibiti,non uolentes,uenerunt imperã-
tis iuſſu,non ſuo auſu:attracti ſunt inuiti, nõ ſua ſpõ-
te currẽtes: deniq; ad præſentiã CHRISTI homines
exeunt de monumentis:et uerſa uice captiuos ferũt,
a quibus fuerãt captiuati:ſiſtunt pœnis,quorum cru-
ciatibus torquebantur: aptant ad ſententiam,a qui-
„ bus addicti fuerant iam ſepulchris. Occurrerunt ei
„ duo Dæmonia habentes ſæui nimis,ita ut nemo poſ
„ ſet tranſire per uiam illam. Videtis quia Dæmones
uenientibus ad CHRISTVM præcluſerant uiam:
tranſitum denegarant. Etenim Dæmonum iſta cu-
ra, ne ad Deum homines poſſint reditum inuenire.
Non enim aliter poſſunt homines poſſidere, niſi eos
„ ab auctoris ſui ſocietate ſubducãt. Ita ut nemo poſ-

» ſet tranſire per uiam illam. Hinc eſt quod CHRI-
» STVS factus eſt uia. Ita ut nemo poſſet tranſire per
» uiã illam. Illam, non iſtam. Ego ſum, inquit, uia. Vt Ioã. 14.
ad uiam per uiã, ad Deum per Deum ueniẽtibus ob-
ſiſtere uis Dæmonum non ualeret: ad Deum niſi per
Deum nõ poteſt perueniri. Sed iam quid Dæmones
» clamauerint audiamus. Quid nobis, et tibi fili Dei?
Hoc eſt dicere: uitæ auctor quid tibi cum mortuis?
Habitator cæli quid tibi cũ ſepulchris? Odor paradi-
ſi quid tibi cum fœtore? Quos de cælo deieciſti, quos
de paradiſo excluſiſti, quibus nũc tollis urbes, regio-
nes habitabiles negas, permitte inhabitare nos uel ſe-
pulchra: et ſi nos perſecutione tanta digni ſumus: tu
» tãta nõ es dignus iniuria. Quid nobis, et tibi? Quid?
quod iudici, et reo: quod uindici, et pœnali: quod Re-
» gi, et deſertori. Quid nobis, et tibi fili Dei? Hoc di-
cunt poſſeſſori fures: hoc dño prædones: tenent ſpo-
lia: prædam geſtãt: et quid ſibi cum eo ſit qui ſua re-
» poſcit iterrogãt. Quid nobis, et tibi fili Dei? Quid?
ut reddatis homines: mundum reſtituatis auctori: et
ueniente creatore ſciatis uobis in creaturis ãplius nil
» licere. Quid nobis, et tibi fili Dei? Veniſti ante tem-
» pus torquere nos? Quid nobis et tibi? Et uobis cum
» hominibus qd? Quid nobis et tibi fili Dei? Agno-
ſcunt, agnoſcunt Deũ: iudicẽ confitentur: clamant iu-
» dicium ſe debere, et de tempore perſcribunt. Quid
» nobis, et tibi fili Dei? Veniſti ante tempus torquere
» nos? Auctori temporũ tempus opponunt. Veniſti
» ante tempus torquere nos? De tempore ſic querun-
» tur, quaſi ipſum cum tempore fecerint, ut uiuos con-
» derint in ſepulchris. Veniſti ante tempus torquere
» nos? Tempus abſcindit: præuenit mortem: ſepelit ui

nos crudelitas ĩmatura:et de tempore queritur:quã/
ſi ante tempus habere debuerit: et non ut exorta eſt
mox puniri:de tempore cauſatur nequitia ſæculi in/
durata. Malis patientia breuis eſt, bonis tarda ultio:
quod læſis longum eſt, anguſtum eſt ad lædentes.
,, Erat inquit,non longe ab eis grex porcorum multo
,, rum paſcens:Dæmones autem rogabant eum dicen
,, tes.Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum.Di
,, gna petit indigna ſeruitus. Mitte nos ĩ gregem por/
,, corum. De monumẽtis mitti ſe precatur in porcos
nequitia, quia fœtores amittere neſcit,ſed mutare.
,, Mitte nos in gregem porcorum. Cœnum petunt
ruentes cælo:poſt ætherias habitationes ambiũt uo/
,, lutabra porcorum. Mitte nos ĩ gregem porcorum.
Grex ĩ gregem mittitur,ut prodatur Dæmonũ mul/
titudo:ut appareat hoc duos portaſſe homines,quod
,, numeroſitas nõ ualuit ſufferre porcorum. Ait illis.
,, Ite.at illi exeuntes abierunt in porcos: et ecce impe/
,, tu abiit totus grex p præceps in mare:et mortui ſunt
,, in aquis. Traditur uile pecus non pro uoluntate Dæ
monum,ſed ut tali facto ĩnoteſcat,quomodo in ho/
mines ſæuiunt, quomodo quærunt mortes homi/
num,qui ſic porcos ut perderent quæſierunt.Dæmo
nes omne quod eſt,agitur,mouetur,uiuit, ardent p/
dere,non habere.Ne quis ergo talis fieri homo præ
ſumat,humano generi inimicitia uetus,fixa ira, ma
litia deſtinata eſt.Dæmones niſi uicti non cedunt:læ
dere non ualent niſi iuſſi. Traditur ergo uile pecus,
ut luceat Dæmonibus in homines nil licere, quibus
in porcos iuſſum eſt ut liceret.Nos ergo aut uitiis no
ſtris facimus,ut illi accipiant poteſtatem nocẽdi:aut
uirtutibus ſubiecta nobis Dæmonum colla CHRI/

Digitized by Google

STO triumphante calcamus.

DE DAEMONIACO. SERMO XVII.

VEniſſe Dominũ transfretũ in regionẽ Geraſenorũ, et exeunti ei de naui ſtatim occurriſſe hominẽ de monumentis habentem ſpiritum immundum, catenis, et compedibus uinctum, Euãgelico hodie ſermone cognouimus: qui domiciliũ haberet in monumẽtis. Auctor mortis mortis incubat manſiones: et humanæ necis auidus, quos crudelitate ſua occidere non poteſt, uiuos geſtit feraliter funerare: ſæuit, furit interitus noſtri auarus exactor: cui pœna eſt quod homo naſcitur: quod tardius moritur cruciatur: hominis hanc ipſam breuiſſimã uitã amandare horrida nititur per ſepulchra: cõfuſus hoſtis, et ad utrũq; peruerſus, ingerit ſepulchris uiuos, mortuis apponit cibos, mera fundit, ut et uiuos eneceret: et mortuos inquietet. Catenis, et cõpedibus uinctus tenebatur homo: uinctus alieno crimine: et habitatoris ſcelere habitaculum ĩnocens torquebatur. Diaboli culpa hominis redundabat ad pœnã: et prædæ miſeriis prædo ſaginabatur ĩcluſus: nec facientẽ, ſed patientẽ miſerabilis exponit inuidia. Huic morbo cupiens Dominus ſubuenire, transfretat mare: hoc eſt fluctuantis mundi terminos corporis noſtri nauigio tranſmittit: ad littora peruenit ſalutis noſtræ repleta naufragiis: et regionem cæcis ignorantiæ tenebris infuſam lucis ſuæ ſplendore perfundit, callidi hoſtis deprehenſurus inſidias: ipſumq; principem nequitiæ ſpiritualis cũ ſuis legionibus regia po- Mar. 5.

teſtate fugaturus:ut tandem reddat liberos,quos diu
„ tenuit poteſtas inimica captiuos. Videns,inquit,IE
„ SVM a longe cucurrit:et adorauit eum: et clamans
„ uoce magna dixit. Quid mihi, et tibi IESV fili Dei
„ ſummi? Adiuro te per Deum ne me torqueas. Ad
nutum CHRISTI conuerſus eſt ordo pœnarũ: ante
latrocinante diabolo homo uexabatur inocuus: nũc
homo currit,ſed Diabolus incurrit: inclinatur caro,
„ ſed inmũdus iacet,et proſternitur ſpiritus. Cucurrit:
Mat.4. „ et adorauit eum. Quid eſt Diabole,quem trina ten
tatione prouocabas ad lapſum, quẽ promiſſione re-
gni ut te adoraret ſubdolus ambiebas,nunc tremẽs,
et miſerandus prolaberis,et adoras? Ecce qui hono-
res omnes regni promittebat,et gloriæ,habitare fœ
tidis corruptione cadauerũ reperitur ĩ tumulis. Sic,
ſic iſte decipit cum promittit:ut ad inferna ſecũ per-
trahat, cũ de ſupernis ſe cõſolantes fallax promiſſor
„ illudit. Quid mihi, et tibi fili Dei ſummi? Nam et
modo ut adulator,non ut deuotus, et obſequens hic
adorat euadere cupiens pœnã, prædam perdere per-
timeſcens. Credit infelix ut eum quẽ tentatione uin-
cere,quem muneribus nequiuit inflectere,poſſit adu
latione pulſare: ſed ille conſueuit uinctos abſoluere:
reuocare captiuos:nec acquiſitos,ſed conditos a ſe ſi
bi reſtituere terminos:hoſtem libera uirtute percel-
lere: nec factione pellaci inimicum ſuorũ requirere
„ poſſeſſorem. Et clamans uoce magna dixit. Quid
„ mihi,et tibi IESV fili Dei ſummi? adiuro te per Deũ
„ ne me torqueas. Quid agit? quid patitur fragilitas
humana talibus,et tãtis ſubiecta miſeriis? Ecce Dia-
bolus patrona uoce hominis hominem petiturus in-
clamat: et tota mẽbra hominis hoſti ſuo ſuam mi-
litant

» litāt in ruinā. Quid mihi & tibi IESV fili Dei ſūmi? Quid mihi, & tibi? quod puniendo, & iudici: quod re
» gi, & deſertori: quod inuaſori, & dño. Quid mihi, &
» tibi fili IESV Dei ſūmi? Si agnoſcis filium, utiq; nō neſcis hæredē: ſi hæredē noſti, hæreditatē rapere cur
» præſumis? Adiuro te per Deū, ne me torqueas. Timet tergiuerſator, & ſimulat: fatetur filiū, ſed ne Deus intelligatur, ſolita arte cōtendit: adiurat Deum per Deum, ut alterū uideri ipſum faciat: ut aſtantiū deci
» piat, & fallat auditū. Interrogabat eū IESVS, quod
» tibi nomen eſt? Interrogat, nō ignorat, ſed implet iudicē: ſeruat ordinē cognitoris: nomen interrogat, ut de cōditione diſcutiat: iudicet de reatu: addicat de crimine: Deū ſe eſſe data ſententia perdemonſtret.
» Reſpondit: legio, quia multi ſumus. CHRISTI interrogatio noſtram ignorantiā ſic depellit: nobis aperit quod latebat: ad unum legio. Euidens eſt deſidia militis, ſi deſerat aciem, ſi greſſum retrahat, ſi confligere pertimeſcat, ubi unū numeroſo hoſte fortiorē peruidet eſſe captiuum. Ad præſentiā regis iſti quid ſunt, qui ut unū, & nec dum tyronē caperent, toto cohortis ſuæ agmine conuenerunt? ubi eſſent ſi uexillū ibi iā crucis, ſi CHRISTI ſigna uidiſſent? Age Chriſtiane, incede ſecurus: manus tāta, & tam multa quæ ſic metuit inermē, procul fugiet, ſi uideat, ſi ſentiat, ſi
» cognoſcat armatū. Deprecabantur eum ſpiritus di
» centes, mitte nos in porcos. Vide ubi ſatanas ſedem deſiderat collocare: de ſepulchris in porcos ſemel infectus putredine habitacula fœtida, & imūda perquirit: ſordibus delectatur, & cœno, qui utiq; ſemper fœtore criminū, & ſquallore paſcitur uitiorū. Sed ſic eſt odor eius tartareus, & crudelis, ut eum nec porcorū

Digitized by Google

natura ſufficeret ſuſtinere : deniq; demergi in mari, et fluctibus maluit deperire, quam eius immunditiam pati, et putredinē tolerare: aut quid poſſunt p̄ſumere Dæmones: qui nec porcos quidē contingere præua/lēt, niſi eos poteſtas diuina permiſerit? Miſer eſt qui relicto iudice fruſtra carnificis requirit fauorē : qui nec uexare, nec parcere, nec minuere poteſt tormenta, nec addere, ſed facit totum addictus ipſe uerbero ad ius, et arbitrium iudicantis.

DE SOCRV PETRI. SERMO XVIII.

HOdierna lectione didicit attentus auditor, quare cæli dominus, reſtaurator uniuerſorū, terrenas, et ſeruiles intra/uerit manſiones. Sed nihil mirum ſi ad omnia dignanter acceſſit, qui cle/
Mat. 8. „ menter uenerat omnibus ſubuenire. Cum ueniſſet, „ inquit, IESVS in domum Petri, uidit ſocrum eius ia„ centem, et febrientem. Videtis quæ res ad domum Petri inuitauerit CHRISTVM: utiq; non diſcūbendi uoluptas, ſed iacentis infirmitas: non prandendi ne/ceſſitas, ſed ſalutis occaſio: diuinæ uirtutis opus, non humani pompa conuiuii. In domo Petri non uina, ſed lachrymæ fundebantur : turbabat ibi familiā nō cura conuiuii, ſed cura languētis: febris ibi, non eda/citas æſtuabat. Vnde illuc CHRISTVS non epulas percepturus, ſed uitā redditurus intrauit. Deus quæ/rit homines, non humana: cæleſtia dare cupit, nō cō/cupiſcit inuenire terrena: CHRISTVS ergo receptu„ rus nos, non noſtra quæſiturus aduenit. Cum ueniſ„ ſet, inquit, in domū Petri, uidit ſocrū eius iacentē, et

febrientē. Ingreſſus in domū Petri CHRISTVS ad quod uenerat, uidit: nō aſpexit qualitatē domus, non occurrētiū turbas, nō ſalutātiū pompā, nō familiæ cōcurſum, certe nō ipſum præparationis ornatū, ſed inſpexit gemitum languentis: febrientis attendit incendium: uidit periculū deſperatæ: et ſtatim manus ad opus ſuæ Deitatis extēdit: nec ante ad humana diſcubuit CHRISTVS, quā mulier quæ iacebat conſurgeret ad diuina. Tenuit, inquit, manū eius: et dimiſit eā febris. Videtis quomodo dimittit febris, quē tenuerit CHRISTVS: ibi nō ſtat īfirmitas, ubi auctor ſalutis aſſiſtit: acceſſus illuc mortis nullus eſt, ubi uiuificatoris ingreſſus eſt. Tenuit, inquit, manū eius. Quæ neceſſitas tāgendi erat, ubi inerat ius iubendi? Sed CHRISTVS tenuit manū mulieris ad uitā: quia Adā de manu mulieris accepat mortē. Tenuit manū eius. Vt quod manus præſumētis amiſerat, manus repararet auctoris. Tenuit manū eius. Vt acciperet indulgentiā manus, quæ carpſerat de morte ſententiā. Et ſurrexit, inqt, et miniſtrabat ei. Et CHRISTVS mulieris indigebat obſequio, et mulieris prouectæ ætatis, ſenectutis ſummæ, filiis aggrauatæ: ſic in domo Petri nō erat uernula, nō miniſter, nō familiaris, nō propinquus, certe nō uxor, quæ matris obſequiū præueniret? et ad ſūmā, Petrus ipſe cauſas ſuæ uerecūdiæ nō uidebat, ut hoc anus, hoc ſocrus faceret magiſtro, diſcipulus qđ debebat? fratres CHRISTVS ab illa hūmanū nō exigebat obſequiū, cui miniſteriū diuinitatis īpēderat: ſed miniſtrare illam ad indiciū redditæ ſanitatis admiſit. CHRISTVS ſic fugat morbos, ut uires priſtinas mox reducat: ubi curat ars, ibi īfirmitatis reſidet laſſitudo: ubi ſanat uir-

tus,ibi lãguor ueſtigiũ nõ relinqt.Sed ĩ hac lectione
quid ſpiritualis intelligentiæ lateat ſi ſcire uolumus,
uerborũ floſculos nõ quæramus:qui maturitatis fru
ctũ quærit,deſpicit amœna cãporũ:uiolæ,roſæ,lilia,
narciſſus,grati flores,ſed gratior panis : qđ eſt odor
naribus,hoc eſt auribus ſermonis ornatus: quod dat
panis uitæ, hoc ſciẽtia dat ſaluti.Seponenda eſt ergo
eloquẽtiæ uoluptas,quãdo ſcientiæ depoſcitur forti-
,, tudo. Cũ ueniſſet,inqt, IESVS in domũ Petri. Ad
domũ Petri uenit CHRISTVS,ut domus Petri ueni
ret ad CHRISTVM:tũc ad domũ Petri uenit CHRI
,, STVS,quãdo habitacula noſtræ carnis intrauit. Cũ
Mat.2.,, ueniſſet IESVS ĩ domũ Petri. Quæ eſt domus Petri?
Mich.5. Illa de qua dicit Dominus.Et tu Bethlehẽ domus Iu
da nõ es minima ĩ principibus Iuda:ex te enim exiet
dux, qui reget populũ meũ Iſrael. Vnde & Apoſto-
Rom.9. lus. Ex quibus CHRISTVS ſecundũ carnem,qui eſt
,, Deus benedictus in ſæcula. Cũ ueniſſet in domũ Pe
,, tri, uidit ſocrũ eius iacentem, & febricitantẽ. Vidit
Synagogã iacentem in perfidiæ ſuæ tenebris, decũ-
bentẽ ſub ſuorũ ſarcina peccatorũ: uitiis ad phrene-
ſim uſq; febrientẽ:& ideo tenuit manũ eius : quia nõ
tantũ uerbo, ſed & manibus Iudaicæ gẽtis operatur
Pſal.73. ſalutẽ:audi Prophetã. Deus autẽ rex noſter ante ſæ-
,, cula operatus eſt ſalutẽ in medio terræ. Tenuit ma
,, nũ eius. Vt ante prophetarũ ſanguine manus eius
mundaretur, quã miniſtrationis Eccleſiaſticæ ſume
,, ret ſacramentũ. Et ſurrexit,& miniſtrauit ei. Hinc
eſt quod erecta eſt quæ iacebat, & miniſtrat CHRI-
STO,dum ſanctificat manus ſuas modo in operibus
,, bonis,quas ante malis operibus polluebat. Veſpere,
,, inquit,facto obtulerũt ei multos dæmonia habẽtes,

Digitized by Google

„ et eiiciebat ſpiritus uerbo. Hoc humanitus quomo
do intelligi poteſt,ut contẽpto die, ueſpere multos,
et male ſaucios ſalutis auidi ad ſalutis remedia baiu
larent? Sed ueſpere eſt,cũ finitur dies ſæculi:mũdus
a luce tẽporũ cũ declinat. Sero lucis redditor uenit,
ut nobis gentibus,qui in nocte uenimus ſæculorum,
„ diem redderet ſempiternũ. Veſpere autẽ facto, ob/
„ tulerũt ei multos dæmonia habentes. Veſpere, hoc
eſt nouiſſimo tẽpore nos gentes offert Deo Apoſto/
lorũ pia,et ſolennis deuotio:et pelluntur a nobis dæ
mones,qui nobis idolorum cultibus imperabant:au
di Prophetam.Omnes dii gentium dæmonia.Igno/ Pſal. 95.
rantes enim unum Deum innumeris diis ſeruieba/
„ mus ſacrilega,et ſordidiſſima ſeruitute. Et eiiciebat
„ ſpiritus uerbo. Quia ad nos CHRISTVS carne non
uenit,uenit uerbo: ubi ergo uenit fides ex auditu,au Ro. 10.
ditus per uerbum, nos fecit liberos dæmoniaca ſer/
uitute:Dæmones reddidit ex impia dominatione ca
ptiuos. Hic eſt quod Dæmones ſub manibus noſtris
torquentur imperantibus nobis, qui nos ſubiiciebãt
lignis : lapidibus addicebant: et uacuas cotidie figu/
ras inani timore uexabant.Modo eſt fratres, ne nos
infidelitas ad eorum reuocet ſeruitutem:nõ laquee/
mur auguriis:non diuinatione fallamur: non capia/
mur ſortibus:non a manibus inducamur :non ſedu/
camur mortibus:non peſtibus anhelantibus captiue
mur:ſed nos, noſtroſq; actus commendemus Domi
no:committamus patri:credamus Deo,quia tempus
hominũ ſicut Deus agit:et ideo ſicut pater actus diri
git filiorum ; et ut dominus curam familiæ non re/
linquit.

SERMO

DE SCRIBA CVI CHRISTVS SEQVI SE NON PERMISIT. SERMO XIX.

Mat. 8. HOdie Euangeliſta ſic cœpit. Videns, inquit, IESVS turbas multas circa ſe, iuſſit ire trans fretum. Quotiens circa dominũ ſe indocilis turba diffundit, et iactatur in conſcientiæ procella, quietem deſerit, petit fluctus, portũ deſerit, naufragia intrat, ad excelſa cõtendens mergitur in profundũ, tũc CHRISTVS hoc mare talibus turbatũ turbis trãſfretari iubet. Videns, inquit, IESVS turbas multas circa ſe, iuſſit ire trans fretũ. Non ut fugeret hoĩes qui hominũ uenerat ad ſalutẽ, ſed inſipiẽtibus inducias dat credendi: errantes ut reuertãtur expectat: patiẽtiã præbet, et ueniã, qui non uult proferre ſententiã: ſuſtinet contumaces, qui uult nõ perdere, ſed ſaluare quod fecit. Accedens, inquit, unus ex ſcribis ait illi. Magiſter ſequar te quocũq; ieris. Decidit, nõ accedit, qui promittit dominum incaute ſequi. Se ad oĩa poſſe quis promittit? Dixiſſet cautius, ſequar te quocũq; iuſſeris: humanius certe, quocũq; uolueris. Sequar te quocũq; ieris. Sic dicit qui inter ſe, & dominum quid interſit ignorat: ſic dicit qui CHRISTVM Deum nõ ĩtelligit, ſed magiſtrũ. Sequar te quocũq; ieris. Petrus per mare ſequitur, ſed ſubmergitur: ad paſſionẽ ſequit̃, ſed negat. Et ſi Petrus ſic deficit, ſic ſuccũbit ad pauca: iſte qui eſt qui ſe ad oĩa ſequi Dominũ ſic promittit? Sequar te quocũq; ieris. Sic dicit iſte, quaſi poſſet cum CHRISTO ſubire cõflictũ: ignominiã crucis adire per gloriã: intrare mortis arcẽ: mortẽ mortificare per mortẽ: penetrare ignotos

Digitized by Google

tartari ſinus:dirūpere inferni uincula:ſæculis iam du
ratas animas oblitas ad lucē propria reuocare p cor
pora:cōcutere terrā:ſaxa ſcindere : ſepulchra reſera/
re:educere ſepultos ab inferis:teſtes ſuæ reſurrectio/
nis afferre.Adhuc adiiciat iſte ire quocūq; uadit xp̄s:
ſuperſedeat humeris Angelorū:cōſcendat cælos : cōſi
deat patri:apicē teneat omniū cæleſtiū dignitatū:ad
iſta CHRISTVM,ad hæc dominū,ſcriba ſtultus,ſu/
pbus uernula,ſequi ſe dn̄m cur ꝓmittit? Sed accipit a
" xp̄o tā dignū pro tāta p̄ſumptione reſponſum. Vul/
" pes foueas habēt: et aues cæli nidos:filius autē homi
" nis nō habet ubi caput reclinet. Quid eſt hoc? Vul/
pis uiribus īfirma,calliditate potens, inuentrix doli,
fraudis artifex,ſimulatiōis magiſtra,ſimplicitatis ua
cua,plena ſtrophis,auiū domeſticarū prædo,tectis fa
miliaribus inimica : merito hāc xp̄s i typum format
Herodis principis iudæorū,qui priſtinæ libertatis ob
litus,ſub Romana poteſtate cōſiſtens,dominabatur
arte:calliditate regnabat:imperabat fraude: præſide
bat dolis:ſimulatione pollebat:et qa ab exteris gēti/
bus nō ualebat referre prædā,familiarē pleb ē,uerna
culos populos,uelut aues domeſticas deuorabat.Pro
bat hoc xp̄s qn̄ Herodi mādat,Ite,dicite uulpi illi.Ve Luc.13.
re uulpis,qui regnum dolis rapit,quod nec naſcen/
do meruit,nec uiuēdo. Hic ergo Herodes in corpo/
ribus ſcribarū uſq; ad necem CHRISTI foueas ſibi
ſuorum ſcelerum collocauit: nec reliquit locum ubi
CRHISTVS caput ſuum,quod Deus eſt, reclinaret. 1.Cor.2.
Vulpes foueas habent, et aues cæli nidos. Aues hic
quoq; appellat Dæmones in aere uolitantes, qui et
ipſi in pectoribus ſcribarum malitiæ ſuæ nidos fe/
cerunt : ubi tota nequitiæ ſuæ germina procrearent.

Digitized by Google

Hinc é quod ubi ſe Diabolus Iudæ animo imiſcuit, mox et concepit doli fructũ: et crimen peperit pro/ditoris. Videtis quia Scribã CHRISTVS nõ reppulit uolẽtem, ſed fingentẽ prodidit: et horruit præſumẽ/tẽ. Aut quare CHRISTVS, aut quare pietatis auctor, largitor ſalutis, iſtum uenire uolentem prohiberet, qui mox alium diſcipulũ ire cupientẽ retinuit ne abi-
» ret? Alius, inquit, diſcipulus ait. Domine permitte
» mihi primũ ire, et ſepelire patrem meũ. IESVS autẽ
» ait illi, ſequere me: et dimitte mortuos ſepelire mor/
» tuos ſuos. Nunquid ſic CHRISTVS negat ultimum pietatis obſequiũ? uetat extremũ munus parentibus quod debetur? Non pietatis obſequiũ negat, ſed di/uinã præponit humanis affectibus ſeruitutẽ: audite
» quid diſcipulus dixerit. Permitte mihi primũ ire: et
» ſepelire patrem meũ. Hoc ei non primũ eſſe debuit, ſed ſecundũ: terrenus pater cæleſti poſtponẽdus eſt
» patri. Sequere me: & dimitte mortuos ſepelire mor tuos ſuos. Hoc eſt dicere, me ſequere ad contume/liã paſſionis, ut mecũ poſſis ad reſurrectionis gloriã
» peruenire. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Fidei filius ad domũ perfidiæ cur rediret? Salutis pro les perditũ cum perditis cur defleret? Reſurrectionis
» pignus ad ſepulchra genitoris quid curaret? Seque re me: et dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Quomodo mortui ſepeliunt mortuos ſuos? Fratres
Ioã. 14. ipſe dixit: Ego ſum uita. Quod eſt anima corpori, hoc eſt animæ CHRISTVS: ſine anima corpus nõ uiuit, nõ uiuit anima ſine CHRISTO: recedente aĩa mox corpori fœtor, corruptio, putredo, uermis, cinis, hor/ror, et oĩa uiſa deteſtãda ſuccedũt: diſcedẽte Deo cõ/ſeſtim uenit in animã peccatoꝝ fœtor, corruptio cri/

Digitized by Google

minū,uitiorū putredo,conſcientiæ uermis,uanitatū cinis: infidelitatis horror: et fit in corporis ſepulchro uiuo funus animæ iā ſepultū. Accedebat ad cauſam, q̄ cadauer perfidiæ perfidis agebatur obſequiis: et ī pietatis miniſterio pietas curabatur. Ingreſſus,inqt, IESVS domū principis uidit ſymphoniam. Nūquid tales piaculū de pietate nō faciunt,qui ad luctū muſicam,ad funera ſuorū extranea lamenta conducunt? ubi uero planctus non eſt,ibi eſt empta,et mercenaria cantilena. Mortuū non artifex fiſtula,ſed ſimplex plangit affectio. CHRISTVS ergo diſcipulū ſuū nō deeſſe uoluit exequiis paternis, ſed profanis luctibus noluit intereſſe. Mat.9.

DE SEDATA MARIS TEMPESTATE. SERMO .XX.

Ecleſiaſticæ lectiones ſic diuino diſpēſantur arcano, ut et peritis ſcientiā cōferant altiorē: et ſimplicibus ſalutaris intelligentiæ gratiā largiātur. Aſcendente, inquit, in nauiculā CHRISTO feciſſe motū magnū refertur auſa tēpeſtas. Aſcen- Mat.8.
" dente, īquit, eo in nauiculā ſecuti ſunt eum diſcipuli
" eius: et ecce motus magnus factus eſt in mari,ita ut
" nauicula operiretur fluctibus: ipſe autē dormiebat.
Mare qđ pedibus CHRISTI tumētia terga ſubmi- Ioā.6.
ſit,ſtrauit ī plano uertices ſuos,motus frenauit,aſtrixit fluctus,et p liquentē uiā ſaxea ſoliditate ſeruiuit, modo quid eſt q̄ uſq; ad periculū ſui ſæuit, furit, cōtendit auctoris? quid ipſe CHRISTVS futurorum præſcius præſentiū ſic uidebatur ignarus? ut inſtantem

Digitized by Google

procellā, tempeſtatis horā, tēpus periculi non caue/
ret? Sed inter uigilantes oēs tunc ſolus teneretur in
ſomno, quādo im inebat ſibi, ſuiſq; tā grande diſcri/
men? Fratres gubernatoris peritiā nō probat tempe
ries ſerena, ſed procelloſa tēpeſtas: blandiente aura
nauim regit ultimus nauta: in confuſione uentoꝝ pri
mi q̄ritur ars magiſtri. Hinc eſt ꝙ diſcipuli poſteaq̄
uiderunt ſibi induſtriā nauticoꝝ deperiſſe, in ſe ma
ria ſæuire, ſe fluctus petere, aduerſum ſe uentoꝝ tur/
bines conueniſſe, ad ipſum gubernatorē rerū, uecto
rem mūdi, elementoꝝ magiſtrū trepidi cōfugerūt:
petentes ut ſedaret fluctus: periculū ſummoueret: ſa
lutē redderet deſperatis. Deniq; ubi iuſſio ſola addi/
xit mare, recuſſit uentos, tulit turbines, dedit quietē,
nauigantes ipſum eſſe omniū ſentiunt, credunt, fatē
tur auctorē. Sed iam quod intus eſt proferamus. Vbi
CHRISTVS Eccleſiæ ſuæ nauim mare ſæculi tranſ/
fretaturus aſcendit, gentiū flabra, Iudæoꝝ turbines,
perſecutoꝝ procellæ, uulgi nubes, Dæmonū nebulæ
ſic ruerunt, ut totius mūdi fieret una tēpeſtas: Regū
ſpumabant undæ: feruebant poteſtatū fluctus: ſona/
bat rabies traditoꝝ: populoꝝ gurgites rotabātur: pfi
diæ notabātur ſcopuli: mugiebāt littora Chriſtiana
lapſoꝝ naufragia uexabātur: et erat totius mūdi unū
„ diſcrimen, unūq; naufragiū. Tunc diſcipuli accedūt
„ ad dominū, et ſuſcitauerūt eū, dicētes: dn̄e ſalua nos,
„ perimus: et dicit eis IESVS. quid timidi eſtis modi/
cæ fidei? Suſcitatus ergo a diſcipulis CHRISTVS
mare, hoc eſt mundū, corripit: trāquillat orbē: reges
mitigat: poteſtates placat: ſedat fluctus: cōponit popu
los: Romanos efficit Chriſtianos: ipſosq; executores
uerbi Chriſtianæ fidei reddidit, qui fuerant perſecu

Digitized by Google

tores nominis Chriſtiani. Hác tráquillitaté ſeruant principes Chriſtiani: Eccleſia tenet: habet Chriſtiani
,, tas: gétilitas admiratur. Tunc, inquit, ſurgens impe
,, rauit uentis, et mari: et facta eſt tranquillitas magna:
,, Porro homines illi mirati ſunt dicentes: qualis eſt
,, hic, quia et uenti, et mare obediunt ei? Diſcipuli ſunt hi qui accedunt ad dominũ: qui ſuſcitant eũ: qui ſal/ uari ſe humili ſupplicatione depoſcunt: homines ue ro dicũtur, qui eleméta CHRISTO taliter obediſſe mirantur. Vere homines ſunt, et ſæculi homines, qui mirátur ad obedientiã CHRISTI mundum ſic eſſe cõuerſum: qui temploꝝ uertices uelut undaꝝ tumo/ res ſtupent ſic eſſe deiectos: qui idoloꝝ ſpumas, Dæ/ monũ uident turbines ſic fugiſſe: quos attonitos red dit Chriſtiani nominis toto orbe profunda, et diffu/ ſa tranquillitas. Et uere fratres dormiente in morte CHRISTO ĩ Eccleſia magna eſt exorta tempeſtas: reſurgente a mortuis CHRISTO Eccleſiæ reddita eſt, ſicut ſcriptum eſt, tráquillitas magna. Modo nos dormientem ĩ nobis CHRISTVM toto præcordio/ rum gemitu, fidei uoce, Chriſtianis lachrymis, plo/ ratu alto, Apoſtolicis clamoribus excitemus: et dica mus. Domine ſalua nos, perimus. Et quia lectio apte tempori conuenit: et ſicut ſcriptum eſt, Aquilo Prou.27
durus uentus, nomine autem dexter uocatur: qui no iuxta lxx
bis gétes ſic feras, ſic amaras aduectat: hic ergo aqui lo uentus durus per Dextrum, per Africum, per Au/ ſtrum, per Eurũ diffundit ſe CHRISTI turbine: ma/ ria confundit: delet aera: montes deiicit: ſorbet ur/ bes: prouincias mergit: totius orbis cogit unum eſſe naufragium. Hinc eſt ꝙ nauicula CHRISTI nunc tol litur ad cælum: nunc in trepidationũ ima deſcendit:

Digitized by Google

nunc CHRISTI regitur uiribus: nunc formidine iactat ur: nunc operitur fluctibus paſſionum: nunc confeſſionum remigiis enatat. Sed nos fratres iterum atq; iterum clamemus. Domine ſalua nos, perimus. Et re uera fratres ſi eſſemus unũ, et humanũ corpus, ſi eos qui pereunt noſtra eſſe uiſcera crederemus, afflictione ieiunii, precũ gemitu, effuſione fletuũ, iugiter clamaremus: Domine ſalua nos, perimus: et ſtuderemus nobis in noſtris fratribus ſubuenire: nec furente gladio ſanguinis noſtri mare uideremus ĩ terris: nec tanta corporũ, ſed nec animarũ iã naufragia ſentiremus: atq; humili uoce precaremur: Dñe ſalua nos, perimus. Nec tamẽ ulla compaſſio, pietas ulla, ullus pauor, quicũq; pudor nos, uel compunctio exuſcitat ad dolorem. Dei, Dei eſt q; urgemur malis: q; uerberamur ſemper: q; gentes ualent: q; ruit grando: q; rubigo inficit: q; impietas poteſt: q; dominantur morbi: q; ſæuit mors: q; tremit terra: nos tamen nec tremimus, nec timemus: nec declinamus a malis: nec appetimus bona. Auaritia furit: anhelat pompa: iniquitas placet: aliena delectant, ſed noſtra pereunt: Dei flagella ueniunt, ſed noſtræ prouocant culpæ. Si Deus iuſtus, utiq; noſtri miſericors: Fratres reuertamur ad dominum, ut reuertatur ad nos Deus: renuntiemus malis, ut reſpondeant bona: ſeruiamus Deo bono, ut non malis gentibus, et poteſtatibus iniquis ſeruiamus, CHRISTO Domino, ac gubernatore nos auxiliante, honor cuius, et maieſtas, ſine fine permanet in ſæcula ſæculorũ, Amen.

DE EADEM. SERMO .XXI.

Digitized by Google

QVotiens CHRISTVS noſtra dormit ĩ
naui,& ignauiæ noſtræ ſomno ſopora
tur in corpore,irruit procella tota cõ-
fuſione uentorũ:ſæuiunt minaces un-
dæ: & dum ſpumoſis fluctibus ſæpius
eleuantur,& decidunt, amara nauigantibus gignunt
expectatione naufragia: ſicut præſens Euãgeliſtæ le-
,, ctio declarauit dicens. Et ait illis IESVS illa die,cũ Mar.4.
,, ſero eſſet factum:tranſeamus contra: & dimittentes
,, turbam aſſumunt eum ita ut erat in naui. Et ait illis
IESVS illa die.Qua die? Illa nempe qua iuxta Iſaiã, Iſa.2.
conſurgit confringere terrã:illa die qua tota munda Iſa.24.
næ lucis claritas ueſperaſcit:illa qua iminente tenta-
tionũ nocte crebreſcunt imagines fugiendæ uanita-
,, tum. Cum ſero eſſet factũ. Sero tũc eſt,cum tẽpus
extremũ,& hora nouiſſima ſenſibus humanis confu
,, ſiones rerũ nũtiant quæ procedunt. Tranſeamus cõ
tra. De terrenis ad cæleſtia:de præſentibus ad futu-
ra.Et bene contra, quia diuina ſemper cõtraria ſunt
humanis: dũ iſta ſubiectos attrahunt ad fragilitatẽ,
,, ad uirtutem illa qui ſequũtur attollunt. Et dimittẽ-
,, tes turbã. Dimittunt turbã,qui popularẽ aurã,& uul
gum deſerũt incerto ſemper iudicio peruagantem:
neq; addicti rumoribus humanis a uirtutis itinere re
tardantur ſed de bono conſcientiæ ſtabiles,& ſecuri
laudũ,& derogationũ mendaces fluctus CHRISTO
,, comitante pertranſeũt. Et aſſumunt eum,inquit,ità
,, ut erat in naui. Quid hoc? Aliter eſt CHRISTVS ĩ
cælo,aliter habetur CHRISTVS in naui:aliter ĩ mã
ieſtate patris, aliter in hominis humilitate ſentitur:
aliter coæternus patri, aliter ætatũ noſtrarũ gradi-
bus cernitur tẽporalis: aliter noſtro dormit in cor-

Digitized by Google

„ pore,aliter ĩ ſui uigilat ſpiritus ſanctitate. Aſſumũt
„ cũ ita ut erat,inquit,ĩ naui. Laus fidei eſt,ita CHRI
STVM recipere ut eſt, & habetur in naui, hoc eſt,in
Eccleſia:ubi natus:ubi adoleuit:ubi paſſus:ubi cruci/
fixus:ubi ſepultus:ubi aſcẽdiſſe in cælũ, patris ad dex
teram cõſediſſe, unde uiuorũ, & mortuorũ iudicem
eſſe uenturũ ſingularis ſalutis eſt cõfiteri: qui taliter
in naui noſtra CHRISTVM confeſſus aſſumpſerit,&
ſi tunditur fluctuũ ſcandalis,nõ tamen periculis mer
„ gitur,& operitur undarũ. Et facta eſt,inquit, procel
„ la magna uẽti:& fluctus mittebat in nauim,ita ut ad
„ impleretur nauis. Et facta eſt procella magna: non
auſa eſt explorare domini dormientis uirtutẽ,ſed di
ſcipulorũ pulſare fidem,timorẽ prodere, ut auctori
„ ſuo quantũ ſeruitutis deberet oſtẽderet. Et erat,in/
„ quit,in puppi dormiens. Ad dormientẽ confugiũt
uigilantes:& credunt obſiſtere ſæuientibus elemẽtis
eũ,cui ſomnũ dominari ſua cõpaſſione conſpiciunt:
contẽplantur irruiſſe taliter humanæ neceſſitatis ſo/
porem,ut nec fragore maris,nec clamore fluctuum,
nec extremo iminente naufragio potuerit ſuſcitari.
Pſa.120. Et ubi ẽ illud, Ecce nõ dormitabit,neq; obdormiet,
qui cuſtodit Iſrael? per ſe non dormit, neq; ſibi dor
mitat maieſtas expers laſſitudinis, qetis ignara: ſed
totũ per me mihi agit,qui quotiens ſpeciẽ ſui actus,
ſui uultus immutat,totiens noſtrarum uarietates ar
Pſal.10. guit,& culpas animarũ:audi Prophetã dicentẽ.Palpe
bræ eius ĩterrogant filios hominũ. Videte quemad/
modũ Dei oculi claudũtur,ne uideant eos,ut uindi
Pſal.50. cent qui delinquunt:Auerte,inquit, faciem tuã a pec
catis meis.et iterũ patent, ut currẽtes incitẽt:laſſeſcẽ
tes erigant:reſpiciant ſupplicantes.Hic ergo domini

ſomnus explorat diſcipulorũ fidem: dubitationem prodit:& modicæ eos credulitatis aperit eſſe: qui nõ modo in ſe tantũ, ſed in ipſum auctorẽ credunt poſ-
,, ſe elementa conſurgere. Fluctus, inquit, mittebat in
,, nauim. Quia Dominicã nauem quantũ extrinſecus quatiunt,& infundunt undæ gentiũ moles: tantũ intrinſecus tumidi hæreticorũ irruunt,& deſæuiũt fluctus. Hanc tẽpeſtatem beatus Paulus ſe pertuliſſe de-
,, clarat, cũ dicit. Foris pugnæ, intus timores. Ita ut ad
,, ĩpleretur nauis. Marito ſpumoſis fluctibus Euãgeliſta refert fuiſſe nauem repletã: cum tot pene hæreſes Eccleſia patiať, quot diuinæ legis legimus eſſe quæ- 2.cor.7.
,, ſtiones. Et erat, ait, ipſe in puppi, dormiẽs ſuper cer
,, uicale:& excitant eum,& dicunt ei. Magiſter non ad
,, te pertinet: quia perimus? & exurgẽs cõminatus eſt
,, uento:& dixit mari, tace,& obmuteſce: & ceſſauit uẽ-
,, tus:& facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis, quid ti
,, midi eſtis? necdũ habetis fidem? Dum factũ pandit lectio, tempus cõmẽdat exẽplõ. Si quidem magna, & ſatis grauis imminet procelloſa tẽpeſtas, dũ ſe undiq; furens, ac pernitioſus ingerit turbo uentorũ: maria mugiunt: ipſæ quoq; inſulæ funditus ſubruũtur:& triſti ſonitu littora uniuerſa feriuntur. Sed quia ut diximus, CHRISTVS noſtra dormit in naui, accedamus ad eũ magis fide, quã corpore:& pulſemus eum plus opere miſericordiæ, q̃ deſperantiũ tactu: ſuſcitemus nõ inſolenti ſtrepitu, ſed clamore ſpiritualium canticorũ: non murmuratione improba, ſed ſupplicatione peruigili: demus Deo aliquid temporis uitæ noſtræ, ne totã diem infelix iſta uanitas,& ſollicitudo miſeranda conſumat: ne noctem totam pernitioſus ſomnus,& inanis ſopor expẽdat: ſed itidem pars

diei, et noctis ipſi temporũ deputetur auctori. Vigila homo, uigila, habes exemplũ: ut quod tibi Gallus impẽdit hoſpiti, tu tuo exhibeas creatori: præſertim cũ tibi ille inſonat profuturus: cũ te ad opus ſuſcitat: cũ diem nuntiat iam uicinũ, quãto magis hymnis cæleſtibus te Deũ de ſuperna ſede tuã ſuſcitare conuenit

Iſa. 26. in ſalutem: audi Prophetã dicentẽ. De nocte ſpiritus

iuxta lxx meus uigilat ad te Deus. Et pſalmiſta. Manibus meis

Pſal. 76. nocte corã eo, et non ſum deceptus. Diei uero tria tẽ

Pſal. 54. pora idẽ pſalmiſta Deo admonet deputãda dicens.

Dan. 6. Veſpere, et mane, et meridie narrabo, et ãnuntiabo: et exaudiet uocẽ meã. Per quæ tria tẽpora dũ Daniel Deo ſedulus ſupplicaret: impetrauit nõ ſolũ præſciẽtiã futurorũ, ſed et captiuæ diu gentis ſuæ meruit li-

Pſal. 43. bertatẽ. Dicamus ergo quod Propheta. Exurge quare obdormis domine? exurge, et ne repellas uſq; in finẽ. Dicamus cũ Apoſtolis. Magiſter non ad te pertinet quia perimus? et uere Magiſter, quia non ſolum factor eſt omniũ elementorũ: ſed etiã moderator, et rector eſt: qui cũ nos audierit, cũ fuerit euigilare dignatus, planabuntur undæ: et tumidi fluctus ſternentur, et colles: uẽti diffugient: peribit procella: et tempeſtas iſta quæ iminet, et magna tẽpeſtas, in trãquillitatem maximam cõmutabitur.

DE TERRENORVM CVRA DESPICIENDA, DEQ. SERVO VIGILI. SERMO XXII.

PRæmia ſtatuũtur his ſemp quibus certamina dura proponuntur: ac pro magnitudine certaminis, præmii proponitur magnitudo. Hinc eſt quod diſcipulis ſuis

lis ſuis CHRISTVS regnum ponit in præmio, ut in certamine non cedant periculis, non timori: pericula deſpicit, qui tendit ad regnũ: uictoriæ cupidus neſcit timere. Nolite timere, inquit, puſillus grex: quia cõplacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Luc. 12. Grex puſillus mundo, magnus Deo: puſillus, quia glorioſos uocat eos, quos inſtituit ad ouium innocentiã, et mãſuetudinem Chriſtianã: puſillus grex eſt, qui non de magno minuitur, ſed creſcit de puſillo: puſillus grex naſcentis Eccleſiæ ſic deſignat infantiã: quam uenire ad regni ſui inſulas incrementis cæleſtibus mox promittit. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Adiecit quid faciẽdum ſit regnaturis. Vendite quæ poſſideris: et date eleemoſynã: facite uobis ſacculos qui nõ ueteraſcũt: theſaurum nõ deficientem ĩ cælo. Vendite quæ poſſideris: nõ poteſt dominari oĩbus, niſi is qui propriis non tenetur: deiectæ mẽtis eſt, qui familiaris rei meminit cum uocatur ad regnum: iacens animus plebeius nũmulũ theſauris regalibus anteponit: pauper ſenſus paruis incubans, perdit magna: et inhians tẽporalibus, deſerit ſempiterna. Vendite, inquit, quæ poſſideris: et date eleemoſynã: facite uobis ſacculos qui non ueteraſcunt: theſaurum non deficientem in cælo. Homo tali monitu CHRISTVS te ditare uoluit, non nudare: manere tibi tua uoluit, non perire: perpetuari, non uacuari ſacculos imperauit: iuſſit te transferre, non perdere. Theſaurũ non deficientem in cælo: quo fur non appropiat, neq; tinea corrũpit. Plus conſilio patris agit, q̃ iure dominantis: inter inſidias latronum, et tinearum morſus, quare tua recõdas obiurgat: peruigiles noctes, dies anxios, ſollicita

tempora, ne tibi ipſe facias cõmoneris. Auri cuſtos, ſeruator argenti, ſecuritatẽ nõ habet: neſcit quietẽ: & cui deeſt ſecuritas, quies perit: pœna diues eſt ille, » non cenſu. Theſaurũ nõ deficientem in cælo. Hoc eſt dicere, ubi ego ſum, ibi ponite: date mihi: ego ſeruo. Homo da patri: crede Deo: quia et hæredi pater, & Deus homini creditum nõ negabit: tenere tua nõ poteſt, qui ſua dedit. An humanis indiget, qui diuina largitur? an eſt noſtrorum cupidus, qui nos ſuorũ fecit hæredes? certe quibus regnũ contulit, quid negabit? O homo ſi hic permanſurus es, quæ tua ſunt hic repone: ſi illuc iturus es, hic quæ tua ſunt cur relinquis? Qui relinquẽda ſeruat, alienorum cuſtos eſt, non ſuorum. Si ĩ hac uita, qua peregrini ſumus, & uiuimus, ad modicum tẽporalem eſſe pauperẽ dolet triſtem, inhonorem eſſe: quale eſt in perpetua patria, iter æternos ciues, de contẽptu dolorẽ, de ignobilitate pœnam, de nuditate opprobrium ſuſtinere? Et tunc addici pœnis, quando alii promouentur ad regnum? quando pauper ducitur ad cõſeſſum Dei, et diues trahitur ad conſortium punitorum? Heu q̃ lamentandæ uices, quãdo deſperati penes homines poſſidebunt ſpem diuinam: & humanis bonis præditi bonis cæleſtibus fraudabunt. Et hoc facit theſaurus, qui cor hominis aut per eleemoſynam leuat ad cælum, aut per auaritiã » demergit in terrã. Et ideo dixit. Vbi.n.theſaurus ue» ſter eſt, ibi et cor ueſtrum erit. Homo mitte, & præmitte theſaurum tuum in cælos, ne cæleſtem animã demergas ĩ terrã. Aurum de profundo terræ, anima ab excelſis cæli. Melius proinde eſt ad ſedem animæ deferri aurum: quã in ſepulchro auri anima demergatur. Exutos ergo totis diuitiarum curis, et iam per-

Digitized by Google

omnia expeditos, militare ſibi in ſæculo iubet, quos
» regnare donauit in cælo. Sint lumbi ueſtri præcin-
» cti, & lucernæ ardētes in manibus ueſtris: et uos ſimi
» les hominibus expectantibus dñm ſuum qñ ueniat a
nuptiis. Sint lumbi ueſtri præcincti: ibi præcingēda
eſt uirtus, ubi uoluntas eſt cōprimenda. Neſcit uince
re uitia corporis, uirtutis cingulum qui deponit. Cin
cti ergo caſtitatis balteo, qđ eſt inſigne militiæ Chri
ſtianæ, fluxā carnis detruncemus ignauiā: et regis no
ſtri expectatione peruigiles inſomnē ſomnum ſæcu
li neſciamus. Nō dormiunt, iquit, niſi cum maleſece Pro. 4.
» rint. Et lucernæ ardentes i manibus ueſtris. Beati,
i quoꝝ manibus bonoꝝ operū lucent lucernæ. Sic. n. Mat. 5.
luceat lux ueſtra corā hominibus, ut uideant bona ue
ſtra opera: et magnificēt patrē ueſtrū qui eſt i cælis.
Et ut lucerna ante oculos, opus bonū in mētibus ſic
refulget. Nō portanti tantū lucerna lucet, ſed multis:
et opus bonū dū facto in uno lucet, multos illuſtrat
exēplo. Lucerna repellit noctiū obſcura, opus bonū
malitiæ fugat tenebras. Accendamus lucernam bo-
nis operibus in manibus noſtris, ſi uolumus coram
» domino, & hominibus nos lucere, Et uos ſimiles ho
» minibus expectantibus dominū ſuum, quādo ueniat
» a nuptiis. Quia ſemper nuptiis amicæ ſunt faces: lu-
minū teſtimonio celebrat caſtitas nuptiaꝝ. Sicut. n.
fugit lucem illicita qui præſumit, ſic multiplici coru
ſcat in lumine licita qui requirit. Et uos ſimiles ho-
» minibus expectantibus dominum ſuum, quando ue
» niat a nuptiis. Homines ſunt, qui more debitæ ſer-
uituris indefeſſis excubiis aduentum ſui domini præ
ſtolant: qui uero ſic uentri ſeruiunt, ut diuinā neſciāt
ſeruitutē: et de carnis uoluptate ſolliciti ſollicitudinē

Digitized by Google

occurſus dominici perdiderunt,homines non uocā/
» di ſunt,ſed iumenta. Et uos ſimiles hominibus ex/
» pectantibus dominū ſuum,quando ueniat a nuptiis.
Ex quo ad deſponſandū ſuam Eccleſiā CHRISTVS
aduenit,thalamus ornatur ſpōſæ:et ornatur auro fi/
dei,argento ſapientiæ,uirtutum gemmis,ſanctitatis
uelis,uerecundiæ roſis,liliis caſtitatis,pudoris uiolis:
et ad alta cæli pudicitiæ tēplum,faſtigium uirginita
tis attollitur:nec deſunt pſalmorū citharæ, propheti
ca organa,Apoſtolorum uoces,totæq; ſymphoniæ cæ/
leſtium nuptiarum. Satis ſeruus ſomni eſt,qui tali,et
tanto clamore non ad cæleſtis regis nuptias ſuſcita/
» tur. Et uos ſimiles hominibus expectantibus domi/
» num ſuum,quādo ueniat a nuptiis:ut cum uenerit,et
» pulſauerit,confeſtim aperiāt ei. Veniens pulſat:cor
da bene conſcius aperit:male conſcius claudit: iuſta
mens pateſcit ad præmium: iniuſta quia nō meruit,
ſe præcludit. Vigilemus ergo dilectiſſimi, ut beatitu
» dinem quæ ſequitur conſequamur. Beati ſerui illi,
» quos cū uenerit dominus inuenerit uigilantes. Suf/
ficiant beatitudinis hæc promiſſa: ſed quia CHRI/
STVS ipſius beatitudinis eloquitur charitatē, diffe/
ramus hodie, ut plenius audiamus qd ſuis filiis pro/
miſerit talis pater.

DE TERRENORVM CVRA DESPICIENDA. SERMO XXIII.

AVdiſtis hodie quēadmodum dn̄s pa/
ſtorali iubilo clangorem tubæ cæle/
ſtis adiunxit:ut diu inclinatas ouium
mētes ad diuina tolleret:cæleſte pro/

" tinus promoueret ad regnū. Nolite, inquit, timere Luc. 12.
" puſillus grex, quoniā cōplacuit patri ueſtro dare uo/
" bis regnū. Acquiſiuit humilitas, ſuperbia quod amiſit: et grex puſillus, ac mitis, totas, et uarias edomuit propria māſuetudine feritates: puſillus grex uicit, ac fregit tot genera beſtiarū, quot diuerſitates ſubdidit iugo CHRISTI nationū. Grex puſillus ac mitis diu contentus occidi, diu deuorari paſſus eſt, donec gentilis ſæuitia ſanguine ſatiata, uel carnibus, Euāgelici pabuli ſuauitatē, et diuini fontis fluēta deguſtans, totū contagiū ſæculi euitaret, et paſtū: atq; in hominē rediret ex beſtia, qui ex homine fuerat dilapſus i beſtiā. Hoc ſenſiſſe ante Prophetas, hoc Apoſtolos impleſſe, hoc pertuliſſe Martyres conſtat: atteſtante illo qui dicit. Propter te mortificamur tota die: æſtimati Psal. 43. ſumus ut oues occiſionis. Vt uero iſte grex noui ordinis aggrederetur prælīu, ubi uiuit ille, qui fuerit occiſus: qui occubuerit, uincit: inuenit animā, qui amittit: imitatus eſt ſuū Regem: illam ouem, illū ſecutus eſt agnū, qui ſicut ouis ad occiſionē ductus eſt: et ſicut agnus corā tondente ſe non aperuit os ſuū: tacet, Isa. 53. qui uolēs patitur: clamat, qui laniatur iuitus. Nec poteſt de morte conqueri, qui mortē dignatus, nō coactus aſſumit. Poteſtatis iſigne eſt, cū pro multis uolens quis moritur: nolēs cū morif, eſt neceſſitatis extremæ: quia uenit de contēptu mortis alterū, alterū de conditione naturæ. CHRISTVS ergo ſicut ouis, & uolens, et tacens tondetur: ut tegat illā quā Adam primus intulit nuditatē: uelut agnus occiditur, ut peccatū totius mundi īmolatus abſoluat: ponit pro ouibus animā ſuā, ut impleat et pietatē paſtoris, et curā: tibi ergo rex, tibi ſacerdos, tibi paſtor, tibi ſacrificiū,

tibi ouis,tibi agnus,tibi totum factus eſt, qui fecerat
totum.Et qui ſibi nūq̃, tibi totiens immutatur: pro-
pter te uarias monſtratur in formas, qui manet uni-
ca ſuæ maieſtatis in forma. Et quid plura? dat ſe ti-
bi Deus homo ut ferre potes,quia ut eſt tu nō potes
ſuſtinere. Sed audiamus iā quid puſillo gregi talis
» ꝓmiſerit paſtor. Nolite timere,inq̄t,puſillus grex,
» quia cōplacuit patri ueſtro dare uobis regnū. O bo
nitas effuſa,O inaudita pietas,O ineffabilis affectio,i
ſocietate cēſus paſtor oues aſſumit:atq; ad conſortiū
dominatiōis ſeruos dn̄s aſſiſcit: ad participatū regni
rex gregē populi totius admittit:ſic ſic dat,cui defice
re cēſus,cui regnū minui,uacuari poteſtas nō pōt lar
» giēdo.Prouidēter aūt cœpit dn̄s dicendo. Nolite ti-
» mere puſillus grex, quia cōplacuit patri ueſtro dare
» uobis regnū. Promiſſionē regni ſine timore ſerui-
lis ſtatus audire nō ſufficit, quia qui libertate uix di-
gnus eſt,capere nō ualet infulas principatus. Dn̄s er-
go ſeruoꝝ mentes tali uoce cōfirmat,ne eos repenti
nus promiſſi regni proſternat auditus. Regnū uelle
ſeruū crimen eſt:audire periculū:temeritas nō time
re.Sed hoc ad CHRISTVM quantū eſt? aut quā mi-
rū,qđ das ſeruis regnū,qđ ſibi ſeruos facit in dn̄atio
ne cōſortes, q ſeruoꝝ pedes lauat, ut extrema ſeruis
ſeruiat ſeruitute? Veniāt huc,ueniāt, qui diſcutiūt po
teſtatē eius:& tūc de eius æquitate cōtendant, cū po-
tuerint tantā capere,loqui,æſtimare pietatē:nec iam
calūnientur,ſi ſe in noſtro corpore patre minorē di
cat,qui nō dicto,ſed & facto, cū pedes lauat ſeruoꝝ,
ſe ſubdidit,& ſubiecit pedibus ſeruuloꝝ.Homo iā ti-
bi parce,quia ut tibi parcas, tuos Deus lauit, tuos te-
nuit,tuos amplexatus eſt pedes.Sed ad cœpta redea-

„ mus, Nolite timere puſillus grex,quia cõplacuit pa/
„ tri ueſtro dare uobis regnũ. Ecce qui dat,dare loq/
tur patrẽ:nũquid largitatẽ ſuã denegat ſic dicendo?
Abſit:non poteſtatẽ minuit,ſed pandit affectũ ſic di/
cendo.Non diſtantiã facit,ſed patris,ſuãq; uoluntatẽ
mõſtrat:firmat unitatẽ.Quod autẽ dixit cõplacuit,et
nõ dixit,placuit,munus edocet Trinitatis: quia quod
„ erga nos filio placuit,hoc cõplacuit Trinitati. Noli/
„ te timere puſillus grex,quia complacuit patri ueſtro
„ dare uobis regnũ. Poſt tantã ergo dñs largitatem,
poſt ſuã gratiã tibi copioſius collatã,abiecta, & uilia
„ peculia ſeruitutis iubet abiicere regnaturũ. Vendi/
„ te quæ poſſidetis:et date eleemoſynã. Plebeiũ cultũ
regia nõ admittit poteſtas: auguſtus honor non ni/
ſi diademate cõfertur,& purpura.Abiicere ergo de/
bet habitum ſeruitutis,qui ſe regem credit diuinitus
conſecratũ.Hinc eſt quod rex ſupernus illum,qui cũ
indigna ueſte maieſtatis eius auſus eſt intrare conui Mat.22.
uium,ligari,ꝑcipitari,detrudi in tenebras iuſſit exte
riores:quia deformitas inuitati ad inuitantis redun/
dat iniuriã.Peculia quoq; priſtinæ libertatis, iam di/
uitiis, iã regiis ditatus opibus qui reſeruat, captiuus
miſeria ſe neſcit eſſe felicem. Eſt conſuetudinis, eſt
animi felicis, ut adſcitus ad regnum, quod fuit pro/
prium,quod priuatum,mox parẽtibus,mox propin/
quis,ciuibus indigentibus,liberaliter prorogare: ne
ſit mendicus animo, qui cẽſu functus eſt,et honore.
Tali ergo prouidentia dominus, conſilio tali, uilia,
& caduca iubet ut uendamus:ut largiamur:ut done/
mus,qui in cæleſti regno omnia quæ in cælo,& quæ
in terra ſunt uolumus poſſidere. Sed ſi uis ſeruare
tuorum pretia prædiorum,& ſæculorum forte con/

dita te delectant: fac tibi ſacculos quales ille præcepit, qui iā cupiditatis tuæ cuſtos eſt, & prouiſor. Deniq; ut uiditq; duriter dixit. Vendite quæ poſſideris.
» mox adiecit. Facite uobis ſacculos, q nō ueteraſcūt:
» Theſaurū nō deficientem in cælis. Iterum contriſtatus es: quia quod habes, in cælis cogeris collocare. Rogo crede Deo tuo, qui ſeruo credis: & magis Deo, q̄ homini cōmenda. Sed ſi times, ne quid inde præſumat, ne quid diſpergat pietas largitoris, ſigna fidei annulo ſacculos tuos: ut tali cuſtode dormias tu ſecurus: quia ubi ille eſt, ibi locus nullus eſt furi. Non poterit tibi tuam pecuniā denegare, qui tibi omnia ſua contulit: qui te regni ſui et honore ditauit, & gloria.

DE SERVO VIGILI. SERMO XXIIII.

SEmper, & ad omnia Vigilias eſſe ſalutares nullus ignorat: quia re uera plus uigilare, plus uiuere eſt. Nam quid tam mortis ſimile, q̄ dormientis aſpectus? quid tam uita plenum, quā forma uigilantis? Indulgendum ſomno eſt, ut corpus reparet, non reſoluat: et uires reuocet, non eneruet. Semper ergo ad omnia: uigilias eē ſalutares nullus ignorat. Qua ars? quod opus? quod tempus? quæ pote-

rat qua ars? qd opus? qd tēpus? q potestas

ſtas? quod officiū? non uitæ lucra lucubratione perquirit? Hinc eſt quod Rex in procinctu peruigil calidi hoſtis præcauet, et euitat inſidias: tunc in caſtris miles superuenientes nocturnos impetus cauta pernoctatione propellit. Sic nauta uigilando diffuſi itineris incertas uias intrat: & calles tranſit inuios: & ueſtigio furtiuo ad lucroſi portus uotiuam peruenit.

manſionem. Hinc paſtor adiungit noctes diebus: et
totum ſibi tempus denegat dormiendi: ne qua lupis
ſuffragante ſomno craſſandi in gregem præbeatur
occaſio. Sic uiator ſollers per auras noctis æſtus ſolis
præuenit: actumq; diem prouidentius deputat man-
ſioni. Hoc Propheta ſciens non die ſolo, ſed et nocte
tota clamabat ad dñm, Dñe Deus ſalutis meæ in die
clamaui, et nocte coram te. Quid plura? Ipſe domi- Pſal. 87.
nus pernoctat in oratione Dei: ut ante nos oratione
liberet, q̃ redimat paſſione. Et ſi pro ſeruis dñs uigi- Luc. 6.
„ lat: merito pro ſe ipſis ſeruos uigilare ſic iubet. Præ
„ cincti, inquit, ſint lumbi ueſtri: & lucernæ ardētes in Luc. 12.
„ manibus ueſtris: & uos ſimiles hominibus expectan-
„ tibus dominũ ſuũ, quãdo ueniat a nuptiis. Sint lũbi
ueſtri præcincti. Nouus ordo uigiliarũ, nouus habi-
„ tus imperatur. Sint lumbi ueſtri præcincti: et lucer-
„ næ ardentes in manibus ueſtris. Nil de ueſtitu, nil
de calciamentis, nil de ipſius occurſus apparatu ſerui
uigiles admonentur, ſed tota in præcingendis lũbis
mandatur cura: tota in conſtringendis lumbis ſtatui
tur uis præcepti, addito lucernarũ ſolatio tantum, ſi
ne quo nec noctis aperitur obſcuritas, nec uenientis
„ diei clareſcit aſpectus. Sint lumbi ueſtri præcincti:
„ & lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Cingulum
quidem eſt proprie indiciũ ſeruituris: quod & diſcur
ſus expedito reddat, et faciat obſequētes. Sed dixiſſe
ſuffecerat, eſtote præcincti, cur lumbos potiſſimum
nominat? cur tanta iubentis reuerentia lumborum
facit magnopere mentionem? Quæris quare? quia
in lumbis eſt tota corporis cauſa: ex lumbis tota car
nis negotia ſuſcitantur: in lumbis tota eſt humani la
pſus, humanæ fragilitatis occaſio. Inde uenit quod

uirtutis ignaros reddit:efficit ſegniores. Hinc eſt ergo quod pricipaliter dominus lũbos noſtros aſtringi iubet balteo caſtitatis: & totũ carnis noſtræ pendulum, fluidum, reſolutũ, conſtringi mandat continua zona uirtutis: ut carne ſuccincta ad domini occurſum liber, uelox, expeditus noſtræ mentis reddatur inceſſus. Hæc tamen audiens homo ſcire debes, quia te nõ retardat ab occurſu Dei caro: quia ipſius occurſus, officii ipſius eſt in ſeparabilis comes, ſi tu eius componas ſarcinas: ſi releues onera eius: ſi pendula, et ſinuoſa inuolucra eius tu prouidus uiator aſtringas. Quid plura? Erit tibi ſalubre contuberniũ, ſi tu eius deſes, & reſolutus nõ fueris inſtitutor: quẽadmodũ autem debeas æquare ſarcinas eius, eius põdera iniuſta moderari, Apoſtolus edocet ſic dicẽdo.
Col. 3. Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, imunditiã, libidinem, cõcupiſcentiã malam, & auaritiã, quæ eſt idolorũ ſeruitus. Cõſtringenda eſt ergo caro continentiæ cingulo, ne effuſa uitiis, ac toto peccatorum grauata põdere, ſupernis, & cæleſtibus inſiſtere nõ poſſit inceſſibus. Bene ergo
„ dominus adiecit. Et lucernæ ardentes in manibus
„ ueſtris. Quia ſemper innocentiæ teſtimoniũ lucernæ nocturno portãtur in tempore: et ſicut uitiis amicæ ſemper ſũt tenebræ, ita lucernæ ſemper inimicæ criminibus: ſociæ ſemper boni operis ſunt lucernæ. Sed in manibus ſanctorũ ipſa bona opera ſunt lucer
Mat. 5. næ, dicente domino. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideãt ueſtra bona opera, & magnificẽt patrem ueſtrum qui eſt in cælis. Et uere portant lucernas ſuas, uere fomentis operum, uere misericordiæ unguento inflãmant lampades ſuas, quæ cum lo

co,propoſito,ſtudio,latitant:opere,uirtute, meritis, coruſcant,ac ſplendent toto orbe terrarum. Et quia expectationis ſuæ dominus ſatis triſtes, ſatis anxias nouerat motas:ne quis ſuperaretur tædio,ne quis laſſeſceret tarditate,ne quis longæ expectationis fatigatione ſuccũberet, perſeuerantibus beatitudinem cæleſtem,cæleſte promittit obſequiũ, Beati,iquit,ſerui illi,quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes.Et ne ipſius beatitudinis qualitas haberetur incerta: mox adiecit. Amen dico uobis,quia præcinget ſe:et faciet illos diſcũbere:et trãſiens miniſtrabit eis. Præcinget ſe Deus:& faciet ſeruos diſcũbere:et miniſtrabit eis. En mutatio inaudita rerum: en terribilis correptio dominationis: en pauenda conuerſio ſeruitutis:quia parumper ſeruus aſtitit in domini ſui expectatione ſuccinctus:et ſuſtinendi fidem breui fatigatione portauit:cui ut talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa diuinitate diuinitas. Præcinget ſe:et faciet illos diſcũbere:& tranſiens miniſtrabit eis. Diſcũbenti homini Deus aſtat, et aſtat i cæleſtibus:epulanti ſeruo ſeruit dominus:et ſeruit accinctus:pueris ſuis,miniſtris ſuis miniſteriũ facit CHRISTVS:& facit in patris iam gloria cõſtitutus. Homo calumniaris:eſt adhuc quod detulerit patri:qui tibi in terra lauando pedes, extremũ repreſentauit obſequium? & repromittit in cæleſtibus nouiſſimam ſeruitutem? Crede hæretice:& tu illi ſtude reddere talionem. Ille tibi in cæleſtibus parat conuiuiũ ſe miniſtro,& tu illi in terra non deſinis continuas ingerere, & generare blaſphemias:faciet & ille tranſitus ſuos,quia tranſiẽs miniſtrabit illis:de dominatione ad fidelium ſuorũ pia tranſiet,& migrabit obſequia:ad te de miſericor

„ dī patre ſeueriſſimū tranſibit in iudicē. Et tranſiens
„ miniſtrabit illis. Confitentibus,expectantibus mini
ſtrabit epulas: miniſtrabit & tibi ſed dignam de tua
„ negatione ſententiam. Et ſi uenerit in ſecunda ui/
„ gilia,et ſi in tertia uigilia uenerit,et ita iuenerit, bea
„ ti ſunt ſerui illi. Si in ſecunda,et tertia uigilia uene/
rit:Vigilias mundus plures,tres tantum uigilias no/
uit expectatio Trinitatis:quare tamen a ſecunda cœ
pit:& tacuit primam? Quia prima iam uigilia in or/
tu Dominicæ natiuitatis exceſſerat. Probant hoc pa/
ſtores,qui dum ſupra gregem ſuum uigilant,gregis
ipſum paſtorem in præſepio inuenire,uidere,tenere
merentur,& auctorem: ſed quæ ſit ſecunda,& tertia
uigilia requiramus. Sicut utiq; prima uigilia eſt ſui
ortus in carne,ita ſecunda eſt uigilia, qua noſtra re/
dit,& reſuſcitatur in carne. Deniq; ut ad reſurgētem
ueniat,annuas excitatur,& euigilat mundus. Tertia
uigilia eſt illa, qua expectatio tota nouiſſimo uenien/
tis finitur aduentu: ut ſicut ille reſurrexit nobis, ita
nos illi iam perpetuam reſurgamus ad uitam.

DE TERRENORVM CVRA DESPI/CIENDA. SERMO.XXV.

HOdie dominus Euangelici gregis pu/
ſilla,et tenera primordia q̄ blanda ex
hortatione ſit cōſolatus audiſtis. No
Lu.12. „ lite timere, inquit, puſillus grex, quia
„ cōplacuit patri ueſtro dare uobis re/
„ gnum. Aufert ſpes anxias,dubios tollit euētus,om/
neq; propellit,et excludit timorem, quādo in exor/
dio ipſo regnum naſcentibus pollicetur. Quoniam

Digitized by Google

" cõplacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Quis de uictu, quis de ueſtitu, quis de plebeio cenſu, et uernalis ceſpitis uilitate ſuſpirat, de regno certus, de dominatione ſecurus? Satis ſibi inuidet, qui eleuatus ad ſumma, ipſe ſe ad humilia deiicit: ad egena deponit. Sed ſcire conuenit, pater iſte qui eſt: uel qualis eſt: uel quod regnum ſuis filiis repromittit. Quis ſit iſte pater, cotidie te confitente cognoſcis, cum clamas. Pater noſter qui es in cælis. Qualis autem ſit, ipſa Mat. 6. operum magnitudine peruidiſti: ex nihilo fecit cælum: terram ſolidauit ex liquido: montes ſtatuit ad ſtateram: maria intra legitimos terminos ſola præcepti auctoritate cõcluſit. Verum ſi regni, quod promittit puſillis, deſideras noſſe qualitatem, ipſe aperit ſic dicendo. Sinite paruulos uenire ad me: talium Mat. 19. eſt enim regnum cælorũ. Eſſe ĩ cælo mirũ eſt: in cælo uiuere, eſt maieſtatis. Iam regnare in cælo quanti ſit, ſenſus deſinit æſtimare mortalis: et tamen homo, quod æſtimare non potes, percepiſti, Apoſtolo i. Cor. 2. ſic dicente. Quod oculus nõ uidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcẽdit: quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Et quod te mereri dubitas, habere te, & poſſidere iam cogeris confiteri. Quid ergo cum terra illi, qui poſſidet cælum? Quid illi cum humanis, qui indeptus eſt iam diuina? niſi forte placent gemitus: eliguntur labores: amantur picula: peſſima mors delectat: et illata mala bonis ſunt gratiora collatis. Sed uideamus quod dat pater tantus conſilium regnaturis. " Vendite quæ poſſidetis: et date eleemoſy" nam. Si uicturos uos, ſi regnaturos, ſi uos iam diuites eſſe creditis ĩ ſupernis, ubi futuri, quo migraturi, ubi regnaturi eſtis: uos illa quæ ueſtra ſunt iam præ

cedant:opes miſeras miſericordia cõputate:quæ humana ſunt in diuina conuertite. Et ne cui forſitan deeſſet euectio ad portanda illa quæ dimittitis, angariatus eſt pauper: ferũt pauperes onera noſtra:et uolentes ferunt:quia tali non deprimuntur põdere, ſed
» leuantur. Vendite quæ poſſidetis, et date eleemoſy
» nam: facite uobis ſacculos qui non ueteraſcunt, the
» ſaurum non deficientem in cælis:ubi fur non appro
» piat:neq; tinea corrumpit. Facite uobis ſacculos qui non ueteraſcunt. Videtis quia pater iſte ditare uult fi
» lios,non nudare. Facite uobis ſacculos qui non ue
» teraſcunt. Nouo modo,imo cæleſti modo,qui hunc audit uendendo comparat:recondit erogando:dum amittit,acquirit. Quam cupit pecuniam perdurare? perpetuare ſacculos diuitiarum? condita permane
» re? qui dicit. Facite uobis ſacculos qui non uetera
» ſcũt. Ecce docet auaritiam qui cœperat ſuadere cõ
» temptum. Facite uobis ſacculos qui non ueteraſcũt. Et qui theſaurizantes temporaliter arguebat, ad totum cupiditatis fomitem iubet ſacculos ſine fine perquiri. CHRISTE quo te pertrahit amor tuorum? ut auarum lucrifacias, facis eum quod deſiderat, non quod oportet, audire:ſacculos imperas:æternos theſauros qui non deficiant uis parari: ut auarus dum conſueta percurrit ad lucra, aut uirtutem capiat, aut a uirtute capiatur. Vere pater es, qui cum tuis quibuſcũq; paruulis ſic agis. Namq; & nos interdum noſtris paruulis petẽtibus noxia, ĩgerimus ſalutaria ſub ſpecie noxiorum: fallentes inſipientiam, non decipien
» tes affectum. Dixiſti. Facite uobis ſacculos qui non
» ueteraſcunt, theſauros non deficientes in cælo. Sacculus cur paratur? Quid ibi clauſtra, ubi ipſa cuſtos

eſt innocentia? ibi quid ſignaculum, ubi fraudis ſu-
ſpitio non habetur? Si et in cælo ſacculis opus eſt,cu-
ra nõ amittitur,ſed mutatur. Domine tu uidiſti quia
in theſauris tota fides,tota ſpes in ſacculis ſit auaris:
et ideo imputribiles in cælo ſacculos uis parari , ut
qui te non ſequitur ad cælum,ſequatur ſaltem ſaccu
los ſuos . Auare fac tibi ſacculos,et fac iubente Deo:
quia uotis tuis annuit diuina maieſtas . Sed fac tibi
ſacculos erogando:quia quicquid pauper acceperit,
pater cæleſtis ſuſcipit.Et ubi recondit? in cælo.Et ne
forte perdidiſſe te doleas uel uſuram , centuplum in
cæleſti fœnore recipies,quicquid ĩ cælo paupere trãſ
miſeris perferente. Vſura mundi centum ad unum;
Deus unum accipit ad centum:& tamen homines cũ
Deo nolunt habere cõtractum.Sunt forſitan de cau-
tione ſolliciti. Quare? Non ne homo homini exi-
guæ chartulæ obligatione conſtringitur? Deus tot,
et tantis uoluminibus cauet:et debitor non tenetur?
Sed dicis, eſto quod debeat; quo exigente reſtituet?
ſeipſo:quia nõ poteſt ille mẽtiri:idẽ ipſe eſt et execu
tor,et debitor. Nõ erit ĩ reddẽdo durus,qui profuſus
eſt in largiẽdo.Crede homo Deo quod tibi Deus de-
dit:maiora reddere uult,cũ uult debere,largitor

DE FIDELI DISPENSATORE. SERMO XXVI.

QVod hodie dominus interroganti Pe-
tro reſpõdiſſe legitur,per figuram ad
Apoſtolos ipſos,ad doctores tantum,
& ad eos qui Eccleſiis præſident dictũ,
multorum perſenſit auditus. Interro-
» gat Petrus. Domine ad nos dicis hãc parabolã:an et Luc. 13.

" ad oẽs? Cui reſpondit dñs. Quis putas eſt fidelis di
" penſator, et prudens, quem cõſtituit dñs ſuper fami/
" liam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram?
" Beatus ſeruus ille, quem cum uenerit dñs ita inuene
" rit facientem: uere dico uobis quod ſuper oĩa, quæ
" poſſidet, conſtituet eum. Quod ſi dicat ſeruus ille in
" corde ſuo: moram facit dñs meus uenire: & cœperit
" percutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & ine
" briari, ueniet dñs ſerui illius in die qua non ſperat, et
" hora qua neſcit, & diuidet eum: partẽq; eius cũ infi/
" delibus ponet. Eccleſiæ quidem præſules iſta quam
primũ ſimilitudo cõſtringit: ſed hominem nullum,
mortalẽ nullum prorſus eximit hæc figura, quæ dũ
loquitur ad diſpenſatorem, oĩbus uno interrogante
reſpondit. Si eſt quiſquã qui a Deo nil acceperit, di/
ſcuſſionem diſpenſationis, diſpenſatoris officium nõ
timebit. Homo ſi hoc ipſum quod das accepiſti, acce
piſſe te quod habes quomodo tu negabis? De cæleſti
bus conditis, de horreis diuinis rationẽ reddet, præ/
ſtabit cauſas Eccleſiæ prorogator. Et quanto maius
ſuſcipit creditum: tanto maius ſe debitum non dubi
Luc. 12. tat redditurum, dicente domino. Cui plus eſt credi/
Sap. 6. tum, plus exigetur ab eo. Et alibi. Potentes potenter
tormenta patientur. Quãto altius aſcẽderit homo,
lapſus tanto altius cadet. Quid altius cælo? De cælo
cadit in cæleſtibus qui delinquit: deſperatus ĩcurrit,
qui in ipſis dominãtis oculis offendit: et excuſatione
caret, qui facinus ipſo iudice teſte cõmittit. Aut quã
defenſionem ſperat, quem teſtimonium cognitoris
accuſat? Sic diabolus cum eſſet angelus, & in cælo, &
coram Deo ſemper clariſſimus uerſaretur, & fulgẽs,
dum Dei temptat aures, dum ĩ Dei ſuperbit aſpectu,
lapſus ad

Digitized by Google

lapſus ad terram,ad tartara deiectus,in diabolũ mu
tať ex Angelo; et qui erat miniſter ueniæ, factus eſt
dux pœnarum. Hinc eſt quod Apoſtolus noſtri ordi
nis hominem cõmonet,ne incidat in ſuperbiã,et la/
queũ diaboli. Diſpenſator ergo diuini ůerbi,et cæle
ſtis doctrinæ prorogator,qui ante dominũ ſtat iugi
ter,uerſatur inter altaria ſemper,neq; a Dei oculis re
cedit unq̃,qui peccatorũ cauſas, dolores populi ſuſci
pit,fert,offert,ingerit preces,accipit,refert, reſtituit ĩ
petrata, ex homine totus in Angelũ ſubſtitutus,non
poteſt niſi in ipſa Dei facie ĩter ſanctorũ ſancta pec/
care:ut inde ſibi ſumat crimen,unde aliis ueniam cõ
ſueuerat reportare.Deniq; Nadab,et Abiud ſacerdo
tes filii Aaron ſacerdotis,dũ contaminare externo
igne altaria præſumunt, ipſius altaris conſumuntur
incendio:ut ſumerent de ſacrificio pœnam, qui fece
rant de propitiatione peccatũ:quod peccatũ illis ſu/
ſcitarat ebrietas:nam uini odor odorem fugarat in
cenſi: et ebrietatis ignis flãmam prouocarat altaris:
unde quia alienati uino alienum portauerant ignẽ,
mox diuino igne referuntur extincti. Ebrietas ĩ alio
crimen eſt,in ſacerdote ſacrilegiũ:quia alter animã
ſuam necat uino, ſacerdos ſpiritum ſanctitatis extin
guit:dicente Apoſtolo. Spiritum nolite extinguere. **i.Theſ.5**
Merito inter cætera quæ in diſpenſatore malo ar/
guit hodiernus ſermo,uini condemnat inſaniam,di
" cendo. Quod ſi dicat ſeruus ille, moram facit dñs
" meus uenire:et cœperit percutere pueros,& ancillas,
" & edere,& bibere,& inebriari. Proprie dixit,edere,
& bibere:& inebriari:& percutere.Ebrietas cædis ma
ter, parens litium,furoris genetrix,petulantiæ defor
miter eſt magiſtra:hanc qui habet,ſe non habet:hãc

Digitized by Google

qui habet, homo non eſt: hanc qui habet, non peccatum facit, ſed eſt ipſe peccatum. Ebrietas eſt dæmon blandus: uenenum dulce: rabies uoluntaria: inuitatus hoſtis: illecebra honeſtatis: et pudoris iniuria. hanc nullus nouerit Chriſtianus: ne auditu quidem ſacerdos attingat: ne qui eſt forma uirtutum, uitiorum inde fiat, & inueniatur exemplum. Verum quia ad nos, & ad Eccleſiaſticos uiros ſatis dictum eſt: quémadmodũ cunctos teneat reſponſio Saluatoris, quod non ſit qui a Dei diſpẽſatione inueniatur extraneus,
Ro. 13. perquiramus. Apoſtolus dicit, Non eſt poteſtas niſi a Deo. Si a Deo poteſtas omnis: a Deo Rex etiam diſpenſationis regiæ adeptus eſt dignitatem. Sic dux, ſic miles, ſic prouinciarum rectores, ſic urbiũ, rationem reddituri ſunt omnes iſti, ſi in ullo creditæ poteſtatis exceſſere menſuram: ſi Rex iuſtitiam cuſtodiuit: ſi æquitatem tenuit: ſi poteſtatem moderatus eſt: ſi miſericordiam non omiſit: ſi tenuit ſic ponderis ſui libram, ut ĩ neutrã partẽ poteſtatis ſuæ trutina perpenſa declinaret: ſi omniũ curam geſſit: ſi ciuium procurauit quietem: ſi ſic temperauit cenſum, ut neq; militi ſufficiẽtia deeſſet: neq; tributarius laſſaretur. Et Dux præſtabit Deo cauſas: ſi ſequentibus ſe præbuit uirtutis exemplũ: ſi in excubiis peruigil: ſi in diſcurſibus indefeſſus: ſi pacem omniũ proprio labore perquiſiuit. Rationem reddet & miles: ſi paruit imperatis: ſi concuſſit neminem: ſi accepta ſtipendia iuſtiſſimo labore penſauit. Iudex quoq; iudicii ſui ſupernum iudicem ſuſtinebit. Et tu qui Dñs es domus tuæ, diſpenſatorem poſitum pluſq̃ dominũ uolo credas: ut exhibeas coniugi ſimplicem charitatem: doctrinãq; ei quam didiceris in Eccleſia prudẽ-

ter infundas:cui Apoſtolus in Eccleſia tacere præce/
pit:& domi diſcere te docente,dicens.Mulieres in ec 1.Cor.14
cleſiis taceant:ſiquid autem uolunt diſcere,domi ui/
ros ſuos interrogent. Filiis impendas affectũ ſobriũ:
ſollicitam curam:eosq; fideliter in Domini enutrias
diſciplina.Seruis uictum,& ueſtitũ debitũ reddas:re/
mittas culpas:minas temperes:imperes diſciplinam:
& habeas eos fratres progenie cæleſti,quos ſubditos
mundana poſſides ſeruitute.Vos quoq; ſerui debetis
domino fidem in ipſa quã geritis ſeruitute: quia qui
pio,& puro corde carnali dño debitũ nõ reddet obſe
quium, Deo antę qui corda uidet, quam homini te/
netur obnoxius:qui te parem fecit per gratiam, quẽ
conditio fecerat diſparem uilitate ſeruili. De diuite
quid dicã? qui quãto plus habet, tanto ãplius debet.
Deſunt nõnulla. deniq; ſimul reddit,ſimul
tradit altari; q̃ ſi noluerit reddere,ſingulis cõmittat
per partes.Et tu pauper cõmiſſam tibi diſpenſationẽ
non paruam paupertatis exiſtimes,ſi patienter feras:
ſi ingratus nõ ſis:ſi ſis uel in ipſa neceſſitate ſobrius,
& frugalis:ſi danti agas gratias, non danti non ingę
ras blaſphemans iniurias:ſi tantum quæras, quãtum
dat miſericordia,nõ quantũ cupiditas importuna cõ
pellit.Certe & tu pauper qui libenter petis, da etiã tu
libenter petentibus:Sed forte dicis,non habeo:ſit dã
di animus,& facultas non deerit largiendi: pone ad/
uenienti ſellam tuam:pone menſam tuam,candela/
brum,lucernam:certe ex eo quod accepiſti gratãter
appone.ſic Elias, ſic Eliſæus dum declinant ad uidua/ 1.Re.17
rũ uacuas,et inopes manſiones,copioſe quod uiduis 4.Re.4.
deerat ſuppleuerunt. Addidit autem Dominus ad cõ
firmationem ſimilitudinis huius dicẽdo. Ille autem

Digitized by Google

„ ſeruus qui cognouit uoluntatem Domini ſui, & non
„ ſe præparauit, & non fecit ſecũdum uolũtatem eius,
„ uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit di
„ gna plagis, uapulabit paucis. Ille quidem qui per cõ
ſcientiam peccat, merito grauius ſoluit conſcientiæ
pœnas: ſed & iſte per ignorantiæ culpas, plagas igno
rantiæ non uitabit: Deum ſicut contemni non licet,
ſic non licet ignorari.

DE SCANDALO TOLLENDO. SERMO .XXVII.

IN procinctu belli ſemper uigiliæ ſunt militũ diſtributæ: ut inſidiis nil liceat: nil pateat dolis. Pernitioſiſſimus nimis eſt repentinus hoſtis: nam aut inſcios præuenit: aut ĩcautos præoccupat: aut opprimit dormientes. Hinc eſt ꝙ CHRISTVS Rex noſter ante ſæcula per totam ſæculi noctem milites ſuos præmandatis uigiliarũ uicibus cõmonuit cõtra diaboli. i. ueteris hoſtis ſubtiliſſimũ dolũ: contra latẽ tes impetus uitiorũ: contra criminũ inſidias irruen/ tes: contra ſcandala quæ nobis uariis oriuntur ex cau ſis: contra tentamenta præſentis uitæ: cõtra furentes
Mat. 26. acies ſæculariũ preſſurarũ, taliter admonendo. Vigi late, & orate, ne intretis in tentationem. Et ſtatuens
Luc. 12. qualiter uigilaretur adiecit. Et ſi uenerit ĩ ſecũda ui/ gilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi quos cum uenerit inuenerit uigi lantes. Et plane beati, quia qui uigilant, & anticipãt dolos hoſtium, de Domini ſui gloriabũtur aduẽtu. Hodie tamen Dominus ipſas noſtrorũ ducũ contra

ſcandala exuſcitauit, et armauit excubias, dicẽdo ad diſcipulos. Impoſſibile eſt ut non ueniant ſcandala, hoc eſt, impoſſibile eſt ut non ueniant hoſtes. Et primũ fratres ſcire nos cõuenit ſcandala hæc quid ſint. Scandalorũ genera ſunt diuerſa: & prima ſunt illa, quę diaboli fraus parturit. Secunda ſunt, quæ generat calliditas humana. Tertia ſunt, quæ parit ipſa ex nobis ſuſpicax, et incauta natura. Et a diabolo ſunt illa, quæ fallunt ſpecie: quæ prætendunt bona, cum mala inſerant: ſicut illud ad Adam, cũ nobis humana abſtulit, dum diuina promittit. Et illud, quod per Petrũ. Non tibi hoc erit domine: triũphum crucis uacuare cõtendit, cũ feruere ſe nimio amore mentitur. Nam cum dñs loqueretur paſſionis ſuæ gloriam, reſpondit per Petrum. Non tibi hoc erit dñe: uenenum quę dulce ſerpentis, ante facit militẽ regis ſui negare uictoriã, ſeruus ipſe dominũ quę negaret: unde dñs ſeruum poſt ſe mittit, ſcandalũ remittit auctori, dicendo ad Petrũ. Vade poſt me: & diabolo. Satanas ſcandalũ mihi es. Et uere poſt dñm uadit Petrus, quia ut eum ſequeret̃ ad cælum, crucem reſupinus aſcendit. Sed et illud eſt ſcandalũ tale quod fecit Iudæis. Nam lapidem firmãdis ueſtigiis latum, ĩ totam ſulcauit, et exaſperauit offenſam: et totius fundamenti petram uertit ĩ ſcandalum, ut eſſet miſeris ad ruinam. Ecce pono, inquit, in Sion lapidem offenſionis, et petram ſcandali. Hinc eſt quod Pſalmiſta anxia ſupplicatione depoſcit. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi: et a ſcãdalis operantium iniquitatem. Et quia trãſilierat offenſam, ſcandalum uicerat, taliter gloriatur. In petra exaltaſti me: et deduxiſti me: quia factus es ſpes mea. Diximus primum genus ſcandali: dicamus et ſecun-

Luc. 17.
Gen̄. 3.
Mat. 16.
Eſa. 8. & 28.
Pſal. 140
Pſal. 60.

dum quod de humana calliditate diximus euenire.
Num.31 Scandalum populo Iſraelitico Balaam diuinator
Apoc.2. obiecit:quando bellatoribus non cum ferratis uiris,
ſed cum puellis toto lenocinio fucatis occurrit:ut ar
ma uerteret in luxum: triumphum mutaret in infa-
miam: et in reatum reatus deuocaret ultores: et ad
ſummam,profanaret totam de turpitudine ſanctita
tem.Hinc eſt,quod eum Moyſes tali notauit ſenten-
tia cum puniret.Et Balaam,inquit, diuinum occidi-
te:quia hic miſit ſcandalum ante filios Iſrael. Scan-
3.reg.12 dalum molitus eſt Ieroboam,qui ex auro uaccas po
pulo in Deos figmēto miſerabili collocauit: ne Deū
uiuum,ne uerum templum, ne diuinā legem, ne le-
gitimos reges,ne patrios ritus quæreret: ſic populus
mancipatus errori ſcandalum facit iuxta Apoſtolū:
1.Cor.8. cum quis idolis immolata quaſi nihil nocitura man
ducat:et inſenſatos lapides,et ligneos Deos,qui neq;
ſanctificare,neq; polluere quid poſſunt,tali facto æſti
mat debere contemni.Sed quod ille fidei arbitratur
exemplum,fit ignorantibus erroris occaſio: quia nō
ad cōtemptū, ſed ad cultum prouocat neſcientes: et
conuiuium religionis uideri facit inſciis:quos ſciens
ſtudio deriſionis abſumit. Vnde bene Apoſtolus cō
1.Cor.8. cludit:et aperit.Et peribit infirmus in tua ſcientia fra
ter, propter quem CHRISTVS mortuus eſt. Tertiū
genus eſt ſcandali: quod nobis noſtris generatur ex
ſenſibus: cum fallimur oculis:cum decipimur audi-
tu: capimur odore: et ſapore uitiamur. Vnde Eua
uetiti,et lethalis cibi ſic guſtu ē ſauciata, ſic uiſu. Et
Gen.3. uidit,inquit,mulier q̄ bonū eſt lignū ad mādican-
dum:et q̄ gratū oculis ad uidendum: et ſpecioſum
eſt ad intuendum.Bene ergo Dominus adiecit ſcan

Digitized by Google

daſizare ſenſus ipſos, dicendo. Si ſcandalizauerit te oculus tuus, aut manus tua abſcide: et proiice abs te: Mat. 9.
melius eſt tibi ſine oculo, & manu uenire ad uitam, q̃ toto corpore ingredi in gehennã. Et quãuis Dominus lapſus, & uitia iuſſerit ſic nos ſecare, nõ membra: tamen ſi hoc Eua mater humani generis ſic feciſſet, melius ſine oculo, et manu ĩ uitam ueniſſet, q̃ totam poſteritatem ſuam lamẽtabilem miſiſſet in mortẽ. Cauere ergo oportet nos fratres, ne ſcãdalum faciamus alii: ne uel ipſi alio faciente patiamur. Scandalum eſt quod offendit ſenſus: quod mentem turbat: quod confundit intelligẽtiæ puritatem. Scandalum eſt quod diabolũ fecit ex Angelo: quod ex Apoſtolo reddidit proditorem: quod inuexit peccatum mũdo: quod hominem deduxit ad mortem; audi Dominum dicentem. Væ mundo à ſcandalis. Scandalum Mat. 18.
ſanctos tentat: fatigat cautos: incautos deiicit: confundit omnia: cõturbat omnes: et licet in præſenti loco Dominus de ſcandalo ſuæ paſſionis loquatur, et Iudam denotet, per quem uenit ipſum ſcandalum ſcãdalorũ: tamen ne quis ĩ hoc deueniret, admonuit dicendo. „ Impoſſibile eſt ut non ueniant ſcandala: uæ Luc. 17.
„ tamen illi per quem ueniunt. Bonum eſt illi ſi lapis „ molaris appendatur collo eius, et proiiciatur in ma„ re: quã ſcandalizet unum de puſillis iſtis. Quare nõ lapis, ſed lapis molaris? quia lapis molaris dum triticum terit, dum farinam fundit, a polline furfurem dum ſecernit, panem pie laborantibus ſubminiſtrat. Bene ergo illi qui eligit miniſter ſcãdali magis eſſe, q̃ pacis, ad collum lapis alligatur molaris: ut hoc illũ ad mortem trahat, quod illum trahere debuiſſet ad uitam: quia ſenſus ad uitam datos mortis conuertit

Digitized by Google

in ſcandalum, ſuadendo aliud uidere, aliud audire, aliud ſentire, aliud ſapere, q̃ erat i CHRISTO: q̃ erat
Eſa. 28. in ſcientia ſalutari. Hinc angularē lapidem, hinc ad/
i. Reg. 7. iutorii lapidem, hinc lapidē ſine manibus abſciſum,
Dan. 2. quod eſt CHRISTVS, ſic puſillorum circuit, et tra/ xit ad ſcandalum: ut non panem uitæ, ſed panem la/ chrymarum conficeret, et doloris: ſicut Propheta teſta
Pſal. 126 tur dicens. Qui manducatis panem doloris. Bene er
Mat. 18. go illi, ſicut alibi dixit, ut mola aſinaria alligeť collo eius: et inde ſumat pœnam, unde ſumpſit et ſenſum: et exæquetur iumentis inſipientibus, qui noluit ho/ minibus ſuperna ſapientibus comparari.

DE MATTHAEO, ET CHRISTO CVM PVBLICANIS MANDVCANTE. SERMO. XXVIII.

QVod ſit uirtutibus cognata paupertas, terrena, et cæleſtis comprobat diſcipli na. Athleta ad luctamen nudus acce/ dit: confligit cum fluctibus nauta nu/ dus: miles in acie non niſi expeditus aſſiſtit: qui tendit ad philoſophiā totum quod in re/ bus eſt ante contemnit. Eſt ergo uirtutibus cognata paupertas: et ſi paupertas uirtutum parens, uirtutum ſocia ſic habetur, ſapere cōuenit quare CHRISTVS ad uirtutis officiū pauperes ſic elegit. Petrus, et An/ dreas, Iacobus, et Iohānes, germanitas cōbinata, im mo congeminata paupertas, i Apoſtolorum principes eliguntur: pauperes cenſu: loco humiles: uiles arte: obſcuri uita: labore cōmunes: addicti uigiliis: flucti/ bus mancipati: negati honoribus: iniuriis dati: præ/

ſidio retis,ſolo piſcium captu,uictum,ueſtitūq; con/ quirentes: Sed in iſtis quantū uilis mundanus uide/ batur aſpectus, pretioſas tantū animas Dei intuitus tunc uidebat.Erant cenſu pauperes, ſed innocētia lo cupletes:loco humiles,ſed ſanctitate ſublimes: uiles arte,ſed ſimplicitate p̄rioſi:obſcuri uita, ſed uitæ me rito perlucentes:labore cōmunes, ſed propoſito ſin/ gulares: addicti uigiliis, ſed ad cæleſtes uictorias iā uocati:fluctibus mancipati, ſed fluctibus non demer ſi:negati honoribus,ditati magis honoribus,non ne gati:iniuriis dati,ſed iniuriis non relicti:captores pi/ ſcium,ſed piſcatores hominum iam decreti. Venite, inquit,et faciam uos fieri piſcatores hominū:ut uita lis eſcæ iactu,ut hamo cæleſtis uerbi de mortis gur/ gite animas ad lucem tollerent ſempiternā. Capto/ res piſcium fiunt hominū piſcatores: de labore tran ſeunt ad laborem:quia labor neſcit laſſeſcere medi/ tatus. Omnia quæ de uſu ueniunt non fatigant. Vir/ tus exercitio perſeuerat. Hinc eſt, quod Apoſtolos ſuos CHRISTVS humanis laboribus exerceri uo/ luit, ut eos indefeſſos redderet in diuinis: uoluit eis Deus manere fortitudinem, de exercitio præſtare uirtutem:et quia fructus prouenit ex labore, uoluit eos labores non perdere, ſed mutare: ipſe ante illis uſum laboris indulſit, qui poſtea eis tolerantiā de/ dit uirtutis.Hinc eſt quod regna,gētes,carceres,uin/ cula, tormēta, mortes,ſæuientes homines terris om nibus ſic uicerunt. Diximus quod ī Apoſtolis amica uirtutum,Deo cara, ſit electa paupertas. Matthæum de telonio diuitem,de uſuris locupletem,lucris ſæcu li honuſtum, quod ī Apoſtolatum CHRISTVS ele/ gerit, quid dicemus? Hodie Matthæus de ſe ipſo ſic

Mat.4.

Digitized by Google

Mat. 9. „ cœpit, Et cũ tranſiret inde IESVS, uidit hominem
„ ſedentem in telonio Matthæum nomine: et ait illi:
„ ſequere me. Matthæus publicanus generat nobis nõ
paruam ſuis quæſtibus quæſtionem:& magnum no/
bis negotium ſua negotiatione proponit. Sed dicit
aliquis, Quam quæſtionem? Quod negotium? Deus
ſuſcipit pauperes, ſed diuites nõ repellit. Habentes ſu
ſcipit: et ad ſe attrahit non habẽtes. Abraham diues:
Diues Iob: Dauid diues. Et quid Abraham beatius?
Quid fortius Iob? Quid Dauid ſanctius? Nã & Abra/
Luc. 16. ham poſt terrenos mœrores pias animas, et reuolã/
tes ad cælum in gremium ſuæ cõſolationis ĩcludit.
Et Iob ĩ ipſis diuitiarum machinis diabolum et ipſe
uicit: et nobis uincendi eum reliquit exẽplum. Abra
Geñ. 14. ham ſic poſſedit diuitias, ut eas ſæpe et oblatas con/
temneret, et calcaret indultas: et ſic diligeret poſſide
re diuitias, non a diuitiis poſſideri: habere eas ad lar/
giratis materiam, non ad cupiditatis ĩcendium. Sed
ad hæc reſpondetur: fuerunt ſanctis innocentes diui/
tiæ, ut pote a deo datæ, nõ turpiter acquiſitæ: conceſ/
ſæ ad uſum uitæ, non ad mortis uſuram. Matthæum
uero publicanum diuitiæ ſic cupiditatis publicabant
magiſtrum, fornace auaritiæ ſic coquebãt, ſic alliga/
bant uinculis cautionũ, ſacculorũ põderibus ſic ꝑme/
bant, ut leuari ad ĩnocẽtiã, ad iuſtitiã ſurgerẽ, ad uir/
tutẽ progredi nõ ualeret. Vnde et ſedere eius erat iã
ſubſidere, nõ ſedere. Hũc ergo talẽ ad ſua cur uoca/
uerit CHRISTVS, cur elegerit ad diuina, niſi quæra
tur altius, facit altiſſimã quæſtionẽ: et nõ tantũ q̃ſtio
nem, ſed & ſcandalum: ſicut illo tempore circunſtan
tium patefecit intentio. Quomodo enim infirmitas
non laboraret humana: quãdo uidebat apud CHRI

STVM pecuniam ſic ualere, ut daret fraudulento fi-
dem? uenali gratiam? cupiditatis magiſtro officiũ
largitatis? doctori fœnoris magiſteriũ ſanctitatis?
publicano ſæculi cæleſte ſecretum? urebat uidentes
quod uſura quæ uaſtat terram tollebatur ad cælum;
& hanc quam deteſtantur homines Deitas aduoca-
bat. Sic autem ſenſiſſe tunc uidẽtes aperit Matthæus
ipſe, qui dicturus uera de ſe, non potuit hæc tacere.
,, Cum autem IESVS diſcumberet in domo, ecce ue-
,, niebant multi publicani, et peccatores; et diſcumbe-
,, bant cum eo, et diſcipulis eius: Phariſæi autem uidẽ-
,, tes, dicebant diſcipulis eius: quare cum publicanis, et
,, peccatoribus manducat magiſter ueſter? Et hoc di-
cebant phariſæi, ut eſſet magnum malum, quod &
malis poterat diſplicere: et ſi erat nefas publicanos
CHRISTO participes uel in cibo eſſe: diuinis ſociare
quid erat publicanum? Fratres in quæſtione hac in-
genium laboraret interpretis, ſi non ipſe Dominus
cui fit ipſa quæſtio, totum quod eſt quæſtionis aufer-
ret. Repetamus ergo ordinẽ lectionis: CHRISTVS
,, quare ad Matthæum uenerit audiamus. Cum tran-
,, ſiret, inquit, IESVS. Non dixit cũ ſtaret ibi: tranſi-
uit, et pertranſiuit inde IESVS, ne Matthæus rema-
neret ibi: tranſiuit inde IESVS, ne Matthæus ibi tali-
,, ter permaneret. Vidit hominem. Non dixit, uidit
Matthæum: quia in Matthæo hominem liberarat,
hoc eſt homines quos pecunia poſſidebat: ſeruire
Deo nequeunt pecuniæ ſeruientes. Non poteſtis, in-
,, quit, Deo ſeruire, et mãmonæ. Veni ſequere me. Mat. 6.
Non dixit affer ad me: quia Matthæum, nõ Matthæi
,, ſacculos requirebat. Veni ſequere me. Hoc eſt, de-
,, pone pondera: diſrumpe uincula: ſolue laqueos. Me

Digitized by Google

,, ſequere. Quære te,perde uſuram, ut te ualeas inue/
nire.Sed iam Phariſæis quid reſpoderit audiamus.
,, Non eſt opus,inquit,ſanis medicus,ſed male haben/
,, tibus. Ecce quare ad Matthæū uenerat CHRISTVS,
ut auaritiæ curaret uulnera:ut ſaniem ſanaret uſuræ.
,, Euntes,inquit,diſcite,quid eſt,miſericordiam uolo,
,, & non ſacrificium. Miſericordiam uoluit, ut Mat/
thæus quod tulerat per miſeriam, in miſericordias
prorogaret:et inde redimeret pœnam,unde compa
,, rauerat culpam. Non ueni uocare iuſtos,ſed pecca/
,, tores, Sic dicens non repulit iuſtos,ſed iniuſtos qui
ſe iuſtos mentiebantur excluſit. CHRISTVS ergo
quod ad peccatores uenit,peccata delere uoluit,non
peccatoribus uoluit cōmanere.Quod eſt dare uitam
mortuo, hoc largitatem tribuere eſt auaro. Itaque
CHRISTVS quod Matthæum uocat, non eſt illa pe
cuniæ ratio,ſed eſt ratio tota uirtutis. Denique Mat/
thæus mox factus eſt terræ pauper, ut diues habere/
tur in cælo.

DE EISDEM. SERMO.XXIX.

CVM Matthæū publicanū Dominus ad
apoſtolatus faſtigiū euocat,et extollit,
dat manū lapſis: ſpem reſtituit deſpe/
ratis: reddit uitæ quos ſibi iam mors
Mar. 2,, detinebat addictos. Cum præteriret,
,, inquit, IESVS uidit Leui Alphæi ſedētē ad teloniū.
Sedebat utiq;, quia ſtare non poterat pondere cupi/
ditatis oppreſſus:& ipſa totus conſcientia fraudis in/
curuus. Aurum natura graue grauius fit auaritia ni/
mis. Hinc eſt quod plus habentem deprimi, q̄ feren

Digitized by Google

tem:& uehementius aggrauat corda, q̃ corpora. Naſcitur in terra profunda: ſectatur ipſa montiũ fundamenta: perq; ima uenarũ cæcis diſcurrit ãfractibus: & dum ſuam ſemper reperit ad naturã, cæleſtes animos ad inferna deponit: obſcurat ſenſus ſemper: alta mentiũ ſemper in terrena demergit. Aurũ erogare bonũ: reponere malum: cõtemnere ualidum: fugere perſecurũ: quod ſicut uincere uirtutis eſt, ita felicitatis eſt euaſiſſe. Auri furor ardẽtius humano feruet in pectore, q̃ caminus totis igneſcit incendiis: & acrius homines diſſoluit in terra, quã ſoluitur in calore flãmarũ. Crudelitatis dominus, ſæuus hoſtis, amãdo lædit: nudat uitando: ipſum etiã captiuat aſpectũ: fidem frangit: uiolat affectum: uulnerat charitatem: turbat quietem: adimit innocentiã: docet furtũ: ſuadet fraudes: imperat latrociniũ. Et quid plura? Hoc eſt quod Apoſtolus dixit. Radix omniũ maloꝶ eſt Auaritia. i.Tim. 6
Eſt cõmutatio ſane una, ſi homo prudens illud ante mittat ad cælum, q̃ mittatur ab illo ut ſtultus in tartarum. Mittat per manũ pauperis: quia quicquid propter Deum pauperi dederit, ad cælum ſine dilatione tranſmittit. Merito Matthæũ dominus talibus uinculis abſolui cupiens præpeditũ ſuſcitat, dicendo. " Sequere me. Hoc eſt, me ſequere de ſupernis ad ſuperna tendentẽ: & nõ aurum de inferis ad inferna mergẽtem. Vbi fuerit theſaurus tuus, illic & cor tuũ erit. Mat. 16.
Aurum Patriarcharũ ſtirpem, progeniem ſanctam, tantam germanitatis ſingularẽ coronam adeo corrupit: & totius reddidit pietatis extorrem, ut Ioſeph Geñ. 13.
Aegyptiis, fratrem Barbaris innocentem noxiis, ingenuitatem traderent ſeruituti. Sic cæcauit mentes: ſic corda depreſſit: ſic quod in eis fuerat humani ſen

ſus ferinā in rabiem cōmutauit: ut nō offenſam Dei,
non ſancti patris dolorē, non proprii ſanguinis ſen/
ſum meminiſſe permiſerit. Intuere quid auro gra/
uius: quod cum mores hominū perdit, perdit & na/
turam. Aurum Iudaicū populum ſic ſuo captiuauit
aſpectu, uicit illecebris, ſpecie perdecepit, ut hoc eē
Deum crederent: & Deū uerum Deum tot beneficiis
cognitum denegarent: ſic conuertit homines in iu/
Exo. 32. menta, ut uituli caput caput ſuū crederent: & omniū
rerum capiti caput pecudis anteferrent. Attendite q̄
ſit pernicies iſta fugienda: quæ cum mores hominū,
honeſtatem, uitamq; perdiderit, ipſum quoq; Deum
Mat. 26. uoluit homini, et contēdit auferre. Hoc eſt, quod Iu/
dam fecit eſſe proditorem, ut hominē cogeret Deū
negare: uēdere germanū ſui ſanguinis: diſtrahere cō
ditorem: et ipſum ſanguinē taxare pretio, quē ſpōte
dominus erat noſtrum largiturus ī pretium. Sed ne
multa ſuper hoc generent exempla faſtidiū, tranſea/
„ mus ad reliqua. Sequere me: et ſurgens ſecutus eſt
„ eum. Sæpe legitur et in hoſte utilis uirtus: ſæpe ī ad
uerſario cōprobatur. Matthæus nō ſubtrahitur ope/
ri, ſed mutatur: et telonium ſuſcipit magis, quam re
linquit: ut manſura Deo, non homini peritura cōqui
rat: ut nō triceſimū in quadrageſimū, quinquageſi/
mūq; nūmum triſtis redigat ſupputator: ſed triceſi/
Mat. 4. mū in ſexageſimū, et centeſimū gaudii fructū lætus
„ recondat diuinis cōmodis profuturū. Et ſurgens ſe
„ cutus eſt eū. Generoſus animus, qui ſic ea quæ ma/
gna putarat, facile, et quaſi nulla contempſit: apparet
illū per ignorantiā lucra ante præſentia conquiſiſſe,
a quibus ut ſe ſenſit, et uidit liberum, ſic raptus eſt ad
„ diuina. Et factum eſt, dum accumberet in domo il/

» lius:multi publicani, et peccatores diſcūbebant cum
» IESV, et diſcipulis eius. Diſcūbebat IESVS plus in
Matthæi mente, quam ſigmate: et epulabatur non ci
bis, ſed reditu peccatoris: ut reuocaret cōuiuio, colle
gio, humanitatis affectu, dulciſſima ſui confabulatio
ne diſcūbentes, quos ſciebat poſſe iudicis agnita po-
teſtate diſſolui: pcelli terrore maieſtatis ſuæ: Dei nu-
da mox pñtia poſſe proſterni, uelatus humano cor-
pore, qui homini uoluit ſubuenire. Occultauit domi
num, qui ſeruis dignatus eſt fiduciā non negare: ma
ieſtatem texit, qui fragilem ſtuduit parentis amore
» complecti. Sed offenduntur Iudæi dicentes. Quare
» cū publicanis, et peccatoribus manducat, et bibit ma
» giſter ueſter? Miraris Iudæe cur miſceatur cōuiuio
peccatorū, qui propter peccatores et naſci uoluit: et
non recuſauit occidi: oblatras cur peccatoꝝ uinum
bibat, qui pro peccatoribus ſuum ſanguinem fudit.
Et ſi uis noſſe ãplius: ſuſcepit ipſe peccatū, ne perde
ret peccatores: in ſe ſententiā ſuam iudex retorſit, ut
amaſſe ſe peccatores proderet magis ſoluendo debi
tum, ꝙ donando. Sed talibus ipſum dominū reſpon-
» diſſe ſufficiat. Non neceſſe habent ſani medico, ſed
» male habentes: non. n. ueni uocare iuſtos, ſed pecca-
» tores. Et quis non erat ægrotus, ipſa generis huma
ni ſic ægrotante natura? Ad oēs ergo uenit, qui oēs
male habētes ut curaret inuenit: ſed plane mori me-
ruit, qui medicū contēpſit ne ſe accuſaret, uel cōfite-
retur ægrotum: ſed dicti ſui dominus aperit mox fi-
» guram dicendo. Non. n. ueni uocare iuſtos, ſed pec
» catores. Non hic dominus iuſtos reſpuit, ſed ſuper-
bos: et eos notat, qui cum non ſint, eſſe ſe iactant iu-
ſtos. Et ubi erant iuſti? Cum iuxta Prophetam. Non

Digitized by Google

Pſal. 13. erat qui faceret bonum, nõ erat uſq; ad unum. Vt intelligant ægritudinem, medicũ ut curentur admittant: cõfiteãtur ſe peccatores, ut modo CHRISTVS parens, et conuiua, largiatur ueniam: ne poſt iudex ferat in contumaces debitam ſine fine ſententiã.

DE EISDEM. SERMO .XXX.

HOdierna Euangelica lectio Matthæũ publicanũ ſic in Apoſtolatũ cõmutauit, ut qui erat fraudator pecuniæ fieret gratiæ diſtributor: et de impietatis ſchola ad pietatis magiſteriũ perueniret: fieretq; doctor miſericordiæ, q̃ auaritiæ fuerat inſtitutor.
Mat. 9. „ Dum tranſiret inde IESVS uidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine. Cum tranſiret inde IESVS: bene tranſiret inde: tranſibat Iudæã, ut ueniret ad gentes: p̃teribat ſynagogã, ut in Eccleſia permaneret: prætergrediebatur carnis patriã, ut deitatis ſuæ remearet ad ſedem. In CHRISTO fratres trãſitoria eſt carnis iniuria, in quo diuinitatis honor eſt ſempiternus. „ Dum tranſiret inde, uidit hominẽ. „ Vidit plus diuinis oculis, q̃ humanis. „ Vidit hominẽ, ut peccata hominis nõ uideret. Vidit opus ſuum, ut deſpiceret opera peccatorꝶ. Vidit illũ Deus, ut ille uideret Deum. Vidit illum CHRISTVS, ut ille pecuniæ latebras amplius non uideret. Vidit il-
Mat. 9 lum CHRISTVS ſedentem, quia preſſus cupiditatis pondere ſurgere non ualebat. Fratres, deterius ſedebat in telonio publicanus iſte, q̃ paralyticus, de quo ante diximus, iacebat in lecto. Quia ille carnis patiebatur paralyſim, iſte mentis: in illo fuerat compago

turbata

turbata membrorũ,in iſto totus ordo fuerat ſenſuũ
diſſipatus:ille iacebat captus carne,ſedebat corpore,
et animo iſte captiuus : ille doloribus ſuccũbebat in
uitus,iſte uitiis uoluntarius ſeruiebat : iſte ſibi inno/
cens auaritiæ uidebatur in crimine,ille ſe cognoſce/
bat inter uulnera peccatoꝝ : iſte lucrorũ cumulabat
peccata,ille doloꝝ gemitibus peccata delebat.Meri/
to ergo paralytico dicitur : confide fili, dimittuntur
tibi peccata tua : quia cõpenſarat delicta doloribus:
» publicano autẽ dicitur. Veni, ſequere me. Hoc eſt,
ut ſequendo me repares quod cõſequendo pecuniã
perdidiſti. Sed dicit aliquis,quare publicanus q ma/
ior uidetur in crimine,maior habetur ĩ munere ? nã
mox Apoſtolatus cer ta præditus dignitate non ſolũ
ipſe accepit,ſed aliis indulgentiã tribuit peccatoꝝ:to
tũ orbẽ ſplẽdore Euãgelicæ prædicationis irradiat:
et paralyticus ſola dignus uenia uix habet. Vis noſſe
quare plus cõſecutus ſit publicanus?Quia, iuxta Apo
ſtolũ,ubi abundauit peccatũ,ſuperabundauit et gra/ Rom.5.
tia: ſimul ut publicanus gentilis populi typũ teneat,
paralitycus Iudaici populi ſit figura:qui hodieq; ma
læ ualetudinis tenetur in lecto:ut niſi portatus fuerit
fide gẽtiũ,oblatus CHRISTO miſatione Sanctorũ,
Chriſtiani populi credulitate ſaluatus, ad domũ fi/
» dei,ad domũ p[illegible]riæ non poteſt peruenire. Et diſcũ
» bente eo in domo,ecce ueniebãt,inquit,multi publi/
» cani,et peccatores,et diſcũbebant cũ eo,et diſcipulis
» eius.Videntes autẽ Phariſæi dicebant diſcipulis eius:
» quare cũ publicãis, et peccatoribus magiſter ueſter
» manducat? Arguitur Deus,quare inclinat ſe homi/
ni:quare cõiacet peccatori : quare eſurit pœnitentiã:
quare ſitit reditũ peccatorũ : quare acceptat miſeri/

H

cordiæ fercula: quare ſumit poculū pietatis. Fratres uenit ad prandiū CHRISTVS, uenit ad conuiuium uita, ut faceret ſecum conuiuere morituros: iacuit reſurrectio, ut de ſepulchris ſurgerent qui iacebant: decubuit indulgentia, ut peccatores leuaret ad ueniam: uenit ad humanitatem diuinitas, ut ad diuinitatem ueniret humanitas: uenit iudex ad reorum prandiū, ut humanitas præueniret reatus ſentētiam: uenit ad languentes medicus, ut reficeret conueſcendo defeſſos: inclinauit paſtor bonus humeros ſuos, ut ouem perditā ſalutares reportaret ad caulas. Sed hoc Phariſæus deteſtatur, et arguit: qui prādium Dominicū putat non uirtutis eſſe, ſed uentris: nō ſpiritus, ſed carnis: non diuinæ bonitatis, ſed uoluptatis humanæ: terreni luxus, non gratiæ cæleſtis. Sic ſic ſe uidet, qui Deum non uidet. Quis arguit medicum iacentibus coniacentem, niſi humanæ ſalutis inimicus? quis paſtorem ſubnixum laſſo pecori reprehendit, niſi qui lucroſi gregis amorem neſcit? quis iudicem de pietate iudicat, niſi ille qui fuerit deſperatus? quis cōmunionem Dei niſi ſacrilegus ſpernit? indulgentiam
» quis niſi crudelis horreſcit? Quare magiſter ueſter
» cum publicanis, et peccatoribus manducat? Et quis eſt peccator, niſi qui ſe peccatorē negat? Magis ipſe peccator eſt, et, ut uerius dicam, ipſe iam peccatum eſt, qui ſe iam non intelligit peccatorem. Et quis iniuſtus, niſi qui ſe iudicat iuſtū? Legiſti Phariſæe, quia
Pſal.142 non iuſtificabitur in cōſpectu tuo oīs uiuens. Quamdiu ſumus in mortali corpore, et fragilitas dominatur in nobis, et ſi actu peccata uincimus, uincere peccata cogitationū non poſſumus, et iniuſtitias fugere:
✠ qui ſi corpore poſſumus euitare, & ſi conſcientiā ma

lam deuincere ualemus,culpas negligentiæ,ignorã-
tiæ peccata quemadmodum poſſumus abolere?Pha
riſæe cõfitere peccatum , ut CHRISTI uenire poſſis
ad mẽſam:ut ſit tibi panis CHRISTVS:et panis ipſe
frangatur in tuorũ ueniam peccatorũ:ut fiat tibi po-
culũ CHRISTVS , qui in tuoꝝ delictoꝝ remiſſionẽ
funditur.Phariſæe prande cũ peccatoribus , ut poſſis
prandere cũ CHRISTO: agnoſce te peccatorem, ut
tecũ prandeat CHRISTVS:intra cũ peccatoribus cõ
uiuium Domini tui,ut poſſis non eſſe peccator:intra
domũ miſericordiæ cũ CHRISTI uenia, ne cũ tua
iuſtitia extra domũ miſericordiæ puniaris excluſus:
agnoſce CHRISTVM:audi CHRISTVM:audi Dñm
tuũ: audi cæleſtẽ medicũ calumnias tuas peremptó-
„ rie confutantẽ. Non eſt opus ſanis medicus,ſed ma
„ le habentibus. Si uis curã,agnoſce languorẽ. Non
„ ueni uocare iuſtos,ſed peccatores. Si cupis miſeri-
„ cordiã,cõfitere peccatũ. Euntes,inquit,diſcite quid
„ eſt,miſericordiã uolo,et nõ ſacrificiũ. CHRISTVS Oſee.6.
miſericordiã uult,et non ſacrificiũ : aut quod ſacrifi-
ciũ quæret,q ut te quæreret,ſacrificiũ factus eſt ipſe?
„ Non ueni uocare iuſtos,ſed peccatores. Non reppu
lit iuſtos,ſed quia ſine CHRISTO innocens non ha-
„ betur in terris. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccato
res . Sic dicendo , non reppulit iuſtos, ſed quia oẽs
repperit peccatores: audi Pſalmiſtã.Dominus de cæ Pſal.13.
lo proſpexit ſuper filios hominum:ut uideat ſi eſt in
telligens, aut requirẽs Deum.Omnes declinauerũt:
ſimul inutiles facti ſunt : non eſt qui faciat bonum,
non eſt uſq ad unum . Fratres ſimus, ſimus peccato-
res confeſſione noſtra,ut CHRISTI uenia non ſi-
mus peccatores .

Digitized by Google

SERMO

DE PHARISAEORVM, ET DISCIPVLORVM IOHANNIS IEIVNIO. SERMO XXXI.

BOnitas uirtutũ mater, malitia origo uitiorũ: uirtutes comitatur gloria, inhæret uitiis cognata confuſio. ſicut uitia teguntur dolis, ita illuſtrãtur libertate uirtutes. Hinc eſt quod CHRISTVS uirtutum lux agebat libere: loquebatur pure: præſtabat ut Deus: patiebatur ut parens: ut Dominus arguebat: Iudæi uero uiperinũ germen, genetricis mors, genitoris occiſio, dũ perimunt CHRISTVM, Synagogæ matris uterũ diruperunt. Vere ſicut ſcri-
Mat. 3. tum eſt, progenies uiperarũ ſummitebãt capita: adulabantur lingua: uulnera dabant dolis: blaſphemiis uenena fundebant: et quaſi non ſufficeret ad odium contẽptus, deſpectus ad iniuriã, ſic CHRISTVM perſequebãtur inſidiis: tentabant dolis: interrogatione pulſabant: appetebant contumeliis: et tota cupidi ſimulatione uallabant: obiiciebant curandos ſabbato: ut ſi non curaſſet, fieret de impoſſibilitate contemptus: de lege maneret calumnia ſi curaſſet. Interro-
Luc. 20. gabant: in qua poteſtate faceret ſua iuſſione uirtutes: ut ſi dixiſſet, Deitatis, inuidiam cõmouerent: ſi tacuiſſet, artis magicæ crimen inferrent. Dicebãt enim, in
Mat. 12. Beelzebub principe dæmoniorũ eiicit dæmonia: et ſicut hodie lectũ eſt, apud diſcipulos in magiſtrum notam de publicanorũ conuiuio cõponebant: apud magiſtrũ diſcipulos ieiunii neſcios, gulæ deditos accuſabant: ſed diſcipulis de magiſtro, magiſtro de diſcipulis odioq; cauſas, diſcordiæ ſemina, liuore iactabant. „ Acceſſerunt, inquit, diſcipuli Iohãnis dicẽtes.

„ Quare nos,et Phariſæi ieiunamus frequẽter,diſcipu/ Mat. 9.
„ li autem tui non ieiunant? Et cũ diſcipulis Iohãnis
quæ ſocietas Phariſæis?niſi qa iunxerat iuidia, quos
diſiunxerat diſciplina. Hic iam ſua perdit iura zelus:
iunxit diſiungere cõſuetus. Iudæi poſtponi Moyſen
Domino nõ ferebãt: diſcipuli Iohãnis CHRISTVM
nolebãt Iohãni ullatenus ãteferri: ſic ĩ CHRISTVM
„ fremebant utriq; liuore cõmuni. Quare nos,et Pha
„ riſei ieiunamus frequẽter,diſcipuli autem tui non ie
„ iunant? Quare? quia penes uos eſt de lege, non de
uoluntate ieiuniũ: ieiuniũ non ieiunantem reſpicit,
ſed lubentem.Et quis uobis ieiunii fructus eſt, qui ie
iuniũ ieiunatis inuitũ? Ieiuniũ eſt ſingulare ſancti/
tatis aratrũ:colit corda:eradicat crimina:euellit deli
cta:uitia ſubruit:charitatem ſerit: copiam nutrit:pa/
rat innocentiæ meſſem.Diſcipuli ergo CHRISTI in
tota ſanctitatis ſegete conſtituti, et uirtutũ manipu/
los colligentes,habentes panem iam noui fructus,in
ueterata non poſſunt ieiunia ieiunare: quæ iactantur
uerbis:pallore proponuntur:uenditãtur defectu: pla/
„ cent humanis oculis,non diuinis. Quare nos,et Pha
„ riſæi ieiunamus frequẽter,diſcipuli autẽ tui non ieiu
„ nant? Reſpondit Dñs. Nũquid poſſunt filii ſponſi ie/
„ iunare quamdiu cũ illis eſt ſponſus? Quid eſt hoc?
Interrogatus Iohannes ſponſum eſſe ſic teſtatus eſt
CHRISTVM.Qui habet ſponſam ſponſus eſt : ami/ Ioã. 3.
cus autem ſponſi qui ſtat,et audit eum, gaudio gau/
det propter uocem ſponſi.Conuenienter ergo diſci/
pulis Iohannis magiſtri ſui uoce reſpondit:ut uel il/
li crederent:et nõ cogerent tempora ſponſi læta triſ/
ſtitias itrare ieiunii:quia qui quærit ſpõſam ,ieiunia
ſeponit:relinquit auſtera : totũ ſe dat gaudiis: epulis

Digitized by Google

indulget: totus blandus, totus amabilis, totus feſtiuus incedit: et facit totū quod ſponſæ tenera requirit affectio. CHRISTVS ergo qui tunc Eccleſiam deſponſabat, indulgebat ſe menſis: cōuiuantibus ſe nō negabat: humanum, comem, blandum ſe pia charitate reddebat: donec diuinis humana coniungeret: et faceret de terrena ſocietate cæleſte conſortiū. Adiecit
» Dominus dicens. Nemo immittit cōmiſſuram pāni
» rudis in ueſtimentū uetus: tollit enim plenitudinem
» eius a ueſtimento: et peior ſciſſura fit. Antiquæ legis ſupellectilem dicit Iudaicis ſtudiis attritam: corruptis ſenſibus, ſectis ſciſſam: impuris actibus obſoletam. Pannum rudem Euangelii nuncupat indumentum. Sed audi pannū nō ſciſſuræ partē, ſed principiū texturæ. Tunc .n. primum regalis indumenti tela de CHRISTI uellere texebatur, de uellere quod dabat
Ioā. 1. agnus, Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Texebatur autem regium ueſtimentū, quod i purpureū fulgorē cruor tingeret paſſionis. Merito ergo CHRISTVS hunc pannū rudē Iudaicæ uetuſtati prohibebat immitti: ne peior ſciſſura fieret, ſi Iudaicā uetuſtatē nouitas ſcinderet Chriſtiana. Et geminat exēplū dicēs.
» Neq; mittunt uinū nouū in utres ueteres:
» alioquin rumpūtur utres: & uinū effunditur: et utres
» pereunt: ſed uinum nouum mittunt in utres nouos,
» & ambo cōſeruantur. Vtres ueteres Iudæos uocat: nouos utres nuncupat Chriſtianos: quia ſicut utres pelliū ab omni ſquallore purgantur, & pigmentis liniuntur odoratis, ut saporē uini poſſint inuiolabilē cuſtodire: ita ieiuniis corpora humana ab omni carnalium delictorū ſquallore purgantur: et fiunt utres diuinis torcularibus apti: ut de prælo crucis accipiāt

ninum nouũ: & incorruptam nouitatem cõſeruent. Sed hoc ſicut accipiũt Chriſtiani, ita Iudæi niſi Chriſtiani fuerint non habebunt: qui corrupti uitiis, et inueterati malis, uinum nouũ quod eſt Euangelii uerbum, ſi acceperint, et rumpuntur, et fundunt. Agnoſcendum eſt ergo, quia CHRISTVS per exẽpla hæc non diſcipulos ſuos noluit ieiunare, ſed noluit ieiunium uerum fraudulento miſcere ieiunio.

DE EO QVI HABEBAT MANVM ARIDAM. SERMO XXXII.

Omnia ſignorũ CHRISTI opera, ſtupenda uirtutũ, non humanitus, neq; caſu, ſed diuina procuratione credẽda ſunt eueniſſe: ſicut hodie nobis Euangelicũ
„ demonſtrauit eloquium. Et intrauit, Mar. 3.
„ inquit, IESVS in Synagogã: et erat ibi homo habẽs
„ manũ aridam. CHRISTVS quidem ingreditur ſynagogam, ſed Iudæus nec recipit intrantẽ: nec agnoſcit præſentem: nec operãtem cæcatus intelligit. Cernite q̃ nihil ſit præſentia corporalis, ubi fuerit mentis miſeranda ſeparatio: ſicut contra nihil officit abſentia corporalis, ubi corda fuerint ſociata per fidẽ.
„ Et erat ibi homo habens manum aridam. In hoc homine omnium hominum imago figuratur: ĩ hoc geritur cura cunctorum: in hoc uniuerſorum ſanitas diu expectata reparatur. Aruerat enim manus hominis magis ſtupore fidei, q̃ ſiccitate neruorũ: & plus culpa conſcientiæ, q̃ debilitate carnali. Antiqua nimis iſta erat, & quæ ĩ ipſo mũdi principio cõtigerat

Digitized by Google

ægritudo:nec arte hominis, aut bñficio poterat hæc curari, quæ iuſta Dei fuerat indignatione cōtracta: tetigerat uetita: incōceſſa præſumpſerat:cū ſe ad ar/
Geñ.3. borē ſciendi bonū,malūq; porrexerat,auctore indi/ gebat, non qui malagma imponeret, ſed qui poſſet illatā relaxare ſententiā:et ignoſcendo reſoluere,qđ religauerat indignando. In hoc homine noſtræ tan/ tum geritur umbra ſanitatis:perfecta autē ſalus no/ bis reſeruatur in CHRISTO: quia tunc ariditas no/ ſtræ manus miſeranda diſſoluitur,cū cruore perfun ditur Dominicæ paſſionis: cū i illo uitali ligno Cru/ cis extenditur: cū carpit fructuoſam de dolore uirtu tem:cū totā arborē ſalutis amplectitur:cū clauis Do/ mini corpus affigitur,quo nunq̄ ad arborē concupi/
„ ſcentiæ,et aridæ redeat uoluntatis. Obſeruabant,in
„ quit,Phariſæi ſi ſabbatis curaret, ut accuſarent eum. Ad infamiā iudicis,et nequitiā cognitoris, quæritur de cura crimen:de pietate accuſatio: reatus de uirtu/ te:de ſalute ſuppliciū. Sed mirū nō eſt:ſemper offen/ dūt bona malos:pia impios:ſancta profanos:aut quā do non laſciuus diſciplinā, uirtutē uitioſus,innocen/ tiā criminoſus accuſat? Obſeruabant ſolliciti ſacer/ dotes ſabbatis non ſi peccaret,ſed ſi curaret:ut accu/ ſarent eum. Amatores criminum inuigilant, inſidiā tur in accuſatione uirtutum: quaſi cōtra ſalutem, nō pro ſalute Sabbatum ſit prouiſum. Si Sabbatis cura/ ret obſeruant:tali legis interprete, non dico laborat nimis, ſed funditus expirat ægrotus. Sabbatum non impie curam denegauit infirmis, ſed tota pietate ali quotiens quietem præſtitit feſſis nimio labore mor
„ talibus. Et ait homini habenti manum aridam:ſur/
„ ge in medium. Profeſſor debilitatis propriæ:ſuper/

Digitized by Google

næ pietatis exactor:teſtis diuinæ uirtutis; Iudaicæ in
„ credulitatis aſſertor. Surge in mediũ. Vt quos nõ
compungit uirtus tanta ſignorum, quos non opera
tantæ ſalutis inclinãt, uel debilitatis tantæ miſeratio
„ conſtringat, et mitiget. Tunc dicit eis: licet Sabbatis
„ benefacere, an male? animam ſaluam facere, an per
„ dere? Hoc dicendo, bonitatem commendat operis
ſui: et illorũ malitiæ conceptæ conſcientiam accuſat:
quia cum ille hominẽ ſaluũ facere corpore, animoq;
geſtiret, illi eum accuſandi ſtudio perdere moliun/
tur: qui et patiebantur eum Sabbatis curare: inſidian
tes animo utrum curaret, ut cum curaſſet ſenſus ſui
malignitate damnarentur: et eſſent tali patiẽtia, quã
ipſa malitia nequiores: et plus furentes dolo, q̃ tali iu
„ dicio demẽtes. At illi tacebant: et circũſpiciens eos
„ cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum.
Circũſpiciens dixit, non conſpiciẽs, id eſt nõ tantum
faciem ut homo ituens, ſed ut Deus corpora, corda,
mentes, ſenſus, præterita, præſentia, futura contem/
„ platus. Circũſpiciens eos cum ira, contriſtatus. Ira
ſcitur ut Dominus: contriſtatur ut parẽs: dolet ut ho/
„ mo: intuetur ut Deus. Dicit homini extende manũ
„ tuam: et extendit: et reſtituta eſt manus illius. Extẽ/
de manum tuam: iuſſione ſoluitur, quæ fuerat iuſſio
„ ne deuincta. Extende manum tuam. Agnouit pœ/
na iudicem: opus Deum: indulgentia prodidit condi
torem. Orate fratres, ut ſola ſynagoga tali debilita
te fuſcetur: nec ſit in Eccleſia cuius manum arefaciat
cupiditas: contrahat auaritia: rapina debilitet: tenaci
tas ægrotam cõſtringat: ſed ſi acciderit, idipſum au/
diat Dominum: et cito eam in opere pietatis exten/
dat: relaxet et in miſericordia: in eleemoſynis porri

Digitized by Google

„ gat. Sanari neſcit,qui neſcit pauperi fœnerari. Tūc
„ egreſſi Phariſæi ſtatim cum Herodianis conſiliū fa-
„ ciebant,quomodo eum perderent. Semper Iudæus
„ Herodianis iungit, ut inuadat Chriſtianos. IESVS
„ inquit, cū diſcipulis ſeceſſit ad mare. Vt cōparatio-
ne fluctuū prauiorē Iudæorū probaret,& demonſtra-
ret errorē.Sed quia IESVS deſeruiente nauicula, id
eſt Eccleſia,ſequeſtratur a cōfuſione turbarū, et Chri
ſtiani populi gubernator reſidet indefeſſus uario ge
nere medendi,et imperauit uentis,et mari, ut tandē
Mar.4. tranquillitatis obedientia cōquieſcant,iuxta prophe
Pſal.2. tā,Dirumpamus uincula eorū:& proiiciamus a nobis
iugum ipſorū: ut ſub iugo pietatis manentes, diuinæ
gloriæ mereamur eſſe participes.

DE FILIA ARCHISYNAGOGI, DEQ. MVLIERE SANGVINIS PROFLVVIO LABORANTE. SERMO XXXIII.

AVdituri eſtis hodie fratres, et ſancto
Euangeliſta Marco referente mecū
pariter cogniturī,qualiter āte CHRI-
STVM Synagogæ prolabitur, et pro
ruit principatus, et cū duplici modo
Deum,& Dominū cōfitetur, cū adorat pro legis im-
Deut.6. perio ſic dicentis:Dominū Deum tuum adorabis: &
redditorē uitæ indicat, cū ſalutē filiæ morientis im-
Mar.5. „ plorat. Venit,ait,ad eum quidam Archiſynagogus
„ nomine Iairus: et uidēs eū procidit ante pedes eius:
„ et deprecabatur eū multū,dicens:filia mea in extre-
„ mis eſt: ueni ipone manū tuā ſuper eā, ut ſalua ſit: &
„ uiuet. Anteq̄ ſermo Euāgelici ſenſus aperiat ſacra-

Digitized by Google

mentũ, libet in hoc loco paululũ parentum prodere paſſiones, quas ſumunt, et proferunt de affectibus, & amore filioꝝ. Circũſtãte familia inter tenera, & blã/da obſequia ꝓquinquoꝝ, molli filia decũbit in lectulo: pater pronus ſicca iacet, & uerſaẽ in terra: illa deficit corpore, hic mente, & aĩo contabeſcit: illa ſecretas lãguoris ſui ſuſtinet paſſiones, hic fœdus, & lugubris totus, toto ferẽ, et iactaẽ in populo: illa moritur ad qetẽ, hic uiuit ad pœnã. Et certe omiſimus anxia parẽtũ uota, cũ gignũt: ꝑiculoſos ordines, ſobolẽ cũ ꝑducũt: cũ nutriũt, mœſtos labores: et iuges pœnas, cũ ferũt ægrotãtes: peior eſt mortis dies pignora cũ ꝑcedunt. Heu me cur tanta filii neſciunt? cur iſta nõ ſentiũt? cur uicẽ parẽtibus reddere nõ deſudãt? & tñ parentũ pietas ꝑſeuerat: quia quicqd filiis parentes ĩ/penderint, repenſabit parẽtibus parẽs omniũ Deus.
„ Sed ad propoſita redeamus. Venit aũt quidã Archi
„ ſynagogus noĩe Iairus: & uidens eũ procidit ante pe
„ des eius: et dep̃cabaẽ eũ multũ, dicens. Filia mea ĩ ex/
„ tremis eſt: ueni, & ĩpone manũ tuã ſup eã, ut ſalua ſit.
Quod ſupplicatiõe flebili extrema filiæ ſic lamẽtaẽ, quod remediũ languoris ſic poſtulat, deſperatũ ſatis probat, & demõſtrat affectũ: unde eſt quod curæ or/
„ dinem ſic depoſcit. Veni, impone manum tuam ſu
„ per eam. Aegrotus non quemadmodum curetur ĩ perat, ſed tantum ut curetur implorat. Sed cum eſſet Archiſynagogus, legis notitiam hic habebat: et cum uerbo cætera, hominem manu Dei legerat eſſe figuratum: credidit ergo Deo, quia eadem manu, qua creatam ſenſerat filiam, recreari, et reduci poſſet ad
„ uitam. Cognouimus quid ſit, Veni, et impone ma/
„ num tuam ſuper eam. Vt qui ſponte poſuit ad cre

andum, ad reparandum iterum exoratus imponat.
ps. 138. Hoc eſt quod Propheta fatetur, cum decantat in Pſal
mis. Tu formaſti me: et poſuiſti ſuper me manum
tuam. Quia qui poſuit cum formaret ex nihilo, im
poſuit iterum ut reformaret ex perdito. Denique
idem Pſalmiſta ut manus huius ſalutare ſenſit,& ad-
eptus eſt largitatem, repetitam prorupit in uocem.
ps. 117. Dextera, inquit, Domini fecit uirtutem: dextera Do
mini exaltauit me: dextera Domini fecit uirtutem.
Et ut meruiſſe ſe quod Archiſynagogus popoſcerat
demonſtraret: adiecit. Non moriar, ſed uiuam. Ille
cum peteret, dixerat. Veni, impone manum tuam,
ut ſalua ſit, et uiuat: hic iam conſecutus exultat. Non
moriar, ſed uiuã. Dextera Domini CHRISTVS eſt,
ſicut prophetico docemur eloquio. Et uere fecit uir-
Mat. 12. tutem diabolum dum debellat: dum alligato forti,
ſicut ipſe dixit, uaſa fortis diripit: dum infernum de-
ſtruit: dum ipſam mortificat mortem. Et uere exal-
tauit nos, quos de profundo extulit, et eleuauit ad cæ
lum. Sed iam ad mulierem ſermo tranſeat: quæ oc-
culto uulneri, et uerecundo languori remedium ſic
quæſiuit, ut et ſuum pudorem tegeret, et curantis re-
„ uerentiã cuſtodiret. Et abiit cũ illo:& ſequebatur, in
„ quit, cum turba multa,& cõprimebant eũ:& ecce mu
„ lier quæ erat i profluuio ſanguinis annis duodecim,
„ & fuerat multa perpeſſa a cõpluribus medicis,& ero-
„ gauerat oĩa ſua, nec profecerat quicquã, ſed deterius
„ habebat, cũ audiſſet de IESV, uenit in turba retro, &
„ tetigit ueſtimentũ eius: dicẽs. Si uel ueſtimentũ eius
„ tetigero, ſalua ero. Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſan
„ guinis eius:& ſenſit corpore quod curata eſt a plaga.
Nõ tantũ duo maria cõfundũtur fluctibus ſuis, quãtũ

Digitized by Google

mulieris huius animus ancipiti cogitationũ cumulo
iactabatur. Poſt certamina deſperata medicoꝝ,poſt
medicamina ſumptuoſa,poſt inanẽ, et antiquiſſimã
curã,ubi ars,et peritia defecerat iam curantũ,ubi lã-
guentis oĩs iam conſumpta fuerat ſubſtantia, ipſi au
ctori reuerendũ uulnus nõ caſu,ſed diuinitus occur- ✠
rit:ut quod humana arte tot annis curari nõ potuit,
ſola fide,& humilitate curaretur.Mulier ſtabat enĩ-
nus,quã natura pudore perfuderat: quã per hoc imũ
dã Iudaica lex notarat,dicens. Immunda erit,et ſan- Leui.12.
ctũ non continget:contingere metuens, ne Iudaicũ
furorẽ,ne legis poſſet ſubire ſententiã. Dicere nõ eſt
auſa,ne circũſtantiũ cõfunderet,et oneraret auditũ:
ne fieret populoꝝ fabula , quæ tot annis ſtadium, et
σκάμμα fuerat paſſionũ. Si quidẽ & amplius ferre,et .i.cauea
ſuſtinere dolor diuturnus,et continuus non ſinebat: ludoꝝ.
et deliberandi tempus CHRISTI prætereuntis
celeritas amputabat : et e contra nouerat , quod ta-
centi, quod occultãti morbũ ſuum ſanitas non dare
tur.Inter hæc bella cogitationũ, ſolã ſalutis uiã mu-
lier,curã ut furaretur,inuenit:ut raperet tacita, quod
petere non ualebat,et pro ſua uerecundia, et pro re-
uerentiã præſtaturi:et quæ non merebatur corpore,
corde perueniret ad medicũ : fide Deũ, manu tantũ
tangeret ueſtimentũ: ſciens hanc fraudẽ non ſolum
ueniam, ſed et remediũ præſtaturã :quã non uolun-
tas,ſed neceſſitas uerecũda generauit: præſertim cũ
et furantis lucrũ quæreret : et ei cui auferebatur nul-
lũ gigneret detrimentũ. Pium latrociniũ, quod mi-
niſtra fide, fide attrahente cõmittitur . Ecce ubi uir-
tus eſt quæſita contrariis, ubi fraus fide conniuente
quod nitebatur obtinuit. Mulier inter cõprimẽtes ut

Digitized by Google

neſciretur accedit,et præſumpſit furari ſe poſſe curã
fide ſola : ut habitu lateret,et corpore,retro accedit:
et ad uidendũ ſe iudicabat indignã.Curauit fides in/
tra ictũ tẽporis , quod duodecim annis ars humana
curare non potuit . Poſt hoc exẽplum ſuo uitio lõga
trahit in languoribus tempora,et ſua negligẽtia diu
laborat,qui ſola fide neſcit curari,ſed aromatum di
ſpendiis onerari.Tetigit ueſtimentũ mulier, et cura
ta eſt:et ab antiquo eſt abſoluta languore.Miſeri qui
cotidie corpus Domini tractamus, et ſumimus, et a
noſtris uulneribus non curamur . Non CHRISTVS
infirmãtibus,ſed fides deeſt: nam multo magis mo/
do in nobis manẽs poterit uulneratos curare,qui la/
tentẽ mulierem p̄teriens ſic curauit . Sufficit hodie
fratres furta fidei,et Domini p̄tereuntis narraſſe uir/
tutem : cur autem Dominus ueluti ignorans quærit
quam uirtutis ſuæ opere ſcit curatam:quia nunc lon
gum eſt,ſequenti ſermone narrabimus .

DE EISDEM. SERMO XXXIIII.

OMnes Euãgelicæ lectiones fratres cha
riſſimi, magna nobis & p̄ſentis, et fu/
turæ uitæ cõmoda largiuntur. Sed ho
dierna lectio et totũ quod eſt ſpei cõ/
tulit: et quicquid eſt deſperationis ex/
cluſit.Eſt nobis dura,et deflẽda cõditio: peccare nos
cogit fragilitas innata , et cõfiteri prohibet confuſio
cognata peccati:malũ.n.facere pudor non eſt,et pu/
dor eſt cõfiteri : timemus dicere,quod cõmittere nõ
timemus.Sed hodie mulier cũ q̃reret medicinã taci
ta uulneri uerecũdo,inuenit ſilentiũ,per quod poſſit

Digitized by Google

peccator ad ueniam peruenire? Prima eſt felicitas in peccatorũ turpitudinẽ non ueniſſe: ſed felicitas eſt ſecunda peccatorũ ueniã peccatis latentibus inueniſſe. Hoc Propheta ſenſerat, qui dicebat. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: et quorũ tecta ſunt peccata. Psal. 31.
„ Ecce, inquit Euãgeliſta, mulier, quæ ſanguinis fluxũ Mat. 9.
„ patiebatur ab annis duodecim, acceſſit retro: et teti-
„ git fimbriã ueſtimenti eius. Cõfugit mulier ad fidẽ ſubitã, cui longa defecerat cura: quæ confundebatur medicinã petere, furari uoluit ſanitatẽ: neſciri ſe ab eo uoluit, a quo ſe credidit poſſe ſaluari. Vt aer uẽtorũ turbine, ſic cogitationũ procellis mulier turbabatur: cõfligebat cũ fide cauſa: cũ timore ſpes: neceſſitas cũ pudore; timoris frigus extinguebat credulitatis ardorẽ: obſcurabat lucẽ fidei uis amoris: ſpei cõfidẽtiã neceſſitas uerecũda frangebat: ſic mulier magni maris inſtar confuſis æſtibus iactabatur: q̃rebat quomodo faceret occultũ de publico, de turba ſecretũ: agebat ut ſibi et rediret ſanitas, et uerecũdia nõ periret: curabat ne cura ſua ad curãtis redũdaret iniuriã: prouidebat ut redderetur ſibi ſalus ſalua reuerentia ſaluatoris. Tali ergo ſenſu mulier merito de ſummitate fimbriæ peruenit totam ad Deitatis ſummam.
„ Acceſſit, inquit, retro. Sed ubi retro? Et tetigit fim-
„ briam ueſtimenti eius. Acceſſit retro. Sed ubi? Retro nil erat: ibi faciem quam declinabat ĩuenit. Erat in CHRISTO corpus multiplex, ſed erat Deitas ſimplex: erat totus oculus, q poſt ſe ſupplicẽ ſic uidebat,
„ Acceſſit retro: et tetigit fimbriam ueſtimenti eius. O quid iſta mulier uidit habitare in ĩterioribus xp̃i, quæ in CHRISTI fimbria diuinitatis totam uidit inhabitare uirtutẽ. O quã docuit mulier quantũ ſit cor

Pus CHRITSI,quæ in CHRISTI fimbria tantū eſſe
monſtrauit. Audiant Chriſtiani qui cotidie corpus
CHRISTI attingunt,quantā de ipſo corpore ſume/
re poſſint medicinā:quādo mulier totā rapuit de ſo/
la CHRISTI fimbria ſanitatē. Sed quod nobis flen/
dū eſt,mulier de uulnere medicinā tulit,nobis medi
cina ipſa retorquetur in uulnus.Hinc eſt quod Apo/
ſtolus tangentes indigne corpus CHRISTI taliter
i.Cor.ii. admonet: et deplorat.Qui enim tangit indigne cor/
pus CHRISTI,iudiciū ſibi ſumit.Et quod inde teme
ritas infirmitatē capiat, unde fides accipere debebat
ſanitatem,rurſus intulit. Propterea inter uos multi i
firmi,& imbecilles,et dormiunt multi. Itē dormien
tes mortuos dicit,quos luget in uiuo corpore iam ſe
pultos.Petrus, et Paulus pricipes fidei Chriſtianæ no
titiā nominis CHRISTI toto orbe diffuderunt: mu/
lier accedēdi ad CHRISTVM prima tradidit diſci/
plinā: mulier prima dedit formam quomodo pecca
tor tacita cōfeſſione deleat ſine confuſione peccatū:
quomodo delinquēs ſoli Deo cognitus de reatu nu/
dare apud homines uerecūda conſcientiæ non coga
tur:quomodo homo poſſit uenia iudicium ꝑuenire.
„ At IESVS, inquit, conuerſus,et uidens eam, inquit.
„ Cōfide filia,fides tua te ſaluā fecit. At IESVS cōuer
ſus nō motu corporis,ſed diuinitatis aſpectu:CHRI/
STVS conuerſus eſt ad mulierē,ut mulier cōuertere
tur ad CHRISTVM:ut ab ipſo curam ſumeret,unde
ſumpſerat uitā: et ſciret ſibi ꝓſentis uulneris cauſam
„ fuiſſe perpetuæ rem ſalutis. Conuerſus,et uidens eā.
Vidit eam diuinis oculis,nō humanis : uidit ut ſaluti
redderet,nō ut agnoſceret quam ſciebat:uidit eam:
donatur bonis,malis caret,quem uiderit Deus. Hoc
uniuerſitas

Digitized by Google

uniuerſitas ſentit ex uſu de felicibus ſic dicẽdo. Vidit
illum deus. Vidit ergo iſtam Deus, quam curãdo red
didit ſic felicem. Et quid plura? CHRISTVS mu
lieris docuit exemplo, quam fides ſola totam profi-
ciat ad ſalutẽ. Sed de ſynagogæ principe iam loqua-
mur : qui dum CHRISTVM ducit ad filiam
ſuam, uiam dedit qua mulier perueniret ad CHRI
STVM. Sic cœpit hodiernæ principium lectionis.
,, Ecce princeps unus accedens adorabat eum dicens.
,, Domine filia mea modo defuncta eſt: ſed ueni, impo
,, ne manum tuam ſuper eam, & uiuet. Futurorũ præ-
ſcium CHRISTVM non latebat, quod prædictæ
mulieris eueniret occurſus: per quam Iudæorũ prin-
ceps diſceret, Deum non mouendum locis: non itine
re ducendum: non trahendum præſentia corporali:
ſed credendum quam ſit Deus ubiq; præſens: ubiq; to
tus: ubiq; ſemper: Et quam totum poſſit iuſſu facere,
non labore: uirtutes mittere, non deferre: mortẽ non
manu, ſed imperio effugare: uitam nõ arte reddere,
,, ſed præcepto. Filia mea modo defuncta ẽ, ſed ueni.
Hoc eſt dicere, Adhuc uitæ manet calor : adhuc ani-
mæ ueſtigia uidentur: adhuc eſt in uia ſpiritus: adhuc
dominus domus habet filiam: adhuc mortuam tar-
tarus neſcit: ergo ut euntem poſſis animam retinere
feſtina. Stultus putauit CHRISTVM non poſſe ſu
ſcitare mortuam, niſi teneret. Hinc eſt quod CHRI
STVS ubi peruenit ad domũ, & uidit puellã quaſi ,,
perditam fleri, ut infideles animos promoueret ad ,,
fidem, dormire eam dicit, non defunctam : ut crede- ,,
rent facilius de morte poſſe ſurgere, quam de ſom- ,,
,, no. Non eſt, inquit, mortua puella, ſed dormit. Et
uere apud Deum mors ſomnus eſt : quia uelocius

Deus mortuum ad uitam ſuſcitat, quam de ſomno dormiens ab homine ſuſcitetur: et ante Deus frigentibus morte membris uiuificantem refundit calorem, quam homo ſepultis ſomno corporibus uigorem poſſit infundere: audi Apoſtolũ. In momēto, in ictu oculi, mortui reſurgent. Beatus Apoſtolus quia uelocitatem reſurrectionis non potuit referre uerbis, aptauit exemplis. Aut quomodo ibi celeritatem ſermonis perſtringeret, ubi ipſam celeritatem præuenit uis diuina? Aut quomodo apparet ibi tempus, ubi æterna ſine tempore res donatur? Sicut temporalitatem tempus attulit, ſic excluſit æternitas tempus.

I.Cor.15

DE MVLIERE PROFLVVIO SANGVINIS OBNOXIA. SERMO. XXXV.

Quid ſit Chriſtum tangere, hodie docuit mulier in profluuio ſanguinis cōſtituta: quæ cum tangit fimbriā CHRISTI, totum diuini pectoris pulſat arcanum: et furto fidei ſummam rapuit de fimbriæ ſummitate uirtutem. Felix fraus, quæ et lucrum ſalutis contulit: & damna ſuſtulit mox pudoris: probat hoc Euangelicæ lectionis auditus. Ecce,

Mat.9.

„ inquit, mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duo„ decim annis, accedens retro tetigit fimbriam ueſti„ menti eius, dicens intra ſe. Si tetigero tantum ueſti„ mentum eius, ſalua ero. In arduis languoribus dat crebro conſilium uis doloris: in deſperatis cauſis eſt ſæpe magiſtra neceſſitas: inuenit ipſa ſibi paſſio me-

Digitized by Google

dicinam. Hinc eſt quod mulier uerecundo uulneri qualiter ſubueniret inuenit, ut fidei inſinuaret ſilentio, quod inſinuare publico clamore non poterat: et ſecreta ſpiritus uia cæleſtem perueniret ad medicum, ad quem peruenire manifeſto carnis itinere non ualebat. Dabat audaciam multam pietas curantis, ſed fiduciam pudendi languoris neceſſitas auferebat: cogebat ad CHRISTVM doloris accedere magnitudo, ſed adire CHRISTVM fœditas hulceris non ſinebat. Sic anceps mulier, et fidei trepidante conſilio, maluit de fide iudicari, q̃ de fœdo uulnere ſic perire. Acceſſit retro: & tetigit fimbriam ueſtimenti eius. Sciens ꝙ Deum nec tactus polluit: nec offendit uiſus: nec odor exaſperat: nec auditus ſauciat: nec inquinat humana cogitatio. Nam ſi ſol tangit ſtercora, non tamen ſtercoribus inquinatur, quanto magis creator ſolis tangit omnia, & tamen non poteſt ullis contactibus inquinari? Et ſi medicus cum ſaniem uulnerum tractat, cum curat uerecunda membrorum, non iniuriam computat, ſed honorem: quanto magis Deus non arbitratur iniuriam, dum uulnera noſtra curando reſpicit? tangit ad remedium? uiſitat ad ſalutem? Dei conſpectum offendunt peccatorum uulnera, non dolorum: morbi criminum, non corporum paſſiones: uitiorum ſanies, non uiſcerum fluxus: quia homo habetur uolũtarius in delictis: in lãguoribus tenetur inuitus. Hinc eſt ꝙ peccator pœnã recipit, ægrotus recipit curã. Mulier ergo nõ uolũtaris cõſcia, ſed doloris, nec ꝯfuſa crimine, ſed cõfuſa languore, acceſſit retro: ut turbæ declinaret oculos, nõ CHRISTI uitaret aſpectũ: a populis neſciri uoluit, nõ a CHRISTO: geſtiuit nõ Deũ

latere,ſed homines:quia non niſi a ſolo Deo potuit
» latens uideri:audiri tacens:celata curari. Acceſſit, &
» tetigit fimbriam ueſtimenti eius. Quia in CHRI
STO nil poſtremũ credidit: nil iudicauit extremũ:
quia nec minoratur Deus in homine: nec uirtus at/
tenuatur in fimbria: nec cæleſtis natura membrorũ
uariatur officiis.Hinc eſt ꝙ mulier per dorſum per/
uenit ad faciem:per ueſtimẽtum penetrauit interna:
& per fimbriam capitis tetigit ſummitatem: nec hoc
ps.132. ſine myſterio: audite prophetam dicentem.Sicut un
guentum quod deſcendit in oram ueſtimenti eius.
Videtis fratres in fimbriam ueſtimenti huius totam
plenitudinem diuini chriſmatis,totam diuini capitis
tranſiſſe uirtutem.Sciẽter ergo mulier ſacrã CHRI
STI fimbriam geſtiuit attingere,ut de occulto my/
ſterio uulneris poſſet ſumere medicinã.Fratres, ma/
gna hæc mulier,& nimium permiranda, quæ ſciẽtia
doctores legis uicit: ſacramento omnes Iudæos ſu/
perauit:fide præceſſit Apoſtolum: nam Iudæa cum
Scribis,& Doctoribus ſuis Deũ totum deſpexit in cor
Ioã.20. pore:Thomas Apoſtolus ut CHRISTVM Deum
crederet,immiſit manus:iniecit digitos:patefecit uul
nera:& ut CHRISTVM crederet,iterũ pati com/
pulit CHRISTVM.Sed hæc mulier quam perſo/
nã teneat,cuius typum præferat,cuius præſentet ima
ginem,ſpirituali intelligẽtia perquiramus. Quæ eſt
iſta,quam ſic genuinus ſanguis, naturalis debilitas,
originalis morbus,ad cauſas mortis, ad lethale uul/
nus,ad fœdi languoris adduxit anguſtias? et quã ſic
ſordidauit uitiis: fœdauit criminibus: ſecretis uulne
✠ ribus ſauciauit,ut eam ars curare: non ſolum uidere
oculus,non ſolum honeſtas pateretur: non præuale/

Digitized by Google

ret lex ipſa mundare: immo quam lex iuſſerat arceri templo: prohiberi ſacris: ſanctis omnibus abſtinere: et quam ſic dixerat immundam, ut quicquid tetigiſſet haberetur immundum. Iſta eſt fratres, iſta ē, iſta eſt Ecclesia: quæ primi hominis uulnerata peccato, toto fluebat ſanguine: tota originaliter decurrebat in mortem.

Hoc loco diuus Petrus obmutuit: cuius ſilentii ratio abunde redditur Sermone LXXXVI.

DE HAEMORRHOISSA, ET FILIA ARCHISYNAGOGI. SERMO. XXXVI.

Verecundi debitoris eſt mox promiſſa diſſoluere: nec creditoris animum, aut deludere moris: aut longa expectatione ſuſpendere. Cum Archiſynagogi, uel Hæmorrhoiſſæ mulieris connexa ſibi, et producta narratio a conſueta ſermonis noſtri breuitate diſcederet, maluimus dimidiare tractatū: ne non recrearetur tantum, quantum ueſter oneraretur auditus. Domino Archiſynagogus occurrit: et totus prolabitur in terram: cauſam refert: inſinuat dolorem: mouet præſtātis affectum: impetrat ut properet, et accedat ad curam: econtra mulieri Dominus non quæſitus occurrit: præteriens occaſionem ſalutis ingeſſit: tacens cauſam tacentis agnouit: occultum uulnus etiam celantis aſpexit. Inter Dominum, et mulierem furtiuæ ſalutis agitur tam grande commercium: et dum publica petitione uiam facit rogatus, fidei cogitatio diuinum penetrat, et peruenit ad

ſecretũ.Felix mulier quæ in tanta multitudine eſt ſola cum CHRISTO:ut ſola ſit conſcia et ſalutis redditæ, et uirtutis excelſæ.Beata quæ talẽ repperit acceſſum, cui nullus poſſit obſiſtere. Beata quæ tali uia ad ſuũ proripuit, et irrepſit auctorẽ:quæ anteq̃ de uulnere ſuo cõfunderetur ab homine,careret ipſius uulneris fœditate:ſciens ſibi apud hoĩes,et per hoĩes interclusum totius aditũ ſanitatis:qui horrere magis, q̃ curare uulnera cõſueuerunt.Deus abſtergit uulnera humana,nõ deſpicit:neq; horret lãguores hominũ, ſed depellit:nec deteſtatur ĩmunditias humani corporis, ſed emũdat: quia creaturæ ſuæ ad tactũ neſcit deus, deus nõ põt ſordidari.Sed Euangeliſta generat quæſtionẽ,cũ dicit. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cum co-

Mar.5. „ gnouiſſet uirtutẽ q̃ exierat de eo,cõuerſus ad turbam

„ aiebat.Quis tetigit ueſtimẽta mea? Dũ interrogat, uelut ignorantiã profitetur:exiiſſe uirtutem de ſe ſentit, ad quã exierat neſcit? quod præſtiterat nouit,cui præſtiterit ignorat? de perſona dubitat,qui certus eſt de ſalute collata?Verũ non ignorãtis errore, ſed maieſtate Dominus hic ſciẽtis, et præſciẽtis interrogat: nec quod occultũ ſibi eſſet requirit: ſed et ipſum ſibi bene eſſe cognitũ ſic demonſtrat:dum taliter quærẽdo cunctis ignorãtibus ſolus aperit quod latebat. Interpellatricem tacitam,et ſuggerentem cogitationibus ſolis,ac poſt tergum uirtutis ſuæ conſiliis adhærentẽ,nõ ut diſcuſſor neſcius,ſed ut præſcius inquiſitor producit in mediũ,ſuiſq; facit aſtare cõſpectibus, ut q̃ ſibi portarat ſalutẽ,oĩbus reportaret:et quæ uirtutẽ probarat,agnoſceret maieſtatem:nec rediret,ut putabat,incognita,quæ plenã ſui dederat notionem. Dum erubeſcit uulnus,dum in tali cura ipſum uere-

tur ut deum,fidei ſuæ mulier non parua nubila ſuſti/
nebat:et mentis ſuæ lumine cõfuſionũ nebulis ipſa ca
ligabat.Vox ergo inquirẽtis Dñi uelut flatus ſalutaris
fugauit nubes:diſperſit nebulas:illuſtrauit fidem:et il
lam,quæ noctis latebat in tenebris,ipſo ſole reddidit
clariorẽ.Aut minor ẽ iſta ſole:quæ toto orbe radiat:
quæ toto Eccleſiæ fulget,et reſplendet in cœtu: ſi ſic
rediiſſet inuiſa,date ueniã,eluſerat medicũ,nõ proba
rat:et ſibi quod cõſecuta fuerat aſcribere potuit , non
ſananti:quæ ſe curã rapuiſſe de fimbria curãtis credi/
derat,nõ de ſenſu : aut quid illius eſſe crediderat : cu/
ius in ſe uirtutẽ ſenſerat,uoto tñ iudicabat extraneũ.
Quæ utiq;,et ſi ante curã uerecundiæ fuerat qđ late/
bat,humilitatis qđ ſe iudicabat indignã,cur poſt cu/
ram nõ ſpõte,ut ageret gratias , ut honorẽ redderet,
ut gloriã tãti operis referret,occurit ẽ ſed poſteaq̃ ui/
dit Dñm in inquiſitione pſiſtere,et diſcipulis excuſan
tibus,& cõpreſſionẽ turbæ opponentibus,nõ poſſe cõ
ſpicit ſe latere,poſtq̃ illã timor , & tremor cõſcientiæ
cœpit arguere,uenit in mediũ:ut quem occulte ſenſe
rat medicũ,palã ꝓfiteretur,et adoraret ut Deũ:& tam
p̃ſentibus,q̃ futuris fieret de tanto ſuo languore me/
» dicina,dicẽte Euangeliſta. Mulier aũt timens,ac tre
» mens,ſciens qđ factũ eſſet in ſe uenit: & ꝓcidens ante
» pedes eius dixit ei omnẽ ueritatẽ. Verũ quia hiſtori
ca relatio ad altiorẽ ſemper eſt intelligentiã ſublimã
da:& figuris p̃ſentibus futura ſunt noſcẽda myſteria ,
Archiſynagogus , uel eius filia , ſiue mulier in fluxu
ſanguinis cõſtituta,quid ſub harũ ſpecie perſonaꝝ te
neãt ſacramẽti,allegorico nũc ſermone pãdendũ ẽ.
Archiſynagogi filia ad quam uenit CHRISTVS,
uadit,et properat,et humano gradu iter facit, qui di/

Digitized by Google

uinitus loco non poteſt promoueri, ſine dubio ſyna-
Mat. 15. goga eſt, dicente Domino. Non ſum miſſus niſi ad
oues quæ perierunt domus Iſrael. Sed dum ad illam
CHRISTVS tendit, Eccleſia in cunctis gentibus poſi-
ta, amiſſo naturæ bono, perdebat, et profundebat ſan-
guinem generis humani: cuius lãguorem peritia hu-
mana dum curare nititur, ipſum cumulabat: nã cen-
ſura fragilitatis humanæ, ac mundanæ diſtrictio di-
ſciplinæ, et populorum ſemper ſanguinem fudit: et ta-
men nec hoſtes abolere, nec ciuium bella compeſce-
re, nec criminum potuit dementiam perdelere. Hæc
ergo talibus confoſſa curis, ubi quicquid ſuæ fuerat,
et erat ſubſtantiæ uidit eſſe conſumptũ, id eſt animũ,
mentem, ſenſum, ingenium, laborem, induſtriam,
rationem, quæ utiq; rectoribus ad profectum ue-
lut medicantibus commodamus, ubi CHRISTI
prætereuntis ſenſit præſentiam, retro acceſſit: quia ui-
dere eum ſanguine polluta non merebatur: accedit
retro, hoc eſt fidei ſequitur auditũ: & extrema CHRI-
STI uelut ipſam tangit fimbriam: dum non honora-
tur in patribus: non ſanctificatur in lege: non ſe iacti-
tat in prophetis: nõ Dominico ipſo honoratur in cor-
pore: dum ab illo generationis CHRISTI ordine ha-
betur extranea. Poſt tergum, hoc eſt nouiſſimo tẽpo-
re CHRISTVM ſequitur: & ſancitur occulto fidei
ſacramento: & uere tetigit ueſtimentum quod in ſe-
pulchro repperit: per quod reſurgentis Domini cre-
didit, & prædicauit inſignia. Sed dũ circa hãc CHRI-
STVS ſuis uirtutibus occupatur, in Archiſynagogi
filia deficit, et moritur ſynagoga: ut & ipſa ad uitam
per fidem redeat, quæ per legẽ mortua fuerat: & pe-
rierat per naturam. Inter hæc ueniunt de domo Ar-

» chiſynagogi:et dicunt:noli uexare magiſtrum,mor-
» tua eſt puella. Hodieq; Iudæi nolunt uexari CHRI
STVM,quem cupiunt non uenire:& mortẽ pronun
tiant,qui ſpem reſurrectionis infideliter perdiderũt.
Sed & illud huic aſſertioni noſtræ q̃ conuenit, quod
Archiſynagogi filia duodecim annos egiſſe refertur
in uita:et hæc duodecim annos perſeueraſſe memo-
ratur in uulnere:cũ utriſq; nouiſſimo, et expleto tem
pore ſalus redderetur,et uitã:nam iſte numerus tem
pus humanæ uitæ concludit:qui ut annum faciat,duo
decim diſtinguitur,et numeratur in menſibus: unde
et propheta ſub annũ Domini acceptũ CHRISTVM Iſa. 61.
indicat aduenisse:& Apoſtolus temporis plenitudine iuxta.lxx.
CHRISTVM ueniſſe approbat,dicens. Poſtq̃ ue- Gal.4.
nit temporis plenitudo,miſit Deus filium ſuũ. Orate
fratres,ut ſicut ſibi,& legi,ut CHRISTO uiueret de-
functa eſt ſynagoga:ita & nos peccatis moriamur, et
carni,ut uiuere poſſimus in CHRISTO.

DE IONAE PROPHETAE SIGNO. SERMO. XXXVII.

FRatres Sanctorũ geſta caſibus nõ ſunt
deputanda,ſed ſignis:et quæ uitia putã
tur illorum,myſteriis ſunt applicanda,
non lapidibus:ſicut hodie Dominica ſi
gnauit,& patefecit inſtructio,dicens.
» Turbis autem concurrentibus cœpit dicere IESVS.
» Generatio hæc nequam eſt:ſignum quærit: & ſignũ Luc.11.
» non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophetæ: ſicut.n.
„ Ionas ſignũ fuit Niniuitis:ita erit et filius hominis ge
„ nerationi iſti. Ecce ꝓphetæ fuga ipſius Domini uer

titur in figurã:et quod celebratur ferale naufragiũ, hoc ſacramentum Dominicæ reſurrectionis exiſtit. Nam quẽadmodum Ionas typum per omnia tenue/rit,et impleuerit Saluatoris,hiſtoriæ,quæ de ipſo ſcri

Ionæ. 1. pta eſt,textus oſtendit.Fugit,inquit,Ionas a facie dei. Nõne Dominus ut hominis faciẽm præferret, et for/mam,faciem,formãq; propriæ Deitatis aufugit? Apo

Phil. 2. ſtolo ſic dicente.Q ui cum in forma Dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſeme/tipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.Formam ſuſcepit ſerui Dominus,ut lateret mundũ:ut diabolũ præueniret,in hominẽ ſe fugit ipſum. Et bene typus Chriſti ipſius Ionæ ſeruatur in uerbis:nõ dixit, fugio Deum,ſed,a facie Dei ego fugio : Deus qui ubiq; eſt, quo ſeipſum fugiat non eſt: ſed CHRISTVS non ut loco,ſed ſicut ſpecie faciem Deitatis aufugeret , totũ noſtræ ſeruitutis confugit ad uultũ.Deſcẽdit , inquit, Ionas in Ioppen,ut fugeret in Tharſis. Audi deſcẽſo/

Ioã. 3. rem.Nemo,inquit,aſcendit in cœlũ, niſi qui de cœlo deſcẽdit.Deſcendit Dñs de cœlo ad terram :deſcẽdit Deitas ad humana:deſcendit ad noſtram ſuperna dominatio ſeruitutẽ:et tñ qui deſcenderat ad nauẽ, na/uem nauigaturus aſcẽdit:ſic CHRISTVS qui in hũc mundũ deſcendit,uirtutibus, & mirabilibus Eccleſiæ ſuæ cõſcendit in nauẽ . Quid ſibi uult aũt cõfuſa uẽtis procella,niſi diabolũ, qui cor Iudæ penetrãs , reges, gentes,populos,militiã,iudices,marinos eleuauit , et inflauit in fluctus,ut aſcendentes,et cadẽtes undæ au ctorẽ ſuũ ſæculi peterent ad quietẽ?audi undas ſæcu/

Pſal. 2. li:audi prophetã dicentẽ. Quare fremuerunt gẽtes:& populi meditati ſunt inania? Aſtiterũt reges terræ, & principes cõuenerũt in unũ aduerſus Dñm, & aduer/

ſus CHRISTVM eius. Et quia ſors Ionam proditura non defuit, implet ſuper CHRISTVM Dauidicam prophetiam, quæ dicit. Et ſuper ueſtimentum meum miſerũt ſorté. Quod aũt Ionas auctor ſuæ demerſionis exiſtit, cũ dicit. Tollite me, et mittite in mare: uoluntariã Dñi indicat paſſioné: nam quare ſibi illi ſuſtinent hæc iuberi, qui ſibi in periculo tali ſpõte poterant ſubuenire? Quãdo.n. multorum ſalus petit unius morté, mors in intereuntis arbitrio collocatur: quia et moriturũ retardare poteſt ad morté uolũtas, et periclitantis mora periculũ præuenire: ſic hic ubi totũ dñi geritur in figurá, expectatur moriétis auctoritas, ut mori nõ ſit neceſſitas, ſed poteſtas: audi Dñm dicétem. Poteſtaté habeo ponẽdi animá meá: et poteſtaté habeo iterũ ſumẽdi eá: nemo tollit eá a me. Q ũo ẽ quia CHRISTVS, et ſi emiſit ſpũm, nõ amiſit: quia qui oiũm in ſua manu recipit, et tenet aĩas, ipſe aĩam ſuá quéadmodũ poſſit perdere nõ uidetur: audi Prophetá dicenté. Aĩa mea in manibus tuis ſemp. Et alibi. In manus tuas cõmẽdo ſpũm meũ. Sed qd plura? Currit, occurrit, adeſt bellua deꝓfundo totũ Dñicæ reſurrectionis impletura, et ꝑditura, imo cõceptura, et paritura myſteriũ: adeſt bellua, adeſt imago horrida, et crudelis inferni: quæ dũ fertur auidis faucibus in ꝓphetá, uigoré ſui ſenſit, et deguſtauit auctoris: incurrit nãq; ieiuniũ deuorando: ſed domiciliũ cordis ſui tremẽs ad ſuperni hoſpitis aptat, et ꝑparat mãſionẽ: ut ipſa q̃ fuerat tota cauſa diſcriminis, ipſa fieret neceſſariæ nauigatiõis inaudita uectura, uectoré ſuũ ſeruãs, et poſt triduũ referẽs ad ſuperna: et hoc daret gentibus, quod abſtulerat a Iudæis: quibus ſignũ quærentibus, ſolũ dandũ Dñs eſſe ſignũ hoc decernit: per

Pſal. 21.

Ioã. 10.

ps. 118.

Pſal. 30.

Digitized by Google

quod ſcirent gloriam, quam in Chriſto ſperauerant
» totam eſſe gentibus conferendam. Generatio, in
» quit, hæc nequã eſt: ſignum quærit: et ſignum nõ da
» bitur illi, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim Io
» nas ſignum fuit Niniuitis: ita erit & filius hominis ge
» nerationi iſti. Quia Iudaica perfidia fluctuante in
ferni CHRISTVS demerſus eſt in profundum: & tri
duano curſu tota tartari occulta percurrens, et Iudai
cæ crudelitatis, et maieſtatis ſuæ, ac peremptæ mor
tis dedit indicium cum reſurgeret: merito ergo ſur
gent Niniuitæ in iudicio: et condemnabunt illam ge
neratiouem: quia illius unius ꝓphetæ naufragi, adue
næ, ignoti, præconio corrigũtur: iſti poſt uirtutes tan
tas, mirabilia tãta, cum toto reſurrectionis coruſco,
ad fidem non ueniunt: ad pœnitentiam non mouen
tur: ipſum namq; reſurrectionis ſignum non credũt,
ſed geſtiunt infamare: dum pretio militum claudũt
oculos, corda corrumpunt, quod ſcierant, quod uide
rant ut tacerent: redimentes mendacium, ut tollerẽt
ueritatem, facinus ſuum in Chriſti retorſere diſcipu
Mat. 28. los, cum dicunt. Dicite quia diſcipuli illius nocte ue
nerunt, et furati ſunt. Erras Iudæe: hoc diſcipuli non
tulerant, ſed magiſter: et ipſe ſe furatus eſt, qui uide
batur occiſus. Sed miror quod Iudæus CHRISTVM
requirit: quem inter duos latrones feraliter colloca
rat: cõmittit male: cuſtodit impie: iniquius quærit. Iu
dæe CHRISTVS perire non poteſt: ſed tu eum tibi
tuo ſcelere perdidiſti. Veniet, ueniet in iudiciũ Regi
na auſtri: et eo ipſo, q furatus putabaẽ, iudice te ꝯdem
nabit: qa illa uenit ab extremo terræ audire ſapientiã
Salomõis: et tu ad te ueniẽtẽ ſapiam Dei iſeliciſſimus
occidiſti. Niniuitæ crediturarũ gentiũ, Regina auſtri

Digitized by Google

Eccleſiæ tunc prouiſa eſt in figuram.Beati ſumus fra
tres,quia quod præceſſit in typo, quod promiſſum ẽ
in figura,nos ſpecie,ueritate ueneramur : cernimus:
& habemus.

DE INIVRIA AEQVO ANIMO TOLERANDA. SERMO.XXXVIII.

QVanta ſit cæleſtis philoſophiæ magni-
tudo,quanta uirtus militiæ Chriſtia-
næ,hodie docuit Dominus,ſic dicẽdo.
,, Si quis te percuſſerit in dexteram ma- Mat. 5.
,, xillam tuam,præbe illi & alterã. Hoc
putat arduũ,qui præmia patientiæ quãta ſint neſcit.
Putas ne poteſt iſte uulneribus inuenire uictoriã,qui
nec ictu palmæ acquirere uult coronam? Poteſt iſte
morte inquirere gloriam,cui pro honore diuino hu
mana grauis uidetur iniuria? Homo nõne præceptis
talibus infantiæ tuæ rudimenta cõponuntur? Palmæ
paruulorum ſunt uerbera,nõ uirorũ. Hinc eſt quod
leuibus mãdatis pueritia CHRISTI animatur: ut ad
grauia toto iam robore Euangelica iuuẽtus accedat:
ut hoc laboribus,pœnis,morte,ſe gaudeat obtinere,
quod per infantiam paruis iniuriis acquirere nõ uale
bat.Vt autem dura nõ eſſe quæ præcepta ſunt appro-
,, bentur,mandatorum ſeries ipſa replicetur. Audiſtis Exo. 21.
,, quia dictum eſt antiquis:oculum pro oculo,& dentẽ Deu. 19.
,, pro dente:Ego autem dico uobis non reſiſtere ma-
,, lo:ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillã tuã,
,, præbe illi & alteram:& qui uult tecum in iudicio cõ-
,, tendere,& tunicam tuã tollere, remitte illi & palliũ:
,, Et qui te angariauerit mille paſſus, uade cum illo &

» alia duo. Audiſtis quia dictū eſt antiquis. Quibus anti
quis? utiq; Iudæis, quos antiquos plus malitia fecerat,
q̃ uetuſtas: quos furor uindictæ cupidos ſic tenebat, ut
pro oculo caput, ꝓ dente animā poſtularēt. Hinc eſt
ꝙ eos lex ad uindictæ uiciſſitudinē refrenabat, ut q
ueniā culpæ ſapere nō ualebāt, uel modū ſaperent ul
tionis: & tantū uindictæ exigerēt, quantū læſionis in
tulerat uis furētis. Sed hoc antiquis: nobis aūt per gra
tiā inouatis diuina quid imperet bonitas audiamus.
» Ego aūt dico uobis. Quibus? utiq; Chriſtianis. Nō re
» ſiſtere malo. Sic cū dicit, uult nos uitia nō repēſare ui
tiis, ſed ſuperare uirtutibus: et in ipſis ſcintillis adhuc
extinguere iram: quæ ſi peruenerit ad totum furoris
incendium, ſine ſanguine non ſedatur. Ira uincitur le
nitate: manſuetudine extinguitur furor: malitia boni
tate palpatur: crudelitas pietate proſternitur: impatiē
tia patientia punitur: contentio ſuperatur iniuriis: ſu-
perbiā humilitas ſternit. Ergo fratres, qui uult uitia
uincere, pietatis arma teneat, non furoris. Et quāuis
poſſit lucere ſapienti, quid ſit quod inſtituuntur iniu-
riis primordia Chriſtiana; tamē quia non intelligūt
quidam eſſe hoc uirtutis, eſſe hoc bonitatis culmen,
pietatis eſſe hoc faſtigium, hoc eſſe diuinæ philoſo-
phiæ, non humanæ, non reſiſtere malo, ſed uincere
in bono malum: maledicenti benedicere: percutienti
iterū percutiendi licentiam non negare: tollenti tuni
cam dimittere palliū: & rapienti prædā facere largita
tem: angarianti mille paſſus addere ſuā ad alia duo
millia ſeruitutem: ut uincat neceſſitatē uoluntas: im-
pietatē pietas: et hoc ſit patiētis uirtus, quod imperat
uis cogentis: ergo quamuis iſta doceant, quare miles
CHRISTI ad uirtutem roboretur iniuriis: tamen ut

Digitized by Google

plus pateat: qua ex cauſa ſint præcepra altius requiramus. Fratres, ubi ſe peccatorum morbus, uitiorũ ſcelus, impietatis phreneſis mentibus infudit humanis, et quicquid erat ſcientiæ, ſenſus, et rationis extinxit, furore ueſano fecit per orbem diffuſas gentes Deum fugere, ſequi dæmones: creaturas colere, contemnere creatorem: deſiderare uitia, horrere uirtutes: agi gladiis: uulneribus ruere: uiuos mortibus deperire: unde ſanari aliter homines non ualebant, niſi cæleſtes medici armati pietate tota, et patientia mitterentur: qui ſic laborantiũ phreneſi paterentur iniurias: maledicta portarent: ſuſtinerent uerbera: uulneribus ſcinderentur: donec eos ad ſobrietaté ſenſus, ad ſynceritatem ſpiritus, ad mentium reducerent ſanitaté: ac ſic Deum quærere, fugere dæmones, languores ſentire, ſapere ſanitatem, abiicere uitia, capere uirtutes, declinare uulnera, horrere ſanguinem, recuſare mortem, uitam deſiderare perficerent. Et ſi uultis ut quod diximus plenius innoteſcat: carnaliũ medicorũ loquamur exépla. Nóne quotiés miſerũ hoíem choleræ inflámauerit incendiũ, et domináte febre ueſanũ reddiderit ægrotanté, turbatur ſenſus: mens deperit: feritas accedit: recedit humanitas? et ne multis, morieté homine furor uiuit? Hinc é, qđ frédit dentibus: parentes laniat: ſcindit proximos: cædit pugno, morſu agit, atq; afficit obſequentes: tunc medicus ad uirtutis laudem, ad artis gloriam; ad famæ cumulũ armatur patientia, tolerantiam ſumit, iniurias deſpicit, morſus ſuſtinet, fert labores, & nó leues pœnas patitur, ut a pœna liberet laborantem: fouet oleo: inſiſtit curis: erogat medicinam: certus quod mercedem honoris obſequiis repenſet ægrotus dum receperit

ſanitatem.Rogo, quæ maior phreneſis,quæ grauior uis furoris,quæ par demētia,ſancti hominis percutere maxillā? māſueti fratris faciem uerberare? placidi uultus gratiā triſti liuore pfundere?nudare hominē ſolo quo tegitur ueſtimento ? et ob uilem prædā nil Deo,nil homini , nil naturæ relinquere , nil pudori? angariare hominem ſuis actibus occupatum?et alienam pœnam ſuum ſolatium,cōputare ? Ergo fratres ſi talia perpetrantes grauiſſima phreneſi laborare cognouimus,obediamus CHRISTO: et furentum fratrū morſus,uerbera,onera,tota pietatis uirtute portemus:ut et fratres noſtros liberemus a pœna : et nos æternum patiētiæ præmiū conſequamur : nec dedignetur ſeruus hoc accipere a conſeruis,quod Dominus a ſeruis,et pro ſeruis, dignāter accepit: palmis faciem non negauit:tollenti tunicam,et pallium dimiſit,et corpus:angariantem ſe ad laborem gratus,ac libens eſt ſecutus ad mortem. Ergo fratres ſi dignum Dominus pati duxit:pati ſeruum quomodo,quomodo uidetur indignum?Erramus,erramus fratres: qui non facit quod iuſſit Dominus, gratis ſperat Dominus quod promiſit.

DE PERSEVERANTIA ORATIONIS. SERMO. XXXIX.

PEr ſe ſemper ſibi diuina ſufficiunt : ſed ob hoc hominibus humanis frequēter inſinuātur exemplis: quia cæleſtis prouidentia nō quid ipſa dicere , ſed quid auditor capere poſſit attendit . Sic fons per tenues uenarū primitus erūpit meatus : atq; anguſtis ſenſim ſerpit in riuulis:

Digitized by Google

in riuulis:donec digno ſucceſſu in totam ſe fluuiorũ latitudinẽ prorũpat,et ualenter effundat. Et ut uobis de nobis loquar:nato paruulo mox coæuũ præparat ſuccũ natura:eſcã cõmutat in potum:et ſtupentes ad huc fauces,torpenteſq; internoꝝ meatus, ad uſum ſo lidioris cibi longa lactis infuſione componit: ſic nos Dominus ad capiẽda diuina uernaculis erigit,et iſfor

„ mat exemplis,dicendo. Quis ueſtrũ habebit amicũ: Luc.11.
„ et ibit ad illũ media nocte:et dicet illi. Amice cõmo/
„ da mihi tres panes:quoniã amicus meus uenit de uia
„ ad me:et non habeo quod ponã ante illũ: et ille deí/
„ tus reſpondeat:noli mihi moleſtus eſſe, quia iã oſtiũ
„ clauſum eſt:et pueri mei mecum ſunt in cubili: non
„ poſſum ſurgere,et dare tibi?dico uobis,ſi non dabit
„ illi ſurgens quia amicus eius eſt:propter improbita/
„ tem tamen eius ſurget: & dabit illi quotquot habet
„ neceſſarios. O quã dare uult,qui ſe inquietari tali/

ter,taliter patitur ſuſcitari.O quã neceſſitatis eſſe ſuæ quod ſuæ poteſtatis eſt, uult uideri. O quã pulſanti iſte geſtiuit occurrere,qui ſic ſecreti ſui cubile ipſam collocauit ad ianuam.O quã negare noluit, qui ſibi etiã neganti qualiter extorqueret oſtendit. O quam non ad ianuã tantum Dominus, ſed ipſa ianua Dñs fuit:Ego ſum,inquit,ianua.Qui dormientibus ſeruis Ioã.10. pulſantis neceſſitatẽ ſolus, et primus audiuit. O quã pius,quã miſericors,qui quod mandatis docet, pro/ bat,& informat exemplis. Cum facis,inquit, eleemo Mat.6. ſynam noli tuba canere. Et iterũ.Neſciat ſiniſtra tua

„ quid faciat dextera tua. Quis ueſtrũ habebit amicũ:
„ & ibit ad illũ media nocte. Parũ eſt quod faciẽti mi

ſericordiã nox uelabat:quod largitatẽ dantis peten/ tis obtegebat improbitas: niſi ad cumulum pietatis

uelādæ aſcriberetur & ſomnus. Indicit in hac huma
nitate geminam neceſſitatis ſpeciem, petentis, & dor
miētis: ut illum petere hoſpes, dare compellat hunc
ſomnus: utpote qui propterea ſe daturum ei dicat in
tempore, quod non occurrere amico, ſed recurrere
uideatur ad ſomnum: & ut ei magis dormire liceat,
q̃ dare libeat ſic petenti. Quid plura? ecce pulſanti il
li plus ſomnus, q̃ ſonus extitit ſuffragator. Nec otio-
ſum reor eſſe quod horam petendi ſic aperit, ſic de-
» ſignat: dicēdo. Quis ueſtrum habebit amicū, et ibit
» ad illum media nocte? Quaſi nō et prima, & ſecun-
da, & tertia hora noctis, cum ſe ſopor blandus dor-
miētibus primum fundit in corpora, et uiſceribus di
urno labore feſſis dulcis, ac totus illabitur, moleſta,
& aſpera ſit inquietātis improbitas. Sed hoc tempus
eſt, quod deuotum, & iuge pernoctantis demonſtrat
indicium: hoc tempus eſt, quo inter præteritos, et fu
turos labores ardens animus ſed ad diuina, nil indul
get corpori, nil quieti: ſed anteq̃ finiat tranſacti diei
opera, inchoat, & anticipat iam futuri. Iſta ſatis hora
eſt efficax impetrādi: hoc ſciens Propheta, ipſum tē-
Pſ. 118. pus ſuæ ſupplicationis aſſerit extitiſſe, cantando. Me
dia nocte ſurgebam ad confitendum tibi. In hac ho
ra uigilantibus ſemper ſponſus ille cæleſtis occurrit:
Mat. 25. qui dicit. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſpōſus
uenit. Non potuit non impetrare quod uoluit, qui ut
reciperet hoſpitem, hoſpitem reficeret, totam ſibi re
quiem denegauit. Aut quomodo ſic petenti, ſic pul-
ſanti, non reſpōderet ille, qui ſe in hoſpite ſuſcipi cō-
Ibidē. fitetur, cū dicit: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Aeſtimo
hoc dixiſſe pulſantem: aut forte taliter conueniſſe: fe-
ci quod iuſſiſti, redde quod promiſiſti: tibi credidi di

centi. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinū. Vnde heſterno Mat. 6.
hoſpiti quod apponerem non reliqui: ſi tibi ego ſic
habenti moleſtus ſum, quanto mihi ille extitit mole
ſtior non habēti? & tamen ego illi excuſare non po/
tui: quia tibi obedire contendi. Plus hic iubētis, q̄ nō
habentis uerecundia nunc laborat. Hoſpes in domo
eſt: & tu dormis: immo tu dormis, qui non dormis.
Ego ſuſcepi hoſpitem: niſi dederis panem, panē ho/
ſpiti tu negaſti. Merito ſic pulſanti, petenti taliter,
quotquot neceſſarios habuit Euangelicus iſte fœne/
rator largitus eſt panes. quid faciunt qui ſe non in
cubili, ſed ipſo collocant in ſepulchro? qui ſe non
ſomno, ſed morti tradunt? quos gallus non cōmo/
net: lucifer non ſuſcitat: ſol ipſe non reuocat, & pro/
ducit ad lucem? iſti & tempus ſupplicandi, & hoſpi/
tis mercedem, & ipſa diei opera perdiderunt. Contri
ſtamur fratres, quando nos diluculo ſtamus ante do
minum: et nobiſcum noſtros filios non uidemus. Il/
le noctis medio ſic pulſauit, ī cuius domo hoſpes ue
nerat: rogo, tu quare non uel diluculo uigilas, cui eſt
hoſpes in domo? quod ille gratiæ, tu tribue uel pi/
gritiæ: quod ille humanitati, tu neceſſitati ſaltē, plus
ſomni, quam tui amator impende: certe ut poſſis ui/
gilare ad uitam, qui dormis ad mortem, quæ ſequū
„ tur auſculta. Et ego dico, īquit. petite, & dabitur uo/
„ bis: quærite, et inuenietis, pulſate, & aperietur uobis.
„ Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit:
„ & pulſanti aperiet. Sed dicis, eſto quod petere poſ/
ſim, pulſare quomodo potero cæleſte ſecretū? quēad
modū? iterādo preces: & expectādo iudiciū largito
ris: moras dantis patientiſſime ſuſtinēdo: quia qcūq;
cū ſemel pulſauerit, īdignatur mox ſi nō fuerit audi/

Digitized by Google

tus, iſte nõ ẽ petitor ſupplex, ſed ẽ ĩperioſus exactor:
Pſal. 26. audi Prophetã dicẽtẽ. Expecta Dñm: uiriliter age: et
confortet cor tuũ. Et ſi iteꝝ diſtulerit ĩ futurũ, tu Do
minũ tuũ patiẽter expecta. Vbi autẽ quid q̃rere debe
as, uis noſſe: ſunt diuitiæ in ſinu pauperis: et regnũ cæ
Luc. 17. loꝝ intra te eſt: Intra uos eſt regnũ cæloꝝ, dicit dñs.
Quis ſit autẽ amicus q dormit: & quis eſt amicus q
de uia uenit: et qui ſunt pueri qui dormiũt: et quis eſt
iſte qui pulſat: et cur ſub certo numero tres tantũ po
ſtulat panes: cũ petiero, q̃ſiero, pulſauero, et peruigil
inquietator accipere meruero, uobis amicis mei Do
mini non negabo. Sed dicitis mihi, ecce amicus Do
mini tui uenit ad te: iſte dare, non accipere cõſueuit:
hãc deniq; ſitarciã de uiatici ſui copia paſtor auidus
expleuit: ut de noſtræ paupertatis uiliſſima præpara
tione guſtaret: nec paſſus eſt intẽpeſta nocte me ſibi
aliunde petere hoſpitũ locupletiſſimus quod habe
bat. Nec mirũ fratres, ſemper dare uult diues ad pau
perem cum declinat. Iſte illius Euãgelici amici ſem
per manet ĩ ianua: in iſtius cubili ille cum pueris ſuis
largitor Euangelicus perſeuerat: in cuius corde Pa
ter, et Filius, et Spiritus ſanctus faciunt ſemper, et col
locant manſionem. Quid plura? Pater eſt: ab ipſo pe
tere, in ipſo quærere, per ipſum pulſare me credidi:
& ideo me uobis datuꝝ nõ incautus, pmiſſor aſſerui.

DE BONO PASTORE. SERMO. XL.

VBi uernalis auræ tempus annuos ouiũ cœperit partus aperire, ubi per cãpos, prata, uias cœperit fœcũdi gregis ger mina copioſa diſpergere, paſtor bo

nus ſeponit,& cantus: & diſcurſu anxio teneros quæ‑
rit,legit,colligit fœtus:atq; eos collo,humeris, ulnis,
lætus uector imponit,ut ſaluos omnes perferat, & to
tas perducat ad caulas.Sic nos fratres,ubi quadrage‑
ſimæ arridente uerno eccleſiaſticum gregem uide‑
mus fundere uberes partus, tractatus noſtri cantus,
& conſueti ſermonis epulas ſeponentes, totam curā
in colligendo,& comportādo cæleſti germine anxii
grauiſſimo labore dependimus.Sed quia agnos red
ditos gregi,et totos intra CHRISTI uidemus eſſe iā
ſepta,diuinos lætiſſimi reuocamur ad cātus, domini
ci uobis cibi exultatione tota uitales copias apponē‑
tes:ut quos ſocios ſenſerimus in labore,participes in
gaudiis habere poſſimus. Et quia præfatio hæc no‑
ſtra paſtoris boni fecit,et intulit mentionem: de ipo
qui ſolus bonus,ſolus paſtor,ſolus paſtorū paſtor ē,
tota ſermonis noſtri,et tractatus repleatur, et habea
„ tur intentio. Paſtor,inquit, bonus animā ſuam po‑ Ioā.10.
„ nit pro ouibus ſuis. Fortè faciat uis amoris: quia nil
durum,nil amarum,nil graue,nil lethale, computat
amor uerus. Quod ferrum? quæ uulnera? quæ pœ‑
na? quæ mortes amorem præualent ſeparare perfe‑
ctum? Amor impenetrabilis eſt lorica:reſpuit iacu‑
la:gladios excutit:periculis inſultat:mortem ridet: ſi
amor eſt,uincit omnia. Sed quæramus, utrū ſit oui‑
bus cōmoda mors iſta paſtoris:quæ deſtituit oues: q̄
lupis tradit inerme pecus:quæ ſic charū gregem feri
nis morſibus derelinquit: direptioni dat: & exponit
morti: ſicut ipſius paſtoris CHRISTI probatur ex
morte.Ex quo nāq; poſuit ipſe animā ſuam pro oui‑
bus ſuis:ſeq; Iudaico furore pmiſit occidi, oues eius

gentilium uelut prædonum diripiũtur incurſu: ma-
ctandæ in carceribus uelut latronũ claudũtur antris:
a perſecutoribus quaſi a ſæuientibus lupis ſine ceſſa-
tione laniantur: ab hæreticis quaſi ab extraneis cani
bus rabido dente carpuntur. Hoc Apoſtolorũ peré-
ptus probat chorus: hoc Martyrũ toto orbe fuſus cla
mat ſanguis: hoc Chriſtianorũ membra data beſtiis,
conſumpta ignibus, demerſa fluminibus, patẽter de-
monſtrant: quod utiq; totũ ſicut mors intulit, ita ui-
ta potuit prohibere paſtoris. Ideo pro te paſtor amo
rem morte probat: quia cum uideat ouibus iminere
diſcrimen, cum gregẽ defenſare non poſſit, mauult
mori ante q̃ mali de ſuis ouibus quid uideat. Sed qd
facimus, quia uita mori non poterat niſi uoluiſſet ẽ
datori animæ animã quis tollere potuiſſet nolenti ẽ
» dicente ipſo. Poteſtatem habeo ponendi animam
» meã: & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eam: nemo
» tollit eam a me. Ergo mori uoluit, qui ſe cum mo-
ri nõ poſſet, permiſit occidi. Quæramus ergo huius
quæ uis, quæ ratio, ſit amoris: quæ huius cauſa mor-
tis: quæ huius ſit utilitas paſſionis. Eſt plane uis certa,
uera ratio, cauſa lucens, utilitas tanti ſanguinis pera-
perta: nãq; paſtoris una ex morte uirtus emicuit ſin-
gularis: paſtor pro ouibus morti quæ ouibus imine
bat occurrit, ut auctorem mortis diabolum nouo or
dine captus caperet: uictus uinceret: puniret occiſus:
& ouibus moriendo uiam uincẽdæ mortis aperiret.
Nam & Diabolus dum in hominem tendit, proſiliuit
in Deum: dum in reum ſæuit, incurrit in iudicem: in-
uenit ſupplicium, dum ingerit pœnam: ipſe accipit,
dum dat ſententiam: & uiuens mortaliũ paſtu mors

Digitized by Google

moritur, dum deuorat uitam: abſorbens reos mors, abſorbetur inocentiæ dum deglutit auctorem: & perit mors ipſa quæ perdebat omnes, dum omnium perimere uult ſalutē. Ergo tali forma præceſſit oues paſtor, paſtor ab ouibus non receſſit: nec illas dedit lupis, ſed tradidit lupos illis, quibus donauit ſuos elidere ſic prædones: ut occiſæ uiuerēt, laniatæ reſurgerent: ſanguine ſuo tinctæ fulgerent regali purpura: niueo uellere perlucerent: ſic bonus paſtor pro ouibus cum poſuit animam, non amiſit: & oues taliter tenuit, non reliquit: nec deſtituit oues taliter, ſed inuitauit: quas per mortales campos, per iter mortis, uitalia uocauit, & perduxit ad paſcua. Sed dicit aliquis: quando hæc erunt? Ecce interim oues, ideſt, Apoſtoli, Prophetæ, Martyres, & Cōfeſſores iacent ſepulti: diſcerpti toto ſpargūtur in orbe: inuoluti ſanguine terris clauduntur ſepulchris. Et quis dubitat quod reſurgant, uiuant, regnent occiſi Martyres, quando CHRISTVS illis reſurrexit, uiuit, & regnat, occiſus? Audi uocem paſtoris huius. „Oues meæ uocem meam audiunt: & ſequuntur me. „Neceſſe eſt ut quæ ſunt ad mortem ſecutæ, ſequantur ad uitā: quæ ad contumeliam comitatæ ſunt, comitentur ad honorem: & ſint participes gloriæ, quæ paſſionis participes extiterunt. Vbi ſum, inquit, ego, ibi erit & miniſter meus. Vbi? utiq; ſuper cælos, ubi CHRISTVS eſt ad dexteram Dei ſedens. Homo non te turbet fides: ſpes te longior non fatiget: quia certa tibi res eſt, quæ in ipſo tibi rerum ſeruatur auctore. Mortui, inquit, eſtis: & uita ueſtra abſcōdita eſt cū CHRISTO in Deo: cū autē apparuerit CHRISTVS uita ueſtra,

Ioā. 12.

Colo. 3

Digitized by Google

tunc et uos cum illo apparebitis in gloria. Laborans meſſor quod in ſemine nō uidet, uidebit in meſſe: & quod in ſulco deflet, gaudebit in fructu.

DE IEIVNIO, ET ELEEMOSYNA. SERMO. XLI.

BElla gentiū legimus ſuperaſſe q̄ plurimos, quos tn̄ pugnas carnis legimus non uiciſſe: & audiuimus eos dediſſe delictis pectora, q dorſa hoſtibus nō dederūt. proh dolor, uictores gētium uitioꝝ fuiſſe captiuos: nationū dominos turpi ſeruiſſe criminibus ſeruitute: ſteriſſe inter ſæuientes gladios, et īter eneruata lenocinia corruiſſe: regnis fuiſſe terrori, ludibrio fuiſſe peccatis: aduerſas acies cōtriuiſſe ieiunos, et crapulatos ſuaꝝ caſtra diſſoluiſſe uirtutū: iacuiſſe effuſo uino, qui iacere effuſo ſanguine neſcierunt. Vnde eſt hoc? unde? quia hoc nō eſt ratio, ſed languor: non uita, ſed febris: phreneſis, non natura. Nā quotiens ciboꝝ cruditas uitalia deiicit, infirmat ſtomachū, corrumpit ſanguinē, uitiat humores, ſuccendit cholerā, extremū febris gignit incendiū, totiés æger mentē perdit: amittit ſenſum: fertur deſideriis: cōtrariis urgetur: ſalutaria reſpuit: quærit noxia: fugit curā: tunc medici ſtudio parant abſtinētiæ remedio ſubuenire, ut ſanetur: ut ſanet abſtinētia, quod uoracitas ſauciarat. Et ſi pro tēporali cura ægri medicis obediunt, ſeruant arduā parcitatē, quare pro ſempiterna ſalute ſit durū CHRISTO moderatis obedire ieiuniis? corpus gubernare mēſura?

menteṁ regere parcitate? ſenſum ſobrietate frena
re? Sicut terræ nubes caligant cælum, ſic obſcurant
animas intemperata conuiuia: ſicut uentorũ turbi-
nes elementa confundunt, ſic fercula congeſta ſto-
machũ conturbant: ut nauem fluctus, corpus ebrie-
tas ſic demergit: hominẽ dat in profundũ: lucra uitæ
aufert: mortis facit ſubire naufragiũ. Eſt ergo febris,
eſt febris, quã beatus Apoſtolus anhelare ĩ humanis
uiſceribus ſic deplorat. Scio quia non habitat in me, Rom. 7.
hoc eſt, in carne mea, bonũ: ſi non bonũ, utiq; malũ:
quod malũ? Fragilitas certe, quæ dũ ſerpit in carne ĩ
uenis æſtuat, intrat oſſa, conditur in medullis, feruet
in ſanguine, in uitiorum phreneſim ſic erumpit. Fra-
gilitas febris naturæ, languorũ mater, genetrix paſ-
ſionũ: fragilitas eſt, quæ nobis ius neceſſitatis impo-
nit: et ubi neceſſitas, nõ uoluntas: ubi extat de condi-
tione captiuitas, iudicium de poteſtate non conſtat.
Fragilitas eſt per quã uadit homo nõ quo inuitat uo
luntas, ſed quo neceſſitas ducit: audi Apoſtolũ dicen
tem. Non quod uolo hoc ago. Fragilitas dum parat Rom. 7.
homini neceſſaria, facit illum ad non neceſſaria per
uenire: dum parat cibũ, perducit ad crapulam: ebrie-
tatem ſuadet, dum potũ miniſtrat: offert ſomnũ, ut
inertiam tradat: cura uentris onerat, ut ſalutis aufe-
rat curã: dat carni totum, ut animæ nil relinquat: fa-
cit corpus paſſionũ põpã: facit ut ſit homo ſua mors:
uita uitiorũ. Vnde ſi ſe homo taliter ſentit ægrotum,
medico ſe cæleſti tradat: ſecure eius monitis acquie-
ſcat: a cibis ſe temperet: menſurã ſeruet in potu: ut
poſſit ſic fragilitatis ſuperare languorẽ: fragilitatem
fugere paſſionũ: febrem, ac phreneſim uitare uitiorũ.

Abſtinentia eſt hominis prima medicina,ſed ad ple nam curã miſericordiæ requirit expenſas. Abſtinen/ tia extinguit febrem,ſed areſacta membra longæ fe bris incendio,niſi largo infundantur unguento, niſi blandiſſimis rigentur fomentis,niſi iuuentur medi/ cinæ ſumptu,ad integram ſanitatem redire non poſ ſunt:ſic ieiuniũ quãuis excludat uitiorũ morbos, car nis amputet paſſiones, criminũ cauſas propellat,ta/ men ſine miſericordiæ unguento,ſine pietatis riuo, ſine eleemoſynæ ſumptu,perfectam ſalutem menti/ bus non reponit. Ieiuniũ ſanat uulnera peccatorum, ſed cicatrices uulnerũ ſine miſericordia non emun/

Luc.ii. dat: audi Dominũ dicentẽ. Date eleemoſynã:et ecce ſunt uobis oĩa mũda. Ieiuniũ ſingulari cultu euellit uitia:eradicat crimina:ad fructus bonos agrũ parat et mentis, et corporis: ſed niſi miſericordiæ fecerit fundamẽta, ſeniũ eſt ſtudium ieiunantis. Ieiuniũ eſt ſanctitatis hoſtia,ſacrificiũ caſtitatis, ſed ſine miſeri cordiæ incenſo ad diuinũ non poteſt conſpectum in odorem ſuauitatis aſcendere. Quod anima eſt cor/ pori,hoc miſericordiã conſtat eſſe ieiunio: quando ieiuniũ ex miſericordia uiuit, tunc uiuificat ieiunan tem. Ieiunium uirtutum nauis portat quæſtũ uitæ:lu crum ſalutis aduectat. Sed qui intrat carnis pelagus, ſcindit uitiorũ fluctus, inter ſcopulos criminũ trãſit, præterit littora paſſionũ,niſi cito portũ pietatis itra/ uerit,exercere uirtutes non poteſt: lucrum nõ poteſt habere uirtutum. Qui ſe ſtare nouit in huius uitæ lu/ brico,qui ſe intelligit carnis uiã tranſire per lapſum, qui ſe ſentit incurſionibus ignorantiæ, negligentiæ caſibus ſubiacere,ſic ieiunium teneat, ut miſericor/

diam non relinquat. Ieiuniū nobis aperit cælū: ieiu/
nium nos intromittit ad Deum: ſed niſi tunc affuerit
nobis miſericordia noſtrarum patrona cauſarū, qui
de innocentia conſtare non poſſumus, ſecuri de ue/
nia non erimus: dicente Domino. Iudicium ſine mi/ **Iac.2.**
ſericordia illi, qui non fecerit miſericordiam. Dies
gratus, ſed gratior eſt ſerenus: erit ergo ieiunium no
ſtrum illo clarius, ſi nobis quadrageſimæ dies ſplen/
dor miſericordiæ det ſerenos. Clamat Deus: Miſeri/ **Oſee.6.**
cordiam uolo. Homo da Deo quod uult, ſi uis tibi
dari a Deo quod uis. Miſericordiā uolo. Dei uox eſt:
Deus a nobis miſericordiam petit: & ſi dederimus,
quid dicturus eſt? illud quod hodie lectum eſt. Eſu/ **Mat.25.**
riui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mi
hi potum. Et quid? Venite benedicti patris mei: per/
cipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine
mundi. Qui dederit eſurienti panem, dabit ſibi re/
gnum: negabit ſibi fontem uitæ, ſitienti aquæ calicē
qui negarit. Amore pauperis Deus ſuum regnum uē
dit: & ut emere illud omnis homo poſſit, fragmen/
tum panis ponit in pretiū: quia uult habere omnes,
qui tantum petit pretii, quantum hominem ſcit ha/
bere. Deus regnum ſuum fragmento panis uendit:
quis excuſare poterit non ementem, quem tanta ui/
litas uenditionis accuſat? Fratres prandium noſtrū
ſit pauperis cœna: ut menſa CHRISTI noſtrum pa/
retur in prandium: promittente ipſo, cum dicit. Mā/ **Luc.22.**
ducabitis in menſa mea in regno meo. Fratres ſint
deliciæ pauperū noſtra ieiunia, ut temporale ieiuniū
noſtrum in æternas poſſit nobis delicias mutari. Ho
mo dādo pauperi das tibi: quia quod pauperi nō de

deris habebit alter. Tu ſolum quod pauperi dederis hoc habebis.

DE EISDEM. SERMO.XLII.

IEiunii bona fratres, prout potuimus, ſuperiori ſermone perſtrinximus: et q eſſet oratio cognata ieiunio patefecimus ipſa cõcluſione ſermonis. Sed qa ieiuniũ ſine miſericordia deficit, ieiunium ſine pietate ieiunat, ſine miſeratione infirmatur oratio: oratio ſine largitate laſſeſcit, reficiamus noſtrum miſericordiæ exhibitione ieiuniũ: orationem noſtrã pietatis erigamus auditu: adhibeamus ieiunio miſericordiam patronã: quia fames eſt auaritiæ, ieiunium ſine miſericordia: cupiditatis pœna eſt, ſine pietate ieiunium: ultio non deuotio eſt, non Deo ieiunare, ſed ſacculo: atterere ſe abſtinentia, et hydropi cupiditatis iſlari: exonerare uentrem cibis, et mentẽ pecuniæ põdere prægrauare: ipſum ſe redigit in ſacculũ, qui pecuniã neſcit prorogare, ſed claudere: iſte alienoꝝ cuſtos, non dñs eſt ſuoꝝ: quia parat alii, negat ſibi, cũ miſericors eroget, quod auarus oppreſſit. Eſt ager cultus ſine ſemine, ſine miſeratione ieiunans. Ager cultus caret ſentibus: uitat gramina: euadit totũ qđ eſt negligẽtiæ, qđ ẽ ſqualloris: ſed ſicut ſine ſemine fit ſterilis, ĩpo cultu fructũ nõ dat, dat laborẽ, et ad bonã frugẽ nõ ualet peruenire, ieiunãs ita excolit animã: purgat ſẽſus: cor mũdat: abſcindit uitia: eradicat crimia: dat mẽti cultũ: corpori dat decorẽ: ſed ſine miſericordia ad fructũ uitæ nõ puenit:

ad ſalutis præmiũ non uadit.Quod eſt ſine rege au/
la regia,hoc eſt ſine largitate ieiuniũ.Aula regis ful
get auro:nitet marmore:picturis ſplendet : grande/
ſcit ſpatiis : leuatur culmine:amœnatur uiretis : ipſo
terribilis eſt ſecreto: ſed ſine rege honorem non ha
bet:caret gloria:eſt uacua ſolitudo:ẽ clauſa ere mus:
eſt horribilis ſolitudo : ſic ieiunium lucet innocen/
tia:radiat caſtitate:fulget actu:pingitur moribus: in/
ceſſu micat:ſanctitatis toto magnificatur ornatu:ſed
ſine miſericordia gloriã non habet: mercede caret :
palmã nõ tenet: perdit fiduciã ſupplicandi:ĩpetrandi
meritum nõ capeſcit : atteſtante ſcriptura quæ dicit.
Qui claudit aurem ne audiat infirmũ,et ipſe clama/ Prou. 21
bit,& non erit qui exaudiat. Quomodo petet miſeri iuxta .lxx.
cordiam qui negarit?Iudicium,inquit, ſine miſeri/ Iac. 2.
cordia fiet illi qui non fecerit miſericordiam. Miſe/
ricordiã qui non dat alteri,tollit ſibi.Miſericordia ſi
bi erit,qui ſpargit pauperi. Diſperſit,iquit,dedit pau Pſal.iii.
peribus:iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.Miſeri
cordiã qui ſeminat inopi ,ſibi metet. Qui ſeminant, Pſal.125
inquit,in lachrymis,in gaudio metent . Non ſic iber
infundit terrã , quomodo ieiuniũ lachrymæ rigant
pauperũ.Homo in lachrymas pauperũ iacta ſemina
ieiunii tui:quia ſiccantur ieiunii uirtutes,areſcunt ie
iunantium meſſes,quæ pauperũ fletibus non fuerint
irrigatæ. Cæli pluuia ĩfundit terrã,lachrymæ paupe/
ris cælum rigãt:ergo ſitit cælum : & expectat de plo/
ratu pauperũ uicem roris:quia miſericordia arat cæ
li campos:ſulcos ducit pietas per ſuperna: illic miſe/
ricordia ſeminat:quia quæ ſuſceperit manus paupe/
ris,ibi metit:ibi ſegetem colligit,qui ſemen ſuũ pau/
peri cõmiſerit hic ſerendũ . Beatus cui ſeminanti ſic

Digitized by Google

æterna horrea perpetē præparantur ad uitam. Hunc
ſerentē beatus Apoſtolus perſcribebat: cùm diceret.
2.cor.9. Hoc autem dico: Qui parce ſeminat,parce et metet:
& qui ſeminat in benedictionibus, de benedictioni-
bus et metet : unus quiſq; ſicut propoſuit cordi ſuo,
non ex triſtitia,aut ex neceſſitate : hilarem enim da-
torem diligit Deus. Magna ſunt opera Domini , ſed
magnitudinem præcellit miſericordiæ magnitudo:
ps.110. nam quum dixiſſet Propheta , Magna opera Domi-
ps.144. ni:adiecit alibi. Miſericordia eius ſuper omnia ope-
ra eius. Miſericordia fratres,implet cælū: replet ter-
Pſal.35. ram.Domine,iquit,in cælo miſericordia tua . Et idē
Pſal.32. ipſe.Miſericordia Domini plena eſt terra.Et re uera
fratres periiſſet totū quod Deus fecerat, niſi miſeri-
cordia ſubueniſſet. Culpa , & ultio quicquid in hunc
mundum uenerat auferebant:quia & fragilitas ſem-
per tendebat ad lapſum,et cogebatur ad uindictam
Iſa.14. ſemper cenſura iudicātis. Sic Angelus deiicitur e cæ
Geñ.3. lo:ſic de paradiſo exulat homo : ſic mundus diluuio
Geñ.7. deletur:ſic gentes confunduntur linguis:dantur gla-
Geñ.ii. dio:ſic exuruntur urbes incendio diuino:ſic ex Aegy
Geñ.14. pto plebs educta in eremo occulebat: ſic terra hians
Geñ.19. uorat populū:& ne multis,ſic Iudæam ultor CHRI-
Exo.19. STI ſanguinis Romanus deleuit exercitus. Hæc eſt
Num.16 CHRISTI magna,larga,ſola miſericordia,quæ iu-
Mat.24. dicium omne in diem ſeruauit unum:& homini to-
tum tempus ad pœnitentiæ deputauit inducias : ut
quod de uitiis infantia ſuſcipit,rapit adoleſcentia, in
uadit iuuētus,corrigat uel ſenectus:& de peccato uel
tunc pœniteat,quando ſentit iam ſe non poſſe peccā
re:& tunc ſaltem reatum deſerat,quando illum reli-

Digitized by Google

querit iam reatus:faciat de neceſſitate uirtutem:moriatur innocens, qui totus uixit in crimine. Hinc eſt quod Propheta ad miſericordiam currit totus: quia fiduciam de ſua iuſtitia nõ habebat. Miſerere, inquit, mei Deus ſecũdum magnam miſericordiam tuam. Psal. 50.
Et quare magnam? quia, Miſericordia tua, inquit, magna eſt ſuper me: et eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Et ſi Deus reddit per miſericordiam quod per iudicium deperierat, homo tibi quid ſtare, quid conſtare ſine miſericordia tu putabas? Probatum eſt ergo tibi non ieiunium ſolum, ſed omnes ſine miſericordia nutare uirtutes. Abraham cæleſtis conuiuii principem humanitas ardens Deo impenſa perficit: nam quia duos cum Deo terrenam ſuſcepit ad menſam, orientis, & occidentis populum menſam ſuſcepit ad cæleſtem. Venient, inquit, ab oriẽte, & occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cælorum. Loth quia hoſpitio ſuſcepit Angelos, iudicium præuenit: Hinc gehẽnam uicit in carne: miſericordem neſcit diuinus ignis exurere. Facit ergo miſericordiam qui uult gehennæ incendium non timere. Deniq; ueniens CHRISTVS ante de miſericordia diſputat, quã iudicet de reatu. Cum ſederit, inquit, ſuper thronũ gloriæ ſuæ, dicet. Eſuriui & nõ dediſtis mihi mãducare. Nõ dixit occidiſtis, furtum feciſtis; ſed eſuriui ego: & nõ dediſtis mihi manducare. De crimine non præſtabit cauſas, cui de miſericordia cauſa conſtabit. Quare? quia, date eleemoſynam: & ecce ſunt uobis omnia munda. Non iudicabitur de culpa, cui de largitate laus defertur a iudice: uindictam nõ exigit, humanitatis debitum qui fatetur. Eſuriui, inquit, et dediſtis mihi manducare.

Psal. 85. Gen. 18. Mat. 8. Gen. 19. Mat. 25. Luc. 11.

Mãducat Deus in cælo panem, quem perceperit pau
Mat. 25. per in terra. Quãdiu feciſtis uni ex minimis iſtis, mi
hi feciſtis. Da ergo panem, da potum, da ueſtimen
tum, da tectum, ſi Deum debitorem, nõ iudicẽ uis ha
bere: nihil nos nocebit in terra, ſi nobis in cælo miſe
ricordia ſit patrona.

DE ORATIONE, IEIVNIO, ET ELEEMOSYNA. SERMO. XLIII.

Populis populariter eſt loquendum: cõmunio cõpellanda eſt ſermone cõmuni: omnibus neceſſaria dicẽda ſunt more omniũ: naturalis lingua chara ſimplicibus, doctis dulcis: docens loquatur oĩbus profutura: ergo hodie imperito uerbo ueniã dent periti. Tria ſunt, tria fratres, per quæ ſtat fides: conſtat deuotio: manet uirtus: Oratio, Ieiuniũ, Miſericordia. Quod oratio pulſat, impetrat ieiuniũ: miſericordia accipit. Oratio, Miſericordia, Ieiunium, ſũt hæc tria unum: dant hæc ſibi inuicem uitam. Eſt nãq; orat iõis anima ieiuniũ: ieiunii uita miſericordia eſt. Hæc nemo reſcindat: neſciunt ſeparari. Horum qui unum habet, iſta qui ſimul nõ habet, nihil habet. Ergo qui orat, ieiunet: q ieiunat, miſereatur: audiat petentem, qui petens optat audiri: auditũ Dei aperit ſibi, qui ſuum ſupplicanti non claudit auditũ. Ieiuniũ ieiunator intelligat, eſurientẽ ſentiat, qui uult Deum ſentire quod eſurit: miſereatur, qui miſericordiã ſperat: pietatem qui quærit, faciat: qui præſtari ſibi uult, præſtet. Improbus petitor eſt, qui quod aliis negat ſibi poſtulat. Homo eſto tibi miſericordiæ forma: ſic

quomodo

quomodo uis,quantum uis,quam cito uis,miſericor
diam tibi fieri:tam cito alii,tantum,taliter,ipſe miſe
rere.Ergo oratio,miſericordia , ieiunium , ſint unū
patrocinium pro nobis ad Deum:pro nobis hæc ad/
uocatio ſint una:una hæc pro nobis oratio ſint trifor
mis.Hæc ſunt fratres, hæc ſunt quæ tenent cœli arcē:
quæ ſecretum Dei iudicis pulſant : quæ ante tribunal
CHRISTI cauſas humani generis exequuntur : quæ
iniuſtorum petunt indulgentiam: reorum ueniā pro
merentur.Hæc cui in cæleſtibus non aſſiſtunt,ipſe nō
ſubſiſtit in terris:hæc cum teneant in cæleſtibus prin
cipatum,in terris rerum ſummā moderantur:hæc re
gunt proſpera:hæc aduerſa propellūt:uitia extinguūt
iſta:uirtutes iſta ſuccendunt:hæc reddūt caſta corpo/
ra:corda pura:hæc pacem membris , mentibus dant
quietem:humanos iſta ſenſus ſcholam faciunt diſci/
plinæ:per hæc in templum Dei pectora humana con
ſurgunt:hæc hominem præſtāt Angelū:homini dei
tatis deferunt hæc honorem.Hinc eſt, quod ſit horū
ſuffragio Moyſes Deus:& ad triumphos ſuos milita/ Exod.7.
re ſibi omnia mandat elementa:iubet mare diſcede/ Exo.14.
re:durari undas:profunda ſiccari : cœlum pluere dat Exo.16.
frumenta:uentos ſpargere cogit carnes:noctem ſplē Exo.13.
dore ſolis illuſtrat:ſolem nubis temperat uelamēto: Nu.28.
petrā percutit,ut de recenti uulnere frigida ſitiētibus Exo.24.
det fluenta:primus dat terris legem cœli: ſcribit uitæ &.75.
normā:figit terminos diſciplinæ . Per hæc Elias ne/ 4.Reg.2
ſcit mortē:relinquit terras: cœlos intrat : cōmoratur
Angelis:cōuiuit Deo:et terrenus hoſpes ſupernas poſ
ſidet māſiones.Per iſta Iohānes fit Angelus in carne: Mar.1.
cæleſtis in terra:et auditu,uiſu,tactu, totam ſolus ca/
pit,tenet,complectitur Trinitatem. Et nos fratres , ſi

uolumus Moyſi gloriæ, Eliæ uitæ, Iohannis uirtuti-
bus, omnium ſanctorũ meritis applicari, inſiſtamus
orationi: uacemus ieiunio: miſericordiæ ſeruiamus:
qui in his uixerit, qui per iſta fuerit cõmunitus, iacula
peccati, diaboli tela, mundi machinas, uitiorum cu-
neos, mala carnis, uoluptatũ laqueos, arma mortis,
Chriſtianus armiger, bellator Dominicus non time-
bit: ſed nos qui ad incerta conſurgimus, qui inter inſi-
dias diem ducimus, qui horarum uarietates, momen-
torum motus, uerborum lapſus, actuũ pericula ſuſti-
nemus, quid eſt quod Eccleſiã mane nolumus intra-
re? quid eſt quod matutina prece totius diei cuſto-
diã nolumus poſtulare? quid eſt quod homini aſta-
re toto tempore libet: & Deo aſſiſtere nec puncto li-
bet? Non eſt noſtrum fratres, nõ eſt noſtrum, inimi-
ci eſt iſta ſurreptio: decipere parat quos non patitur
orationibus cõmuniri. Quid de aduerſis queritur, qui
ſibi proſpera non precatur? Audiamus uocẽ Dei mo-
Mat. 26. nentem. Orate ne intretis in tentationẽ. In tentatio-
nem uadit, qui ad orationem non uadit. Hoc ſciens
Pſal. 94. propheta cantabat. Venite adoremus, et procidamus
ante eum: et ploremus coram Domino qui fecit nos.
Putas ne ante Deũ lachrymas fundere dignatur, qui
uerba nõ dignatur expromere? Manicemus, oremus,
uel humano timore, ſi non amore diuino: ſi non in-
uitati bonis, uel coacti malis. Mala tempora facit no-
bis contemptus Dei, temporũ curſus non facit. Quod
ergo contemptu perdidimus, ieiuniis conquiramus:
animas noſtras ieiuniis immolemus: quia nihil eſt
quod Deo præſtantius offerre poſſimus, probãte pro
Pſal. 50. pheta, cum dicit. Sacrificium Deo ſpiritus contribula
tus: cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit.

Digitized by Google

Homo offer Deo animā tuā ,& offer oblationem ieiunii:ut ſit pura hoſtia:ſacrificium ſanctum:uiuens uictima,quæ et tibi maneat,& data ſit Deo.Hoc qui nō dederit Deo excuſatus non erit:quia daturus , ſe non poteſt non habere.Sed accepta ut ſint iſta; miſericordia ſubſequatur: ieiunium non germinat,ſi de miſericordia nō rigetur:ſiccatur ieiunium miſericordiæ ſiccitate: quod imber terris , hoc ieiunio miſericordia eſt.Quamuis cor excolat,carnem mundet, eradicet uitia,uirtutes ſerat,ſi miſericordiæ fluenta nō dederit,fructum non colligit ieiunator.Ieiunator ager tuus miſericordia ieiunante ieiunat : ieiunator quod tu in miſericordia fuderis,tibi in horreo hoc redundat.Homo ergo ne ſeruando perdas , collige prorogando: homo dando pauperi da tibi , quia tu quod tu alteri reliqueris non habebis.

IN PSALMVM PRIMVM. SERMO. XLIIII.

PEritus medicus quotiens uario languore deſeſſis plenā deſiderat conferre medicinam,altas aperit morborum cauſas:latentes peſtilentiæ exponit incurſus:peſtiferas caueri commonet regiones:q̄plurima remediorum genera demonſtrat: herbarum uires pandit: medicamentorum loquitur qualitates:obedientibus promittit longiſſimam ſanitatem:ſic ægros arduas,& aſperas ſuadet,& perducit ad curas.Hinc eſt quod Propheta ſanctus corporis, animæq; medicinam cælitus prolaturus,impietatis profundos patefecit receſſus:opeſtos peccatorum nudat

morbos:iniquitates oſtentat:ſecretum uirus, uitiorũ
naturas,origines delictorum,radices criminum mi/
rabili ratione depromit.Sic ægras mortalium men/
tes moderatione pia,pro ætate,pro ſexu, pro tempo/
re,pro uiribus ad ſalutem perpetem diuina curatio/
ne perducit.Pſalmus quem hodie cãtauimus pſalmo
rum præfatio eſt,immo eſt pſalmorũ pſalmus:titulo
rum titulus:eſt argumentum generans argumenta:
eſt tota cauſa ſequentium canticorum.Et ſicut clauis
aulæ regalis ubi primã ianuã patefecerit , penetrales
reddit intimas,ac multiplices manſiones:ita pſalmus
iſte ubi reſerauerit aditus intelligentiæ primos,pſal/
morum omniũ pandit myſterium:pandit ſecretum.
» Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum: & in
» uia peccatorum non ſtetit:& in cathedra peſtilentiæ
» non ſedit. Beatus uir: ſicut dimicaturo cum beſtiis,
& grauiſſimorum certaminum diſcrimina ſubituro
pronuntiantur ante brauia, præmia,coronæ,prophe
ta beatitudinem ſic præmiſit, ut prouocaret hominẽ
totam,quam poſt enumerat,criminum uincere feri/
» tatem. Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum:
» & in uia peccatorum non ſtetit. Quod in cõſilio abi
re,& in uia ſtare dixit,forſitan uideatur abſurdũ : cũ
in conſilio conſiſtere,et in uia abire magis hominũ
ſit in uſu.Peruerſa quidẽ ſunt uniuerſa peruerſis: nec
poſſunt tenere ordinem quæ per ordinem nõ agun/
tur:tamen hic propheta nõ de corporis loquitur,ſed
mentis inceſſu:neq; prohibet pedũ lapſus , ſed ruinas
» arcet animarum. Beatus uir qui non abiit in conſi/
» lio impiorum. Abiit,abiit a ſe,a Deo impius cum re
ceſſit:nec ſtat in cõſilio impiis cogitationibus qui ua
gatur.Iſte modo fertur ad cœlum:modo refertur ad

Digitized by Google

terras:iactatur per maria:leuatur fluctibus:mergitur in profundo : cumq́ſ ſua ſemper mente uolutetur ut ebrius,non ſe computat,et computat cælum : qui ſe ſcire exiſtimat totum , ſe neſcit:qui ſi ſciret ſe , nunq̃ cælum,ſolem,lunā,ligna,lapides adoraret, quæ ſunt omnia ſuæ data,et ſubdita ſeruituti : ſed adorat lapidem,ſeruit ligno,qui Deo uiuo,Deo uero ſeruire cōtempſit.Et ut ab ipſo principio rerum impietatis facta replicemus,impietatis conſilium perduxit ad inferna Angelum de ſupernis: nuntium cæleſtis ſecreti in Diabolum cōmutauit : hominē de regimine uitæ ad mortalis habitaculi trāſmiſit exilium:de Paradiſi deliciis ærumnoſos ſæculi pepulit ad labores: mulierem de uirginitatis gloria gemitus conſcios deiecit ad partus : inde eſt ꝙ anteq̃ gaudeat,non ignorat dolores:& ſoluit ante de reatu pœnā, q̃ ſobolis gaudeat de proceſſu. Multiplicans,inquit, multiplicabo triſtitias tuas,& gemitus tuos:in triſtitia , & gemitu paries filios.Qualis finis eſt,ubi eſt origo pœnalis? in uita lætitiam quā tenebit,qui uitæ ſumit exordiū de mœrore? Hoc Propheta nouerat qui dicebat.In iniquitatibus conceptus ſum:et in delictis peperit me mater mea. Si ſic fratres ab utero in uiam proiicimur peccatorū,et delictorum iter totas currimus per ætates,cogitemus infantiæ uanitates:adoleſcentiæ lapſus: iuuētutis ruinas:ſenectutis morbos:et tunc nos non uiam uitæ,ſed peccatorū uiam carpere ſic uidebims. Hanc uiam notat CHRISTVS ſic dicendo.Quā lata,& ſpatioſa uia , quæ ducit ad perditionem :& multi ſunt qui intrant per eam.Delictis lata,diffuſa fluxibus, criminibus ſpatioſa,et uere uia eſt uita præſens , in quā uenit,et uadit homo.Generatio,inquit,uadit:et gene

Geñ. 3.

Pſal. 50.

Mat. 7.

Eccles. 1

Digitized by Google

ratio uenit:& terra in æternum ſtat. Et ideo ante di-
» xit. Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum:
» & in uia peccatorum non ſtetit. Non dixit, non ue-
nit:nemo enim in uiam nõ uenit peccatorum, in qua
nos lex ipſa naturæ perducit, & mortis: ſed beatus ille,
qui non ſtat in ea. Stat ille, ille demoratur in ea, qui
leuat onera peccatorũ: et honuſtus uiator tarde per-
uenit: et cæleſtem clauſam ſibi inuenit manſionem.
Iſtis ponderibus impeditus flebat Propheta, dicens.
Pſal. 37. Iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meum: et ſi-
cut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Et quia toto
uitæ tẽpore has ferebat, exclamat. Miſer factus ſum,
& curuatus ſum uſq; in finem. Peccatorum uiam uia-
tor ille pertranſit, qui mala huius uitæ uidet, ſed de-
ſpicit: ſentit, ſed calcat: patitur, ſed uincit: et dum fu-
git illa, plus currit: unde illi occurrit cæleſtis ianitor:
cæleſtis illi manſio ſe non claudit. Sed quid eſt quod
peccatorum uiæ impietatis conſilium ſic præmiſit:
» Beatus uir qui non abiit in conſilio impiorum: et in
» uia peccatorum non ſtetit? Quia & ſi natus homo
mox peccatorum uenit in uiam, iacet tamen primũ:
non mox peccati currit in uiam: ſed ubi cœperit im-
pietatis uenena guſtare, tunc ſaporem trahit de pin-
guedine peccatorum. Impius in Deum tendit: a Deo
uadit cum delinquit: peccatores Deus contemnit, qui
ante mandauit non debere peccare. Lucem tenebræ
fugiunt: tenebræ luce redeunt abſcedente: ubi Deus,
peccatum nullum: ubi peccatum, non ibi Deus. Et ut
ſcias homo a conſpectu Dei hominem uiam curſita-
Pſal. 9. re peccatorum: audi prophetam. Non eſt Deus in cõ-
ſpectu eius: polluuntur uiæ eius in omni tẽpore. Gra
uius ergo homo tunc in uia labitur peccatorum, quã

do in ea per prærupta impietatis illabitur. Et in cathedra peſtilẽtiæ non ſedit. Impietatem probat, qui facit: qui facit, amat: qui amat, nõ poteſt non docere: hinc eſt quod docẽs impietatem, peſtilentiæ reſidet in cathedra: & ſermone mellito uirus doctrinæ lethalis audientibus ſic diffundit. Peſtilentiæ cathedrã Philoſophiam poſuit: quæ docuit aut Deos multos, aut eum qui eſt, uel non eſſe, uel non poſſe docuit inueniri: qui ipſam creaturam naturæ dedit, ut naturæ negaret auctorem. Cathedram peſtilentiæ Phariſæus propoſuit: qui traditiones humanas decretis cœleſtibus anteponens, uaſtã lucẽ fudit populo Iudæorũ. In cathedra peſtilẽtiæ Hæreticus ſedit: qui ſub ſpecie fidei, fidei ſcindit, rumpit, diſtrahit unitatẽ. Beatus ergo uir qui non abiit in conſilio impiorum: et in uia peccatorum non ſtetit: et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Et plane beatus, quia iſta tria declinando ad Trinitatis beatitudinem meruit peruenire. Meditetur ergo in lege Domini, & meditetur die, ac nocte, ut quæ ſequuntur mereatur uidere in futuro: et audire latius tempore competenti.

IN PSALMVM .VI. SERMO.XLV.

REſponſorium quod hodie Propheta ſupplicante cantauimus, opportunum tempori, aptũ malis præſentibus, mecum ueſtra probat, & cognoſcit affectio. Domine, inquit, ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me. Et Deus tumeſcit ira? caleſcit furore?

Digitized by Google

abſit fratres:Deus nec ſubiacet paſſioni,nec ira accen
ditur,nec furore turbatur , ſed ira Dei eſt delin/
quentium pœna:furor Dei eſt ſuppliciũ peccatorum.
Fratres,puluere concreti,plaſmati luto,calcamur ui/
tiis:ſubdimur delictis:curis cõficimur:areſcimus mẽ
bris:morte diſſoluimur:fœtidis horremus ſepulchris:
& ſic inhabiles ad uirtutes,ad uitia habiles īuenimur.
Propheta ergo memor fragilitatis humanæ,& carna
lis ſubſtantiæ conſcius,quia non confidebat de meri
tis,ad auxilium miſericordiæ cõuolauit:ut Dei cõſta
ret circa eum de pietate,non de ſeueritate iudicium.
,, Domine ne in ira tua arguas me. Hoc eſt dicere,ar/
gue me,ſed nõ in ira:corripe me,ſed nõ in furore:ar
gue me ut pater,non ut iudex:corripe me non ut Do
minus,ſed ut parens:argue me non ut perdas,ſed cor
ripias:corripe me non ut interimas, ſed emendes : et
,, hoc quare? quoniam infirmus ſum.Miſerere,inqt,
,, mei Dñe,quoniã infirmus ſum. Quid infirmius ho
mine,quem ſenſus fallit:ignorantia decipit:circũue/
nit iudicium : pompa lædit : tempus deſerit : mutat
ætas : hebetat infantia : iuuentus præcipitat : ſene/
ctus frangit? Huic ergo Deum iraſci in ira, indigna/
ri in furore,non eſt,non eſt creatoris pii, ſed eſt ſeue
,, riſſimi cognitoris. Miſerere mei Dñe, quoniã infir/
,, mus ſum. Et quid uis? Sana me Dñe. Sentit iſte ſta
tus ſui uulnera:ſentit morſum ſerpentis antiqui : ſen/
tit primi parentis ruinam:agnoſcit ſe ad has infirmi/
tates ueniſſe naſcendo:agnoſcit ſe ad mortem natu/
raliter perueniſſe:et quia mortem remouere non po
terat ars humana,diuinam cogitur expetere medici/
nam:et ut facilius ægritudinis ſuæ impetret curam,ip
ſius ægritudinis cauſas aperit:qualitates narrat : ma/

Digitized by Google

gnitudinem pandit:exprimit uim doloris. Sana me
» Domine. quare? Quoniam conturbata ſunt oſſa
» mea. Totam ſtructuram corporis oſſa portant: & ſi
oſſa turbantur, quæ membrorum firmitas? quæ for-
titudo neruorum? ubi carnis miſeranda ſubſtantia?
Turbantur oſſa fratres peccatorum pondere, metu
mortis, terrore iudicii: audi ipſum alibi hoc dicentē.
Non eſt, inquit, ſanitas in carne mea a faciæ iræ tuæ: Pſal. 37.
non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorū.
Et poſt. Anima mea impleta eſt illuſionibus: et nō eſt
» ſanitas in carne mea. Merito ergo addidit. Et ani-
» ma mea turbata eſt ualde. Inter Dei præcepta & cor
dis paſſiones, inter uirtutes & uitia, inter aduerſa &
proſpera, inter pœnas & præmia, inter uitam & mor-
tem, ſtans in acie, bella ſuſtinens, ſuſcipiens uulnera,
raro ſtans, occumbens ſenſu, turbatur anima, turba-
tur ualde: quia carnis impedita pōderibus, priuſq̄ ad
uirtutes ueniat, uitiorū fit ante captiua. Hæc bella de-
ſcribit Apoſtolus cum dicit. Caro concupiſcit aduer- Gal. 5.
ſus ſpiritum, et ſpiritus aduerſus carnē: ut nō quæ uul
tis, illa faciatis. Et alibi. Video aliam legem in mem- Rom. 7.
bris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captiuū
me ducentem in lege peccati. Allegans ergo beatus
Propheta has infirmitates, hæc bella, has animorum
» turbationes, Deum tali uoce conuenit. Et tu Domi-
» ne uſquequo? Hoc eſt, quouſq; pateris? quouſq; diſ
ſimulas? quouſq; nō ſubuenis? quouſq; diſſipari opus
tuum, deleri imaginem tuam, tuam tibi creaturā pe-
rire permittis? ubi eſt CHRISTVS tuus totiens nun
tiatus? per legem, per nos, per prophetas multifarie
repromiſſus? Veniat, ueniat, priuſq̄ pereunte ſæculo
in ſæculo nil inueniat quod reſaluet. Veniat, ueniat,

Digitized by Google

ut carnem reparet:innouet animam:ipſam naturam
in cœleſtem cõmutet ſubſtantiam.Veniat,ut peccatũ
tollat:mortem deleat:deſtruat infernum:uitam red/
dat:donet cælum:ne amplius terrena labes poſſit in
uobis inuenire quod perdat. Hoc autem petere pro/
„ phetam ſequens ſermo demonſtrat. Cõuertere Do/
„ mine. Homo Deo,reus iudici, addictus ſic loquitur
„ cognitori? Conuertere Domine. Homo peccat, et
Deus cõuertitur? Ita fratres: quia iuxta Prophetam,
Iſa. 53. Iſte peccata noſtra portat:& pro nobis dolet. Et bea/
iuxta. lxx. tus Iohannes.Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pecca/
Ioã. 1. tum mundi.Suſcepit peccatum,ut peccatum tolleret,
„ non haberet. Conuertere Domine. Vnde? ubi? De
Deo in hominem:de Domino in ſeruũ: de iudice in
patrem:ut pium conuerſio te demonſtret, quem po/
„ teſtas terribilem cõminatur. Conuertere Domine:
„ libera animam meam. De inferno inferiori. Saluũ
„ me fac propter miſericordiam tuam. Non propter
meritum meum,quem labor afficit:gemitus ſauciat:
ſoluũt lachrymæ:ira turbat:impugnat inimicus. Sed
„ hoc ut clareat,ipſa prohetæ decantetur oratio. Sal/
„ uum me fac propter miſericordiam tuam. Quare?
„ Quia non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno
„ aũt quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo:
„ lauabo per ſingulas noctes lectum meum:lachrymis
„ meis ſtratum meũ rigabo, Hoc dicebat ſanctus Da/
uid in regali uertice conſtitutus:qui ſic agebat princi
patum poteſtatis humanæ,ut in ſe ſanctitatem ſpiri/
tus,propheriæ gratiam cuſtodiret: et nos in ira tota
Dei poſiti neſcimus dicere. Dñe ne in furore tuo ar/
guas me.Terra negat fructus:cælum temperiem:aer
ſalubritatem:hinc peſtilentia ubiq; diffuſa per urbes,

per agros uario morborum genere conſumit genus omne mortalium:& tamen nos non dicimus:Domine ne in furore tuo arguas nos:neq; in furore tuo corripias nos. Ille poſt triumphos gemitibus noctes, & dies lachrymis occupabat,nos ſub hoſtili gladio ſubiacentes,nulla tempora Deo damus:nullas uel ad horã lachrymas Deo fundimus:ſed iugiter rapinis, fraudibus,periuriis,dolis,detractionibus,noſmetipſos tradimus,& donamus,ut magis,magiſq; irã Dei in nos fomentis criminum ſuſcitemus.Venite frates, uenite cum Propheta,Venite adoremus, & procidamus ante eum:& ploremus coram Domino qui fecit nos: uenite dicamus. Dñe ne in ira tua arguas nos: neq; in furore tuo corripias nos:ut memor miſericordiæ ſuæ iram mutet in miſericordiam:reddat perdita: captiua liberet:noſq; ſibi cũ lætitia ſeruire iam donet: qui uiuit,et regnat in ſæcula ſæculorum.Amen. Pſal. 94.

IN PSALMVM. XCIIII. SERMO. XLVI.

SIcut grauiter æſtuanti,& longo ſitis ardore ſuccenſo,fons frigidus,ſatis lætus, & ſatis ſalubris occurrit: ita nobis poſitis in mœrore,& nimium tribulationũ pondere depreſſis ad gaudia hodie prophetícæ uocis extitit cantilena. Venite,inquit, exultemus Domino. Venite:quo? uel unde? ex te homo in te:ubi non locorum mutatio, ſed conuerſio ſenſuum aduerſa depellit: mœrores fugat: deſperationes abiicit: excludit anguſtias: & intra domicilium ſynceri pectoris lætitiæ diuinæ æternam præparat

» māſionem. Exultemus Dño. Et ubi eſt illud, Beati
Mat. 5. qui lugēt? et, Væ uobis qui ridetis? Plane beati qui lu
Luc. 6. gent mundo: & uæ qui rident mundo: ſed beati qui
exultant Domino, qui neſciunt de rapinis, neſciūt de
fraudibus, neſciunt lætari de lachrymis proximorū.
» Exultemus Domino. Ille exultat Domino, qui uer-
» bo, actu, opere, non ſibi, ſed ſuo exultat auctori. Exul
» temus Dño. Ille exultat Dño, cui ſolā, & tota lætitia
» ſemper eſt Deus. Iubilemus, inquit, Deo ſalutari no
» ſtro. Nō eſt ouium uox iſta, paſtoris eſt: qui dulci iu-
bilo, et uaria modulatione, aut gregem producit ad
paſcua: aut ſub nemore umbroſo feſſum pecus reti-
net ad quietem: aut alta collium ſalubrioris grami-
nis hortatur cupiditate conſcendere: aut ad deuexa
uallium ſenſim tota neceſſitate deſcendere. Sed bea-
tæ ſunt oues illæ, quæ ſui uocem admittunt paſtoris:
attrahunt: nutriunt: cōgregant: et uere paſtori ſuo iu-
bilant: quæ germina ſui gregis domino multiplica-
» re moliuntur. Præueniamus faciem eius in cōfeſſio-
» ne. Et quis præuenit peccatorum cognitorem? ſcru
tatorem cordium? cogitationum conſcium? futuro
rum præſcium? præſentem ſemper, et ubiq;? ſed præ
ueniendus eſt non ſenſuum uicinitate, ſed ingenii ſa
gacitate nō uelocitate pedū, ſed prouido cōfeſſionis
obſequio: ſiquidem non dixit, præueniamus eum tan
» tum, ſed, Præueniamus faciem eius in confeſſione.
Hoc eſt, cū ſpes miſericordiæ eſt, cum tempus eſt ue-
niæ, cū pœnitentiæ locus eſt, confiteamur patri, ne iu
dicē ſentiamus: prodamus quæ fecimus pietati, ne ſe-
ueritati cogamur exoluere quæ tacemus: dicamus
indulgentiæ tempore delicta noſtra, ne ſi tacemus,
ad excipiendam ſententiā defleamus. Et quid plura

Digitized by Google

ſtratres? nō iudicem, ſed iudicium nos hortatur Pro
„ pheta clementiſſimus præuenire. Et in pſalmis, in/
„ quit, iubilemus ei. Ne indicta pectori noſtro irratio
„ nabilis iubilatio crederetur. In pſalmis iubilemus.
Vt myſticis diſtinguerētur, in pſalmis diuinum reſo
net ſacramentum: et quod ad prouectum ſalutis ani/
„ mos promoueat audientium. Quoniam Deus, in/
„ quit, magnus Dominus. Hic Dominici corporis ape
rit ſacramentum: quia Deus etiam in noſtro corpore
„ magnus Dominus. Et rex magnus ſuper oēs deos.
iuxta illud. Quis ſimilis erit Deo inter filios Dei? quia Pſal. 88.
omnes ſupernæ Virtutes cū regant cæteros, ipſæ tā/
„ men regunt a CHRISTO. Quia in manu eius ſunt
„ omnes fines terræ. Quia quæ in manu Dei ſunt ſi/
ne Deo nequeunt obtineri: ſi dilatare fines, ſi proro/
gare terminos, ſi deſideramus amiſſa reuocare, Deū
ergo fidei uiribus depcemur: per cuius offenſam no/
bis iſta depereunt: & ipſius propitiatione redeunt am
pliata: qui dat ſicut uult: tollit et cū uult: ſi reddere nō
poteſt, omnipotens non habetur: multa facit ad ſuæ
maieſtatis indiciū, ad noſtræ emendationis, & corre
ctionis exemplū. Vacant aliena præſidia, ſi noſtri re/
„ gis non ſubuenerint adiutoria. Quoniā ipſius ē ma
„ re, et ipſe fecit illud. Ne puteris quæſitum, inuentū, et
„ non a deo conditum. Ipſius eſt mare, et ipſe fecit il/
„ lud: & aridam manus eius formauerūt. Vbi ſunt qui
Deū de materia, et maxime de aqua mundū figuraſ/
ſe confingūt? Deus noſter in cœlo, et in terra, nō ut
inuentor, ſed ut conditor materiæ, ex nihilo cuncta
„ perfecit. Venite, inquit, adoremus. Quæ ſequūtur
fratres, ignorantibus ueluti immemorē Prophetam
exultationis ſuæ fuiſſe demonſtrāt, dum prouocatos

Digitized by Google

„ ad gaudia, mox euocat ad ploratus. Venite, inquit,
„ adoremus, & procidamus ante eũ: & ploremus corã
„ Dño qui fecit nos. Dixerat: Venite exultemus: uerum
hic propheta ſecũ fletus ſuorum nos deſiderat funde-
re gaudiorũ: quia ſemper lachrymæ ſicut dolore mã-
gno, ita producuntur et gaudio: quæ utiq; interni pe-
ctoris exponunt, & teſtantur affectum. Qui ergo la-
pidibus proſternebamur, & lignis, uero tandem Deo
cognito, uult nos adorare: procidere: & repenſare la-
chrymis, atq; continuo deuotionis obſequio, quod
diu, et longo tempore neglexìmus. Plorat ergo, dum
de præteritis pœnitet, gaudet de præſentibus, æſtuat,
et metuit de futuris. Perfectæ auté lætitiæ fletus fuiſ-
„ ſe ex ſequentibus ſic demonſtrat. Venite adoremus,
„ et procidamus ante eum: et ploremus coram Domi-
„ no qui fecit nos. Et quaſi iterrogaretur, quare ẽ red-
„ dit cauſas: aperit rationes. Quia ipſe eſt Deus noſter:
„ & nos populus paſcuæ eius: et oues manus eius. Ex
hoc utiq; quantũ deuotus eſt ille qui gaudet, tantum
certe qui contriſtatur ingratus. Sed iam quæ admo-
„ net audiamus intentius. Hodie ſi uocem eius audie-
„ ritis, nolite obdurare corda ueſtra, ſicut in irritatio-
„ ne ſecundum diem tentationis in deſerto: ubi tenta-
„ uerunt me patres ueſtri: probauerunt, et uiderũt ope-
„ ra mea. Quadraginta annis proximus fui generatio-
„ ni illi: et dixi: ſemper hi errant corde: ipſi uero nõ co-
„ gnouerunt uias meas: quibus iuraui in ira mea, ſi in-
„ troibunt in requiem meam. Cum dicit hodie, te cõ-
uenit, ad te loquitur, quicũq; homo es auditor, ne au-
dita uoce eius, contemptus reatum, contumaciæ cri-
men incurras: quem non præcepta, quem non corre-
xit exemplum. Nam ob hoc Iudaicam duritiam lon-

gò ſermone narrauit,ut te Chriſtiane faceret cautiorem: cui non quadraginta annis tantum cõuerſatur, et cohabitat Deus,ſed toto uitæ tempore paret, et militat ad ſalutem.

DE PARABOLIS INVENTAE MARGARITAE, ET SAGENAE MISSAE IN MARE. SERMO. XLVII.

CHRISTVS Deus noſter quod cælũ, terrã, mare,& in eis magnas, multas, uarias,condiderit creaturas, miranda potentiæ ſuæ documenta monſtrauit: quod uero humana ſuſcipit,agit hominem,intrat tempora,tranſit ætates,docet uerbo, uirtute curat, ſimilitudines loquitur,proponit exempla, affectus noſtri in ſe pondus aperit: ineſſe ſibi dilectionis humanæ pandit ineffabilem charitatem. Hinc eſt, quod cæleſtia terrenis commendat exemplis:de præſentibus ſapere dat futura: inuiſibilia uiſibilibus inſimulat argumentis: probant hoc ſimilitudines, quas
,, nobis hodie Euangelicus clamat auditus. Simile eſt Mat. 13.
,, regnum cælorum homini negotiatori quærenti bo-
,, nas margaritas:inuenta autem una pretioſa marga-
,, rita abiit,et uendidit omnia quæ habuit,et emit eã.
Neminem qui hoc audit nomen negotiatoris offendat: hic negotiatorẽ loquitur qui dat miſericordiã, nõ qui dat fœnoris ſemp uſurã:prouidentẽ ornamẽta

uirtutum,non irritamenta uitiorũ: grauitatẽ morũ, non lapidum pondera perferentem: honeſtatis, non luxus monilia portantem:geſtantem non uoluptatis pompam,ſed inſignia diſciplinæ. Iſte ergo negotiator has cordis,& corporis margaritas proponit, non humano cõmercio,ſed diuino exercens: non ad præſens cõmodum,ſed ut futurum mercetur: non ad terrenam gloriam,ſed cælestem:quatenus cœlorum regnum poſſit uirtutũ præmio comparare: et innumeris bonis unã redimere perpetuæ uitæ margaritam.
„ Adiecit aũt ſimilitudinem Dñs dicens. Iterum ſimi
„ le eſt regnũ cœlorũ ſagenæ miſſæ in mare,& ex om
„ ni genere piſcium congreganti: quam cum impleta
„ eſſet educentes,et ſecus litus ſedentes, elegerunt bo
„ nos in uaſa,malos autẽ foras miſerunt.Simile eſt re
„ gnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare: Similitudo hæc prodit cur in Apoſtolatum piſcatores elegerit CHRISTVS: et captores piſcium fecerit hominum piſcatores:ut diuini iudicii typus arte piſcatoria mõſtraretur.Piſces congregat captura cõfuſos, ſed in uaſa diſcretio dat electos: ſic uocatio Chriſtiana iuſtos, et iniuſtos,malos,bonoſq; congregat,ſed bonos, ma
„ loſ ꝑ electio diuina diſcernit. Simile eſt regnũ cælo
„ rum ſagenæ miſſæ in mare. Ad huius ſæculi mare tumens pompa,elatũ uertice,undoſum ſectis,inſcitia fluctuans,clamoſum litibus,fremens ira,ſæuum perfidia,peccatis naufragũ,impietate demerſum, miſit piſcatores ſuos CHRISTVS, hoc eſt Petrũ,Andreã,
Mat.4. Iacobum,Iohannẽ,probatos arte:cum dicit. Venite poſt me,faciam uos fieri piſcatores hominum. Miſit ergo piſcatores ſuos retia portantes præceptis legalibus,& Euãgelicis innodata,monitis circũcincta uir-

tutum,

tutum donis,& gratia dilatata,Euangelico ſinu con/
gregantia ſine fine capturã.Hoc tempus modo, hoc
agitur fratres:per gentes,per populos CHRISTI re/
tia nunc trahuntur:et ducunt cõfuſas toto orbe credi
turas ſine diſcretione perſonas. Sed quia ſæculi uici/
nus eſt finis ,& ad iudicii litus capturæ noſtræ retia
iam propinquant,piſces,hoc eſt,homines qui profun
do ſæculi diſcurſu feriato,ac libero uagabantur, ſic/
citate litoris, hoc eſt finis propinquitate turbati,to/
ta ſe rerũ diſpenſatione collidunt:uidẽtes impias gẽ
tes triũphis ſuccedentibus ampliari,anguſtiari capti
uos toto orbe populos Chriſtianos;impios proſperis
gaudere ſucceſſibus,pios malorũ continuata ſucceſ/
ſione calcari:ſubdi dños ſeruituti , dñari dñis ſeruos:
rebelles filios in parentes,ſenes iuuenibus eſſe contẽ
ptui: oẽmq; naturæ ſtatũ,uitæ ordinẽ deperiiſſe, Sed
hæc cũ ita ſint,fortes non turbant:imo infirmos tur/
bant:fortes turbare non poſſunt,quia ſumũt uires de
ſimilitudine,fortitudinẽ de figura.Eiecti de profun/
do piſces parũ quidẽ in litore ſui confuſione uoluũ/
tur:ſed citata diſcretio dum malos abiicit, eligit bo/
nos:facit bonos,non turbat,breuis iſta,et cito tranſi/
tura confuſio. Iſta diſcretio ſuperna quæ dat malos
pœnis,bonos rapit ad honorẽ,impios deducit ad tar
tarũ,pios trãſmittit ad regnũ,patres,ſenes,iuſtos,ele
ctos oẽs de cõtumelia exigua perpetua gloria conſo
latur: probat hoc autem cõparatio ipſa, cũ dicitur:
» In conſũmatione ſæculi exibũt Angeli Dei:et ſegre/
» gabunt malos de medio iuſtorũ. In conſũmatione
ſæculi : qui conſũmationẽ ſæculi credit,qui de ſæcu/
li minoratione cauſatur,qui confidit manſura ſucce
dere,habere quid quærit tranſitura?Fratres,mundus

M

de fine principiũ ſumit: fine innouatur, non deficit
creatura: ſæculũ deficit nõ creatori, ſed crimini: neq;
„ iuſtis, ſed peccatoribus finiuntur elementa. In con-
„ ſummatione ſæculi exibũt Angeli. Parere iuſtis: nec
quiſq; dubitet ſanctis Angelis eſſe parituros, quibus
obſequiũ ſuũ promittit & CHRISTVS: CHRISTI
Luc.12 „ uox eſt. Præcingã me, & miniſtrabo uobis. Exibunt
„ Angeli Dei, & ſegregabunt malos de medio iuſtorũ.
Portate iuſti, portate, imo inducias iuſti date, breuis
„ iſta mixtura longa ſeparatione penſabitur. Separa-
„ bunt malos de medio iuſtorũ: & mittent eos in cami-
„ num ignis. Ecce qui eiiciunt uicinos, qui expellunt
hoſpites, qualem ſibi eligunt manſionẽ: ecce qui ſibi
hic delicias pauperis fame, pœnis præparant alienis,
ibi ignem ſibi quãtũ de exigua uoluptate ſuccẽdũt.
„ Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Quã male ſtridet
ibi, qui hic male ridet: & qui nũc malis pauperũ gau-
det, de bonis pauperũ tunc lugebit, quia potuit cum
paupere gaudere, ſed noluit: uos autem fideles gau-
dete in Domino ſemper.

IN ILLVD MATTHAEI, VENIT IESVS IN PATRIAM SVAM: ETC. ET DE INVIDIA. SERMO. XLVIII.

EVãgeliſta hodie Iudæorũ circa CHRI-
STVM proditurus inuidiã, ſic cœpit.
Mat.13. „ Venit, inquit, IESVS in patriã ſuam: &
„ docebat eos in Synagogis eorum, ita
„ ut mirarentur: & dicerent. Vnde huic
„ ſapiẽtia, & uirtus? Nõne hic eſt fabri filius? Nõne ma-
„ ter eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Io-

„ ſeph,& Simō,& Iudas? & ſorores eius nōne oēs apud
„ nos ſunt? unde ergo huic oīa iſta? Nō ſic nubes cæ/
lū,nox diē,ſolē caligo,quō mentē cæcat,et tenebrat
inuidia. Liuor hoc Iudaicus pbat: qui CHRISTI ſa/
pientiā miraꝫ,uirtutes ſtupet,attollit opa, dicta ſuſci
pit ; & tū ne in ipſo uideaꝫ diuinitas,deitas ſentiatur,
„ carnaliū parentū noīa cōmonet,& diuulgat. Venit,
„ inquit,IESVS in patriā ſuā. Nemo miretur,ſi cōdi/
tor rerū,cæloꝝ Dñs,Deus omniū,patriā, locūq; ſorti
tur,quādo ſe claudit utero:metiꝫ cunis:uberibus oc/
cupat:arctat gremio:dat in ulnas:& ut anguſtias tol/
lat humanas,humanis ſe dedit,atq; aptauit āguſtiis.
Homo ad te Deus ſe p iſta deponit,te p iſta ſequiꝫ,p
iſtas te perquirit anguſtias , ut quē formauit opere,
reformet exēplo:quem iudicio reppulit,reducat affe
ctu:& in ſe ſeruet,quem præter ſe cōſpicit deperiiſſe.
„ Venit, inquit, IESVS in patriā ſuā: & docebat eos in
„ Synagogis eoꝝ. Non in tēplo ſuo, ſed i Synagogis
eoꝝ : ſynagogæ nō poterant eius eſſe,in qbus ſe tur/
bæ pfidiæ,nō fidei cōgregabāt:in qbus cōueniebat i
uidiæ populus,nō amoris:i qbus ꝯſidebat ꝯciliū mali
„ gnātiū,nō bonæ ꝯciliū diſciplinæ. Docebat in ſyna/
„ gogis eoꝝ,ita ut mirarenꝫ. Mirabātur īdignatione,
nō grā:ſtupebāt liuore,nō laude:furebāt , quia quod
ſapere non poterant ſuperba ſubſellia, ſtans humili/
„ tas perdocebat. Ita ut mirarentur:et dicerent.Vnde
„ huic hæc ſapientia? Sic dicit qui Deū,ex quo eſt ſa/
piētia,ex quo uirtus,ignorat:ſic dicit qCHRISTVM
neſcit eſſe Dei ſapiētiā,Dei eſſe uirtutē.Vnde ſit ſapiē
tia Salomon probat:qui cū regni apicē paruulus ſu/
ſcepiſſet,ut creditū ſibi populum regeret uirtute nō
faſtu,ſapiētia non tumore,corde non uertice,a Deo

» ſapientiā uoluit:popoſcit:accepit. Vnde huic hæc ſa
» pientia,et uirtus? Virtutē quæ dat oculos quos na/
tura non dedit,quæ auditū reddit debilitate conclu/
ſum,quæ ī mutis ſui ſoluit uincla ſermonis,quæ clau
dos reducit ad curſum , quæ animas apud inferos iā
deuinctas propria redire cogit ad corpora,a Deo eē
niſi ſalutis inuidus non negaret : at Iudæi ſciebant
CHRISTI opera diuinæ uirtutis eſſe, non eſſe poſſi/
bilitatis humanæ:ſed liuoris nubilū,malitiæ fumus,
uiſum ſpectantiū caligabāt,ne lumen CHRISTI, ne
» tēpus Euangelii peruiderent:dicendo. Nōne hic eſt
» fabri filius? Dicebant hic eſt fabri filus,ſed cuius fa/
bri filius nō dicebant:dicebāt fabri filius , ut arte uili
ars lateret auctoris : et deitatis nomen fabrile nomē
abſconderet. CHRISTVS erat fabri filius, ſed illius
qui mundi fabricā fecit nō malleo,ſed præcepto: qui
elementoꝶ mēbra non ingenio,ſed iuſſione compe
git:qui maſſam ſæculi auctoritate, non carbone con
flauit:qui ſolem non terreno ignē, ſed ſuperno calo
re ſuccendit:qui lunā, tenebras, noctem formauit,&
tempora:qui ſtellas uariata luce diſtinxit: qui cūcta
fecit ex nihilo : & fecit o homo tibi,ut opificē operis
æſtimatione penſares. Sed tu Iudæe huius fabri filiū
notas,cui pro tantis beneficiis repēſare uicem debe/
res in filium : hinc eſt quod non accipis futura, quia
„ de p̄ſentibus exiſtis ingratus. Nonne hic eſt fabri fi
„ lius? Nonne mater eius dicitur MARIA? Iterū Iu/
dææ matris nomen clamas,occultas patris : patrē di
cis,nomen nō dicis:fabrū dicis,opus nō dicis. Iudæe
„ decipiunt te iſta,non decipiunt credituros. Nonne
„ mater eius dicitur MARIA? & fratres eius Iacobus,
„ & Ioſeph,& Simon,& Iudas:& ſorores eius nōne oēs

" apud nos ſunt? Si mater, ſi fratres, ſi ſorores apud
uos ſunt, pater ubi eſt? uobiſcũ nõ eſt: quia Deus odit Ioã. 1.
fictos: inuidos deſerit: declinat ingratos: ſibi nõ ſinit
" crudeles, et ipios cõmorari. Et fratres eius, & ſoro-
" res eius nõne oẽs apud nos ſunt? Callide fr̃es inge-
ris, oſtẽtas ſorores, ut numeroſo partu ſãctæ matris
uirginitas lateat: obſcuret̃ integritas: & ſentiat̃ de fi
lio totũ qđ humanũ eſt, nihil diuinũ. Iudæe qđ dicis
fr̃es, & ſorores CHRISTI, Cleophæ ſororis Mariæ
filii ſunt, nõ Mariæ: & fratrũ, et ſororũ filios, fr̃es nũ
cupat et diuina lex, et humana cognatio. Ergo xp̃i
fr̃es fecit nõ matris uirginitas q̃ permãſit uirgo poſt
partũ, ſed matertera eius fecit propinqtatis aſſertio.
Beata MARIA ſi alios filios habuiſſet, a CHRISTO
mater in ipſo crucis tẽpore, ĩ articulo ipſo mortis nõ
diſcipulo traderetur: nõ cõmendaretur extraneo. In
uidia de cælo deiecit Angelum: de paradiſo excluſit Iſa. 14.
hominẽ: ipſa primũ ꝯtaminauit terras germano ſan Gen. 3.
guine: ipſa germanos cõpulit uenundare germanũ: Gen. 4.
ipſa Moyſen fugauit: Aaron in fratris excitauit iniu- Gen. 37
riã; Mariã maculauit liuore germani: ac ne multis, Exod. 2.
quod pauet mẽs, quod uiſus tremit, quod auditus nõ Num. 12
capit, ipſum CHRISTI tetendit, et peruenit ad ſan-
guinem. Inuidia omnibus malis peior quos ceperit Mat. 6.
liberari nequeunt: quos uulnerauerit ad curam non
ueniunt: non redeunt ad ſalutem. Inuidia delictorũ
uenenum: criminum uirus: peccatorum mater: ori-
go uitiorum: hanc qui non uiderit, bona uidet: hanc Pſal. 88.
qui neſcierit, mala neſcit: hanc qui fugerit, uiuit. In-
uidia uitari fuga poteſt, non poteſt ſuperari confli-
ctu. Sed iam quid Dominus reſponderit, audiamus.
" Non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in

„ domo ſuá. CHRISTVS quidem uenit in patriá ſuã,
Ioã.1. & in domum ſuam, quia ſcriptum eſt. In ſua uenit, &
„ ſui eũ nõ receperunt. Verũ dicendo, Nõ eſt Prophe-
„ ta ſine honore, niſi in patria ſua, & ĩ domo ſua: do-
cet quia inter ſuos poſſe, morſus eſt, aduſtio eſt inter
ciues eminere proximos, proximorũ urit gloria: pro-
pinqui propinquo ſi honoré debeant, cõputant ſer-
„ uitutem. Et non fecit, inquit, ibi uirtutes multas pro-
„ pter incredulitatem illorũ. Non fit ibi uirtus, ubi in-
credulitas non meretur. Et ſi mercedem cum ſanat
nõ exigit CHRISTVS, indignatur tamen dum pro
honore ſibi fertur iniuria: qui eſt ſuper omnia Deus
benedictus, & glorioſus in ſæcula ſæculorũ: Amen.

DE EISDEM SECVNDVM MARCVM.
SERMO XLIX.

QVotiés humana Dominũ ſanctus Euã-
geliſta ſuſtinuiſſe, aut egiſſe cõmemo-
rat, totiens carnaliũ ſenſus tota uelut
fluctuũ cõmotione cõturbat: imbecilles
naq; mẽtes neſciũt Dñici corporis au-
dire, diſcernerẽ, & diſpẽſare myſteria; ſicut hodierna
Mat.6. „ lectio monſtrat, quæ dicit. Et egreſſus inde IESVS
„ abiit in patriã ſuã. Egredit̃ unde, quo ingredit̃, qui
nullo cõtinetur, nullo cõcludit̃ loco: ad quã patriam
uadit, orbẽ qui fecit, et poſſidet uniuerſum? dicente
Pſal.88. Propheta. Tui ſunt cæli, & tua eſt terra: orbẽ terrarũ,
& plenitudinẽ eius tu fundaſti. Verũ non ſibi p ſe, ſed
per te tibi egredit̃, & ingredit̃ CHRISTVS, donec
te intromittat expulſum: exulẽ reuocet: reducat, et re-
„ portet eiectũ. Abiit ergo IESVS in patriã ſuã. Nõ

ut ſuã ſibi, ſed ut tuã tibi, quã Adã perdiderat, patriã
» redonaret. Abiit in patriam ſuam. Si natus, quo-
modo non homo? ſi homo, quomodo non ciuis? ſi
ciuis, eſſe illi patriam quis miretur? Sed hic humani
tatis modus, non diuinitatis ordo eſt quem fatetur:
quia qui eſt, et qui erat ante ſæcula Deus noſter, pa-
rens noſter, nouiſſima uoluit eẽ p̃ ſæcula, ut quos po
teſtate fecerat, pietate ſaluaret: & compatiendo reci-
peret, quos extorres arguendo fecerat, & iubendo.
Quicquid enim per hominem ſuſceptum legimus
egiſſe, aut pertuliſſe CHRISTVM, nõ ad diuinitatis
audiamus iniuriã, ſed profeciſſe hominis ad gloriã.
» Et ſequebantur, inquit, illum diſcipuli eius. Merito
diſcipuli CHRISTVM redeuntem ſuam ſequuntur
ad patriam, quos iam in ſuperni ordinis albo deſcri
ptos, cæleſtis patriæ ciues, et municipes electio tanta,
tantæ gratiæ perfecerat plenitudo, dicente Domino.
Gaudete quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cælis. **Luc, 10.**
» Et facto ſabbato cœpit in ſynagoga docere: & mul-
» ti audientes mirabantur in doctrina eius, dicentes.
» Vnde huic hæc omnia? et quæ eſt ſapientia quæ da
» ta eſt illi? & uirtutes tales quæ per manus eius efficiũ
tur? Infelix iudaicæ mentis, & deteſtanda neq̃tia ad
diſcutiendũ ſemp̃ promptior, quam credendum, di
uinis uirtutibus nõ ad fidem, ſed ad calumniam ſol-
licite cõmouetur, uel quia meruit audire ſapientiam
tantã: ſed unde ſit malitioſe curioſa, uel q̃rula, ĩ bonis
ſuſpicax, ad noxia ſatis facilis, doctrinã deſpicit quã
miratur: q̃ probat p̃cepta contemnit: ad Deum cõtatur,
ad idola pprocliuis: in diuinis aſtuta, ligno, lapidi-
bus tota reſoluta: prophetiæ rebellis, contraria ueri
tati: auguriis, mendaciiſq; p̃dita. Rogo, cui cautũ q̃d

cæcus uidet? cui ſollicitũ quod mortuus ſurgit? cui dubiũ quod loquitur mutus? certe quis neſciat eſſe Deũ, cuius ſola curatur oís debilitas iuſſione? Moyſes ſigna fecerat multa: Elias maxima mõſtrauerat documenta uirtutũ: nec diſſimilia opera fecerat Eliſæus: cur nemo perſonã diſcutit? cur nemo ſtatus cõmouet quæſtioné? cur nemo unde eſſent, q ue eẽnt, unde iſta, & per qué facerẽt curioſitate ſic requiſiuit ingratus? Sed iudicatur hic ſolus, qui ſolus iudicare noluit ne puniret: improba ſeueritate diſcutitur, qui ut largiretur ueniã, nil quæſiuit: & cũ ſolus innocens inuenerit oés reos, ad idicium pietatis immenſæ ſuſcipere maluit, q̃ rogare ſententiã: ut uitam mortalibus olim perditã redderet: et repararet occiſos. Vere ſi/
1.Tim.3 cut dixit Apoſtolus. Magnũ pietatis eſt ſacramentũ quod CHRISTI noſtri manifeſtatur ĩ carne. Extendit tñ adhuc curioſitaté ſuã carnalis iſta æmulatio, cui ſemper eſt inimica cogitatio: nec patitur CHRISTVM uirtutibus, et ſapientia Deũ credi, ſed ꝓximorũ, parẽtum, fratrũ, affiniũ documẽto, hominẽ tantũ aſſerit, geſtit, optat intelligi, dicẽdo. „ Nõne iſte eſt fabri filius, et MARIAE? frater Iacobi, et Ioſeph, et Simonis, et Iudæ? nõne et ſorores eius hic nobiſcum
Io.11. ſunt? Caiphas ꝓfano prophetat ore: et cũ ſacerdos eſſet falſitatis ſuæ ſenſum uicit officio ueritatis: ſenté
Nu. 23. & 24. tiã nõ ſuo, ſed addicti probat ĩperio. Balaã maledico benedicit ore, et cõductus ad nequitiã tota loquitur myſteria ueritatis: et ſicut ĩ ſpinis roſa, hoc eſt in frutice horrenti miri odoris floſculi germinant, ita ſenſus aliquotiés peſſimorũ ad bona diuinitatis impulſu aguntur inuiti, ut non ſit meriti, ſed myſterii quod loquntur: quod tunc maliciæ Iudaicæ uidemus eue/

niſſe, quæ in cõtumeliã Dñicæ generationis, cum per artẽ Ioſeph proſapiæ CHRISTI exaggerat ueritatẽ, ueri genitoris cõfitetᵘ, et loquitᵘ q̃litatẽ, dicẽdo. Iſte eſt fabri filius. Bene perſonã tacuit, ut ꝑderet ex arte genitorẽ, dicẽdo nõ Ioſeph, ſed fabri filius. Et quis talis faber, qualis eſt iſte, qui ex nihilo tantũ, talẽ fabricatus eſt mundũ? et quis faber talis, q totius bonæ artis ſolus auctor, ſolus largitor exiſtit? Dic ergo Iudæe fabri filiũ, ut Dei filiũ fatearis iuitus: dic MARIAE, ut uerũ hominẽ, ſed uirginis filiũ cõfitearis impulſus: dic fr̃es, ut tantã dignationẽ tui p̃dices, et ꝑſeras creatoris. Et licet ipſe genetricis ſanctæ p hoc uirtutes moliaris abſcõdere, tñ Euãgeliſtæ ueritas non Ioſeph, et MARIæ, ſed Cleophæ ſororis eius filios, quos tu fr̃es appellas, ꝓbat, et aſſerit extitiſſe: uſus.n. tẽporis et pñtis germanoꝝ, et germanarũ filios, fr̃es noſcitᵘ nuncupaſſe. Nũq̃.n. cõtra pietatis ordinẽ matrẽ dñs extero, hoc eſt, Iohãni cõmendaſſet ex cruce, ſi alios ipſa p̃ter illũ filios ſuſcepiſſet: ſed uirgini uirginem tradit, ut inter tales cura ſola ſacramenti, ſola ſocietas religionis haberetur: nec mundanæ ſollicitudini diſcipulus tantus iſte ſeruiret, ſed prædicaturus uirginitatis partum, domi haberet unde hoc dubitantibus approbaret: at Iacobus unius fœminæ, et matris habere non potuit curam: qui inter primordia, et in illo Iudaico tunc furore Hieroſolymitanã ſingulariter rexit Eccleſiã: bene addidit Dominus. Non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua. Ecce qualiter carnales ſapiunt ciues: ecce qualiter mundani parentes ſentiunt, et honorant. Beatus qui cum patrem meruerit habere Deum, præter cæleſtem patriam nil requirit.

DE PARALYTICO. SERMO L.

Diuis Hieronymo, ac Iohanni Chryſoſtomo falſo aſcriptus.

CHRISTVM ĩ humanis actibus diuina geſſiſſe myſteria, et ĩ rebus uiſibilibus iuiſibilia exercuiſſe negotia, lectio hodierna mõſtrauit. Mat.9. Aſcendit, inquit, in nauiculã, et transfretauit, et uenit in ciuitaté ſuã. Nõne ipſe eſt, q fugatis fluctibus maris ꝓfunda nudauit, Exo.14. ut Iſraeliticus populus iter ſtupentes undas ſicco ueſtigio uelut mõtiũ cõcaua ꝑtrãſiret? Mat.11. Nõne hic eſt, qui Petri pedibus marinos uertices iclinauit, ut iter liquidũ humanis greſſibus ſolidũ ꝑberet obſequiũ? Et quid eſt, qđ ipſe ſibi maris ſic denegat ſeruituté, ut breuiſſimi lacus trãſitũ ſub mercede nautica transfretaret? Aſcendit, inquit, in nauiculã, et trãſfretauit. Et qđ mirũ fr̃es? CHRISTVS uenit ſuſcipe ĩfirmitates noſtras: et ſuas nobis cõferre uirtutes: humana quærere, præſtare diuina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre tædia, referre ſanitates: quia medicus qui nõ fert infirmitates, curare neſcit: et qui nõ fuerit cum infirmo infirmatus, ĩfirmo non poteſt conferre ſanitaté. CHRISTVS ergo ſi in ſuis manſiſſet uirtutibus, cõmune cũ hominibus nil haberet: et niſi impleſſet carnis ordiné, carnis in illo eét otioſa ſuſceptio. Suſtinuit ergo has neceſſitates, ut homo uerus humanis neceſſitatibus probaretur. Aſcendit, inquit, in nauiculã. CHRISTVS Eccleſiæ ſuæ nauem ſæculi fluctus ſemper mitigaturus aſcendit, ut credentes in ſe ad cæleſté patriã trãquilla na-

uigatione perducat: et municipes ciuitatis ſuæ faciat, quos humanitatis ſuæ fecit eſſe conſortes. Non ergo CHRISTVS indiget naui, ſed nauis indiget CHRISTO, quia ſine cæleſti gubernatore nauis Eccleſiæ per mundanum pelagus tali, et tanto diſcrimine ad cæleſtẽ portum non ualet peruenire. Hæc diximus fratres, quãtum ad intelligentiã pertinet ſpiritualẽ: uerum nunc ipſius hiſtoriæ ordinẽ ꝓſequamur. Aſcẽdit, inquit, in nauiculam, et tranſfretauit, et uenit in ciuitatem ſuam. Creator rerum, orbis Dominus, poſteaq̃ ſe propter nos noſtra anguſtauit in carne, cœpit habere humanam patriam: cœpit ciuitatis Iudaicæ eſſe ciuis: parentes habere cœpit parentum omnium ipſe parens: ut inuitaret amor, attraheret charitas, uinceret affectio, ſuaderet humanitas, quos fugarat dominatio: metus diſperſerat: fecerat ius poteſtatis extorres. Venit in ciuitatem ſuam: et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto: et reſpiciens, inquit, IESVS fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili: dimittuntur tibi peccata tua. Audit ueniam, et tacet paralyticus, nec ullam reſpondet gratiam, quia plus corporis, q̃ animæ tendebat ad curã: et temporales ærumnas reſoluti corporis ſic deflebat, ut æternas pœnas reſolutioris animæ non defleret: gratiorem ſibi præſentem uitam iudicans, quam futuram. Merito CHRISTVS offerẽtium fidem reſpicit, et uecordiam reſpicit ſic iacẽtis, ut fidei alienæ ſuffragio paralytici anima ante curaretur, quam corpus. Reſpiciens, inquit, fidem illorum. Cernitis in hoc loco fratres, Deum non quærere inſipientiũ uoluntates, nõ expectare ignorantiũ fidẽ, nõ infirmoꝝ ſtulta deſideria perſcrutari, ſed ad alterius fidẽ

ſubuenire,quod per ſolã gratiã cõferebat,cum quic/quid diuinæ uolũtatis eſt nõ negaret.Et re uera fr̃es, quãdo medicus languentiũ,aut q̃rit, aut reſpicit uo/luntates,cũ ſemper cõtraria deſideret, & requirat infirmus:hinc eſt quod nunc ferrũ,nunc ignem,nunc amara pocula ingerit,& apponit inuitis, ut curã ſani ſentiant,quã nõ poterãt ſentire ægrotãtes.Et ſi hõ iniurias deſpicit,maledicta cõtemnit,ut sauciatis morbo ſponte uitã cõferat,& ſalutẽ: quãto magis CHRISTVS medicus bonitate diuina morbis ſaucios peccatorũ,& phreneſi criminũ laborãtes,ad ſalutẽ etiã inuitos atrahit,& nolentes.O ſi uelimus fratres,o ſi uelimus omnẽ mentis noſtræ paralyſim puidere,animã noſtrã uirtutibus deſtitutã iacere in uitiorũ ſtratis cerneremus:luceret nobis quẽadmodum CHRISTVS & noſtras cotidie noxias reſpicit uolũtates:& ad ſalutaria nos remedia pertrahit,& purget inuitos.
» Fili,inquit,remittũtur tibi peccata tua. Hæc dicens, Deũ ſe uolebat intelligi,qui p hominẽ oculis adhuc latebat humanis : uirtutibus.n.& ſignis cõparabatur Prophetis,qui per ipſum fecerãt & ipſi uirtutes:peccatis autem dare ueniam,quia penes hominem non eſt,& eſt ſingulare deitatis inſigne,Deũ illũ pectoribus iſerebat humanis. Probat hoc Phariſaicus liuor:
» nam cum dixiſſet, Remittuntur tibi peccata tua.
» reſponderunt phariſæi. Hic blaſphemat: quis enim
» poteſt peccata remittere niſi ſolus Deus? Phariſæe q ſciẽdo neſcis,cõfitẽdo negas:cũ teſtaris,ipugnas:ſi deus ẽ q remittit peccata,cur tibi CHRISTVS Deus nõ eſt,qui unius indulgẽtiæ ſuæ munere totius mũ/
Ioã.1. di pbat abſtuliſſe peccata?Ecce,inqt,agnus Dei:ecce qui tollit peccata mundi. Vt autẽ poſſis maiora cape

eius diuinitatis inſignia:audi eum pectoris tui pene
traſſe ſecretū:aſpice eum ad cogitationū tuarū late/
bras perueniſſe:intellige eum cordis tui tacita nuda
,, re conſilia. Et cū uidiſſet, inquit, IESVS cogitatio/
,, nes eorū, dixit: quid cogitatis mala in cordibus ue/
,, ſtris? Quid.n.eſt facilius dicere,remittuntur tibi pec
,, cata tua:an dicere,ſurge,& ambula?ut autem ſciatis
,, quia filius hominis habet poteſtatē dimittendi pec/
,, cata,dixit paralytico,ſurge,tolle lectū tuū:& uade in
,, domū tuā:& ſurrexit:& abiit ī domū ſuā. Scrutator
animaꝵ præuenit mentiū maligna cōſilia,& deitatis
ſuæ potentiā operis atteſtatione mōſtrauit,dum diſ/
ſipati corporis mēbra cōponit:neruos ſtringit:iūgit
oſſa:cōplet uiſcera:firmat artus:& greſſus ad curſum
,, ſuſcitat in uiuo cadauere iam ſepultos. Tolle lectū
,, tuum. Hoc eſt,porta portantē,oneris muta uices,ut
quod eſt infirmitatis teſtimoniū,ſit probatio ſanita
tis:ut lectus doloris tui ſit meæ curationis inditiū:ut
receptæ fortitudinis magnitudinē ponderis aſſerat
,, magnitudo. Vade,inquit,ī domū tuā. Ne Chriſtia/
na fide curatus in uiis Iudaicæ perfidiæ iā moreris.

DE DAEMONIACO SVRDO, ET MVTO. SERMO. LI.

QVia ſolito plus ſe ſe terris æſtus infude
rat diu tacui,ne cōpreſſio quæ ex deſi/
derio naſcitur audiendi,ipſa nobis cy/
nocaumatū generaret incendiū: nūc
ubi aerē tēperies mitigauit autumni,
Dñicum,iuuante Dño, reuocamur ad uerbū. Cū fi/
liū ſuū quidā ſurdi,& muti ſpiritus furore poſſeſſum

Digitized by Google

ingereret Dño curãdum, Dñm præter moré patien/
tiæ ſuæ Euãgeliſta ſic rettulit fuiſſe cõmotũ, ut ante ĩ
patris ulnus ipſe inueheretur, quã ad filii moueret
Mar. 9. „ curã. Rñdens, inquit, unus de turba dixit. Magiſter
„ attuli filiũ meũ ad te hñtem ſpũm mutũ, qui ubicũq;
„ eum apphenderit, allidit eũ: & ſpumat: et ſtridet den
„ tibus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis ut eiicerent eũ,
„ & nõ potuerũt: qui rñdens eis dixit. O gñatio icredu
„ la. Rñdẽs unus de turba: quid eſt quod uno interro
gãte feriunt multi? quid eſt quod cõquirẽte uno in/
credulitatis notantur oẽs? quid eſt qđ ad unius uocẽ
tota gñatio ſupba pfidiæ nuncupat? quid eſt? quia
iſte nõ ad Deũ uenerat, ſed ad magiſtrũ uenerat: cu/
rã nõ a uirtute exigens, ſed ab arte: tarditaté curæ nõ
cauſæ deputans, ſed curanti: ipoſſibilitaté diſcipulo℞
magiſtri iperitiæ aſſignans: Iudaico liuori, inuidiæ
„ ſcriba℞ talẽ ſatiſfaciens p clamoré. Et dixi diſcipu/
„ lis tuis ut eiicerent eũ, & nõ potuerunt. Hoc eſt dice
re, eſſe diabolũ qui CHRISTO nõ cederet; eſſe dæ/
moné qui parui poſſit CHRISTI nois hr̃e uirtuté.
Diſcipuli non ſuo, ſed CHRISTI noie dæmones de
obſeſſis corporibus effugabãt. Quod ergo Dæmon
diſcipulis iperitibus nõ cedebat: iſte ad ifirmitatem
CHRISTI nois, nõ diſcipulo℞ trahebat ad culpam.
Videns ergo Dñs Iudæo℞ ſic circũſtantes ſapere ca/
teruas, in filiis patrũ perfidiã ſic inurit: & in genitori
bus germina ſic uenenoſa percellit: O gñatio icredu
„ la. Veniens, inqt, Dñs ad diſcipulos ſuos uidit circa
„ illos turbã magnã, & ſcribas cõquirẽtes cũ illis: & cõ/
„ feſtim oĩs populus uidens IESVM ſtupefactus eſt, &
„ expauerunt. Timẽtes utiq; ne qđ inſultauerãt diſci/
pulis, ueniẽte magiſtro hoc perderẽt: et tãto dæmo/
ne fugato ipſa fieret diſcipulis cauſa gloriæ, q̃ fuerat

Digitized by Google

cõfuſionis occaſio. Hinc eſt qd' Dñs uno oibus iterro
» gãre rñdit. O gñatio icredula quãdiu apud uos ero?
Quoꝝ icredulitate neq; unus dæmon captiuo fugat
» ex corpore. Quãdiu apud uos ero? Et nõ ad gentes
mittã: ubi ad unius diſcipuli mei uocẽ rẽpla corruũt:
ſimulacra fugiũt: cõſumunt aræ: cadũt idola: cædunt
luci: tota dæmonũ poteſtas ãtiqs, & ueternoſis ſedib.
ſuis gemẽs, et tremens, & eiulãs effugat: cõmutant in
eccleſias delubra: i altaria uertuntur aræ: pecoꝝ uicti
mæ mortuoꝝ i uiuã cordis hoſtiã trãſferũt: auguria,
diuinatiões, ſomnia, i ſolo Dei nutu, i Dei tm̃ ꝯſtituũt
» arbitrio. Quãdiu apud uos ero? quãdiu patiar uos?
Patit patiẽtia, nõ timore: nõ neceſſitate, ſed miſicor-
dia: expectatiõe, nõ metu hos patit, portat, expectat, q
» redire uult ipiũ; nõ pire. Afferte illũ ad me. q̃ſi lõge
põſitũ curare nõ poſſit: ſed afferte uos incredulitatis
ueſtræ cauſam, ĩfidelitatis titulũ, pfidiæ documentũ.
» Afferte illũ. Vt q; ſaltẽ docẽti Deo noluiſtis credere,
uel dæmone ꝯfitẽte credatis: & ſentiatis uos ipſo dia-
bolo neqores, cũ uideritis illũ confiteri, tremere ſui
» mox pñtia cognitoris. Et attulerũt eũ: et cũ uidiſſet
» eũ, ſtatim ſpũs ꝯturbauit illũ: et eliſus i terra uolueba
» tur ſpumans. Voluebat hõ, ſed diabolus torqbat: in
uaſum uexabat cura, ſed iuaſorẽ maieſtas iudicis ar-
guebat: ſiſtebat captus, ſed puniebat hoſtis: Diaboli
pœna cruciatu humani corporis apparebat. Opus eſt
fres, opus ẽ Dei lumine, ne i ope Dei oculi ſic fallant
» humani. Et iterrogauit patrẽ eius, quãtũ tẽporis ẽ,
» ex quo hoc accidit ei? at ille ait: ab ĩfantia. Requirit
paſſiõis tẽpus auctor tẽporis, medicus paſſionis tem
pus requirit, non ut neſcius, ſed ut ſciens neſcienti-
bus prodat: deniq; interrogatione tali tẽpus aperit:

ætatem pandit, reuoluit infantiã,ut tanti mali cauſa
non tangat ſobolẽ,ſed parentẽ: quia a Deo ſibi datũ
pignus ad diaboli gratiã,dæmonũ rettulit ad hono/
ps.105 rẽ:dicẽte ſcriptura. Et obtulerunt filios ſuos, & filias
ſuas dæmoniis. Infantia ut i ſe diabolo locũ faceret,
quid criminis admiſerat? quid reatus? ſed replẽtur
dæmone paruuli,quãdo a parentibus ſuis offeruntur
diabolo:dæmonũ ducuntur ad curã. Deniq; patris fi
de ſoluitur:quẽ patris infidelitas illigarat.Patris uox
» eſt. Si quid potes adiuua nos miſertus noſtri. Hoc
eſt,nos adiuua, miſerere nobis, quoq; reatus aggra/
uat innocentẽ:ad quoq; pœnã infantis periculũ ſic re
dundat. Et bene Dominus a parente fidẽ repetit di/
» cens. Si potes credere,oĩa poſſibilia ſunt credenti.
» Et pater. Credo Domine:adiuua incredulitatẽ meã.
Pater credidit:&,ſicut diximus, patris liberatur fide,
qui patris fuerat infidelitate damnatus. Nã cui geni/
toris fides profuit,quomodo ei genitoris pfidia po/
tuit non obeſſe? Quõ autẽ ſanatus ſit,uel quare diſci
puli qui multos eiecerant dæmones hunc nequerint
effugare,iuuãte Dño ſecuturo ſermone pãdemus.

DE EISDEM. SERMO.LII.

DOctoris officium eſt lecta diſſerere, et
myſticis obſcurata ſenſibus lucido a/
ſtruere,et demõſtrare ſermone,ne mi
nor intelligẽtia inde perniciẽ generet
auditori,unde ſcientiã cõferre debuit,
& potuit ſalutarẽ.Hæc eſt igitur hodiernæ cõſonãtia
Mar.9 » lectionis.Et reſpõdens unus de turba dixit.Magiſter
» attuli filium meũ habentem ſpiritũ ſurdũ, & mutũ.
Non dixit,

Non dixit;attuli filium meum ſurdum, & mutū, ſed attuli filium meum habentem ſpiritū ſurdum,& mutum.Nunquid nequitia ſpiritalis humanis diſtinguitur mēbris? et ſenſibus anguſtatur humanis? ut debilitates noſtras,noſtras perferat paſſiones? nec uidere poſſit niſi feneſtris oculorum? et foraminibus aurium capere auditum? ſermonē linguæ, aut oris officio proferre? et per hoc ſurdi,mutiq; ſtatum miſerabilem ſuſtinere? cum tenuis,et aería natura carnem neſciat:refutet oſſa: uelut aura ſpirans orbē totum temporis tranſeat in momēto: diuerſas ſpecies aſſumat:uarias mutetur in formas:corda penetret:illudat animabus:inſpiret impias,et turpiſſimas cogitationes:nec unde ueniat, aut quo redeat ſentiatur: ac ſic innocuas mentes,uelut iaculum uolans,lethali uulnere,et tota facilitate tranſuerberet. Parum eſſet ſi hoc pater ſolus ſuā ſupplicatione dixiſſet: cū dicit:

" Attuli filium meum habentē ſpiritum ſurdū,& mu
" tum: niſi Dominus ipſe immūdum ſpiritum tali in
" crepatione depuliſſet. Surde, et mute ſpiritus ego
" præcipio tibi,exi ab eo. Sed iam quæ ad ſolutionem quæſtionis pertinent proſequamur.Deus qui Dæmones eſt perpetuo crematurus incendio, qui iam eos & in præſentia aſtringit uinculis, angit cruciatibus, urget pœnis,poteſt & cū iuſſerit tota debilitate truncare:atq; eo modo quo uident,quo audiunt, quo loquūtur cæcos reddere:ſurdos,et mutos facere ne loquantur.Sed in hoc loco quid Diabolus homini fecerit declaretur. Antiquus refuga,ubi Deū terris repperit aduenifſe,obſtruxit aures hominum: uinxit linguā:& obſeratis humani ſenſus foribus ſpeluncæ ſuæ latebram pectus fecit,et parauit humanum: æſtimās

Digitized by Google

quod illuc auditus uerbi, uirtus diuini nominis non ueniret: ſimul ut eſt doloſus, & callidus patrem capere, parenteſq; tali ſe credidit decipere figmēto: ut deſperarent curari poſſe eum; qui audire nec poterat, nec fari: et ut quod erat Diabolici operis, eſſe crederent debilitatis humanæ: deputarent pignori, aſcriberent naturæ, quod intulerat hoſtis incluſus. Deniq; ſicut Matthæus de eodem refert, & alia ſimulatione iſtius miſeri fefellerat patrem: nam ibi ſic ſupplicat:
Mat. 17. Dñe miſerere filii mei quia lunaticus eſt: et male torquetur. Aut humanæ naturæ, aut cæleſtis elemēti dæmon quod ſuæ artis fuerat uoluit tunc uideri: aptans Lunæ curſibus hominis paſſiones, uexabat corpus lunaribus incrementis, ut eſſe lunæ crederent; qđ erat Diabolici criminis, et furoris. Sic homines illuſit: circumuenit ignaros: infamauit apud deſides creaturā; quæ lumini tantum condita lædere neſcit homines, quos continua magis iuuare cogitur ſeruitute. Verū poſteaq̄ uenit occultorū cognitor, inſpector ualidiſſimus ſecretorum, cui latentia Diaboli non poterāt obuiare figmēta, adducitur puer ſanādus præceptione diuina, ut quicquid Diabolus uinxerat, ſolueret̄ a CHRISTO. Egit, egit inimicus ut hoc quod uidebatur, eſſet naturæ. Sed quare Diſcipuli non potuerunt eiicere eum? quia hic homo gentilis populi producitur in figuram: ſiquidē gentilis populus, iuxta Apo-
Eph. 2. ſtolum, habebat ſpiritū aeris huius. Aeris, inquit, ſpiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Hic ergo erat ſurdus, et mutus, qui nec audire legem poterat: nec Deum poterat confiteri: ſed in igne gehennæ, et per aquas amari ſemp gurgitis iactabatur: nec poterat a Diſcipulis, uel ullo homine ſanari, quia CHRI-

STVS olim auditus fidei, confeſſio ſalutis, gentium redẽptio dicebat, et uita. Deniq; ubi imperio CHRISTI fugatus eſt Diabolus, pateſcunt clauſa: uincula ſoluuntur: ſermo redditur: auditus redit: homo reparatur: et ſolus Diabolus deflet diuturna ſe poſſeſſione detruſum. Hinc eſt quod ueniens ex gentibus impoſitione manus, et exorciſmis ante a dæmone purgatur, et aperitionem aurium percipit, ut fidei capere poſſit auditum: ut poſſit ad ſalutem proſequente Domino peruenire.

DE PACE. SERMO. LIII.

BEati pacifici, ait Euangeliſta, chariſſimi, quia ipſi filii Dei uocabuntur. Mat. 5. Merito Chriſtianæ uirtutes uireſcunt in eo qui unanimitatem Chriſtianæ habet pacis: nec peruenitur ad uocabulũ filii Dei niſi per nomen pacifici. Pax eſt chariſſimi q ſpoliat hominem ſeruitute: dat nomen ingenuũ: mutat apud Deũ cũ conditione perſonam: ex famulo filium, liberum facit ex ſeruo. Pax fratrum uolũtas eſt Dei: iucunditas CHRISTI: perfectio eſt ſanctitatis: iuſtitiæ regula: magiſtra doctrinæ: morũ cuſtodia: atq; in rebus omnibus laudabilis diſciplina. Pax ſuffragium precum eſt: ſupplicationum facilis, atq; impetrabilis uia: deſideriorum omnium cõpetens plenitudo. Pax dilectionis mater eſt: concordiæ uinculum: ac puræ mentis indicium manifeſtum: quæ ſibi exigit de Deo quod uelit: quæ quicquid uoluerit petit: quicquid petierit ſumit. Pax præceptis regalibus conſeruanda eſt, ipſo Domino CHRISTO dicente,

Ioā. 14. Pacem relinquo uobis:pacem meam do uobis: hoc eſt dicere:In pace uos dimiſi,in pace uos inueniam: proficiſcens uoluit dare quod deſiderabat rediēs in omnibus inuenire.Cæleſte mādatū eſt ſeruare quod dedit:una uox eſt,inueniā quod dimiſi. Plantare pacem radicitus eſt Dei, euellere penitus inimici: nam ſicut amor fraternitatis ex Deo eſt,ita odium ex Diabolo: quapropter damnanda ſunt odia, quoniā ſcri-
1.Ioā.3. ptum eſt.Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.Videtis ergo fratres dilectiſſimi quare pax amanda eſt,et diligenda cōcordia:iſta ſunt.n.quæ generant, & nutriūt charitatem: ſcitis autem ſecundū Apoſtolum,
1.Ioā.4. quia charitas ex Deo eſt:ſine Deo ergo eſt qui nō habet charitatem.Pax plebis chariſſimi eſt gloria ſacerdotis: et pacis plena lætitia eſt perfecta charitas filiorum.Sacerdotis eſt admonere quod decet,plebis eſt audire quod monet: quicquid non licet Paſtoris eſt prohibere,gregis audire,ac uelle ne fiat:utraq; ſi cōueniant,ſalua ſunt omnia:nec Deus inuenit in plebe quod puniat:nec ſacerdos pōt habere quod doleat. Seruemus ergo fratres mādata quæ uitæ ſunt:teneat ſe profundæ pacis nexibus colligata fraternitas: & ſalutari uinculo charitatis mutua ſe dilectione cōſtringat,quæ operit multitudinem peccatorum.Dilectio ergo omnibus deſideriis amplectēda eſt:quæ tot bona poteſt habere,quot præmia. Cuſtodiēda præ omnibus uirtutibus pax eſt,quoniā Deus ſemper in pace eſt.Locum nō demus inimico,ne in tritici ſegete ualeat ſeminare zizania:et ſecuro iam ruſtico, & ſpe lōgi laboris eluſo,expectatos fructus ipſa meſſis maturitate perdat:aut uinum uetuſtate ſuaue in liquorem perfidiæ demutatum infuſa fæcis permixitione con

turbet:aut inter dulcia mella felle uenena amariora confundat. Procul contentiones, procul lites, procul „ maledicta mittãtur: et quia laqueus ẽ mortis lingua ſuſurronis, & bilinguis, parcat unuſquiſq; animæ ſuæ, ne in ſuppliciũ ſuũ uincla ſibi mortis innectat. Ama te pacem, & tranquilla ſunt omnia: ut et nobis p̃mia, & uobis gaudia referuetis: ut Eccl'a Dei in pacis unita te fundata perfectã in CHRISTO teneat diſciplinã.

DE ZACCHAEO. SERMO. LIIII.

BEatus Euangeliſta proxime dum diuitis inhumani uitam deſcribit, et finem, humanos mouit, & mœſtificauit affectus: ſed hodie Zacchæi diuitis humanitatem, fidemq; referendo
„ cæleſte nos extulit, & prouexit ad gaudiũ. Et ingreſ Luc. 19.
„ ſus, inquit, IESVS perambulabat Hierico. Quare perambulabat, nõ ambulabat? quia quod Moyſes ambulauerat, perambulabat CHRISTVS: et populum quem Moyſes induxit in uia, IESVS ad quietem pro
„ miſſæ manſionis adduxit. Perambulabat Hierico. Hierico Ciuitas ipſa eſt, quam Ieſus Naue ſepteno tubarum clangore ſubuertit. Sed quia CHRISTVS uenit ſaluare quod perierat, ingreditur Hierico, ut qđ lex terribili uociferatione deiecerat, IESVS clamo Ioſ. 6.
„ re piæ prædicationis attollat. IESVS, inquit, ingreſ
„ ſus perambulubat Hierico: & ecce uir nomine Zac
„ chæus, et hic erat princeps publicanorum, et ipſe di
„ ues. Princeps publicanorũ in ciuitate perdita perditi operis Zacchæus egiſſe ſcribitur principatum: ex loco, perſona, officio, reatus magnitudo mõſtratur, ut

ex magnitudine criminis remittentis luceat magnitudo. Et quærebat IESVM uidere. Qui CHRISTVM uidere quærit, cælum unde CHRISTVS est, non terram de qua aurũ est, intueatur. Diues ergo qui ſurſum reſpicit non portat diuitias, ſed proculcat: nec incuruatur diuitiis, ſed leuatur: atque agit diuitias ad largientis obſequium, non ad diuitiarum auaritiæ ſeruitutem: diuitiarũ ſeruus, non Dñs eſt auarus: at miſericors tot ſeruos ſe probat habere, quot nummos. Quærebat Ieſum uidere, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Satis hic animo magnus erat, qui puſillus uidebatur in corpore: nã mente tangebat cælos, qui corpore homines non æquabat. Nemo ergo de breuitate corporis cui addere nil poteſt curet, ſed ut fide emineat hoc procuret. Et præcurrens aſcendit in arborem. Quibus putas iſte gradibus altiſſimæ arboris peruenit ad ramos? Iſte calcauit terrã, ſuper aſcendit aurum, tranſcendit auaritiã, & totam diuitiarum ſupergreſſus eſt molem, ut proſiliens in arborem ueniæ, miſericordiæ apprehenderet fructũ: et de ſpecula cõfeſſionis, indulgentiæ cerneret largitorem. Aſcendit in arborẽ ſycomorum. Myſterio, non caſu aſcendit in arborem ſycomorũ, ut unde Adã texerat nuditatem corporis, Zacchæus inde uelaret fœditatẽ auaritiæ. Aſcendit in arborẽ ſycomorũ ut uideret IESVM, quia inde erat trãſiturus. Vere dixit trãſiturus: quia CHRISTVS per terrenas uias, & humanos labores nõ mãſurus uenerat, ſed uenerat trãſiturus. Cum aũt IESVS ueniſſet ad locũ, ſuſpiciens uidit eũ. Quaſi ſi illuc non uertiſſet

Ioã. 1. oculos nõ uideret, qui Nathanael cũ abſens eſſet ſub eadẽ arbore longe uidit: ſed uidit eum, uidit ad ue-

niam:reſpexit ad gratiã:intendit ad uitã:cõtẽplatus
eſt ad ſalutẽ.Deus quẽ uidet nõ ut ignorans agnoſce
„ re cupit;ſed ut ſciẽs ad gloriã uult uidere. Vidit eũ:
„ & ait ad illũ. Zacchæe feſtinãs deſcende, quia hodie
„ oportet me in domo tua manere. Si bene aſcende-
rat,quare ei dicit̃ deſcẽde? Superius dixit; p̄currens
aſcẽdit arborẽ:p̄currit ſeruus dñm:& ante Zacchæus
aſcendit arborẽ,quã crucẽ dñator aſcẽderet: hinc eſt
„ quod ei dicit̃. Feſtinãs deſcẽde: ſi ſapis, feſtinãs de-
ſcende:deſcende ante Dñm de Adamatica arbore, ut
poſt crucẽ Dñicæ paſſionis aſcẽdas.Niſi qs tulerit cru **Mat. 10.**
cẽ ſuã,& ſecutus me fuerit:nõ dixit p̄ceſſerit me. De-
ſcẽde ergo ut deponas tantæ fraudis onera: pondera
cupiditatis:uſurarũ molẽ: magiſteriũ publicani: exa
ctionis crudeliſſimæ principatũ:expeditus itres paup
tatis ſcholã: diſcipulatũ miſericordiæ:pietatis uſum:
patiẽtiæ diſciplinã: ſtudia uirtutũ: ſciẽtiã diuinitatis:
tolerantiã paſſionũ: philoſophiã mortis:atq; inter ui
„ talis ligni ardua iã p̄fectus aſcẽdas. Deſcẽde, qa ho-
„ die in domo tua oportet me manere. Cuius domũ
nõ intrauerit CHRISTVS,ille ad diuinã nõ p̄ueniet
manſionẽ:et cuius hic ad menſam nõ ſederit CHRI
„ STVS,ille cæleſtẽ nõ accũbet ad menſam. Et feſti-
„ nãs deſcẽdit:& ſuſcepit eũ gaudẽs. Gaudet qa ſuſce-
pit ſuſceptorẽ ſuũ:qa paſtorẽ ſuũ paſcit:quia reus iu
dicẽ ſuffragio humanitatis inclinat:qa cibi, et potus „
fœnore debitorẽ ſuũ ſibi facit,et acquirit: et ſic fit,ut „
„ quæſtũ nõ p̄dat publicanus iſte, ſed mutet. Et cũ ui
„ derẽt,inqt,oẽs murmurabãt dicẽtes, ꝙ ad hominẽ
„ peccatorẽ diuertiſſet. Et quis ſine peccato? et ſi ne- „
mo,ipſe ſibi ueniã negat,q Deũ ꝙ ad peccatores in
greditur accuſat:Deus quãdo peccatorẽ quærit,non

peccata,ſed hominem quærit:ut peccatum quod eſt
opus hominis,deſpiciat:ut opus ſuũ quod homo ẽ,
Pſal. 50. non amittat : audi Prophetam dicentẽ. Auerte faciẽ
tuam a peccatis meis: hoc eſt, ab operibus meis : de
ps. 137. ſe aũt.Opera manuũ tuarum ne deſpicias . Iudex cũ
uult ignoſcere,hominẽ reſpicit,nõ culpam: pater cũ
miſereri uult filio,affectum cogitat,non delictũ : ſic
in homine Deus ſui memor eſt operis,ut operis obli
uiſcatur humani.Tu ergo qui reprehendis,qui mur-
muras,cur ad peccatorẽ diuerterit CHRISTVS, uiã
ſalutis,exemplum ueniæ,miſericordiæ ſpem, de tali
ingreſſu cape:& caue ne hoc tibi ſit blaſphemãdi ma
teria,quod tibi occaſio ẽ ſalutis. Quo medicus niſi
ad ægrũ ? Nõ eſt opus,inquit,ſanis medicus,ſed ma-
le habentibus: ubi anhelus paſtor niſi ad ouẽ perdi-
tam ? quãdo ſe Rex hoſtibus ĩmiſcet , niſi cum uult
liberare captiuũ ? Et qui pretioſam perdit margari-
Mat. 9. tam,loca ſqualſida nõ dedignatur intrare:et eã inter
ſtercora ipſa perquirere nõ abhorret: in quod pceps
poſt filiũ nõ ſe dat mater ? et arguitur Deus qui crea
Gen. 1. uit hominem ad imaginẽ,& ſimilitudinẽ ſuã , quare
hominẽ inter peccata charitate conditoris inquirit.
Murmuras homo quare hominẽ Deus inter peccata
quærat : quid facies,cum uideris eũ propter hominẽ
ipſas tenebras tartari penetrare? Audi tñ quid ingreſ
„ ſus ad peccatorem fecerit CHRISTVS. Stans,inqt,
„ Zacchæus dixit. Vides quõ erectus eſt qui iacebat.
Iacemus in uitiis,& iacemus oppreſſi:ſtamus,cũ bo-
nis operibus erigimur ad profectum. Stans, inquit,
„ Zacchæus dixit : dimidiũ bonorũ meorum do pau-
„ peribus. Iſte poſt mortẽ ſe credit eſſe uicturum,qui
dimidiũ bonorũ iam futuram tranſmittit ad uitam.

Digitized by Google

Sit licet ille perfectus, qui totũ quod habet, illuc ubi uicturus eſt ſemper hinc præmittit, eſt iſte tñ uirtutũ ſocius, conſors prudentiæ, fidei particeps, qui ad Deũ uel dimidium mittit: quia homo quod hic reliquerit, hoc amittit. Et reuera fratres, ſicut ſe iſte ibi credit uiuere, qui illuc tranſmittit ſua, ita ille ſe ibi non credit eſſe uicturũ, qui ſibi illic quod habere debeat nil pararit. Nam ſi paupertatem uix ferre poſſumus temporalem, in æternũ mẽdicus fieri quis durabit? Quis militans non ad patriã mittit quicquid bellico ſudore conquirit, ut adoleſcentiæ labores ſenectus delitioſa cõpenſet? et Chriſtianus cui militare eſt id quod uiuit in ſæculo, quomodo non cogitat ut pericula terrena otiis cæleſtibus conſolet? Qualiter hæc faciat Chriſtianus, Zacchæus ipſe et uerbo docet: et
„ monſtrat exemplo. Dimidium bonorũ meorũ do
„ pauperibus: et ſi cui aliquid fraude abſtuli, reddo qua
„ druplum. Qui aliena prorogat, plus dando diripit, ꝗ̃ furando: nec cõpeſcit inde dolentum gemitus, ſed producit: audeo dicere, qui de fraude Deo offert, cõmemorat crimina, non emundat: quia Deus in tali munere exuuias ſuorũ pauperum, nõ miſericordias intuetur. Sine cauſa deo plorat, contra quẽ iuſte cauſa pauperis plorauerit Deo. Dei uox eſt. Si pignus tuleris fratri tuo tunicã, ante ſolis occaſum reddes illi. Exo. 12.
Sicut furem lucerna prodit, ita ſol eos qui fraudãtur accuſat. Si uolumus Deo offerre noſtra, ſi apud Deũ quæ noſtra ſunt poſſidere uolumus, mereamur et
„ nos audire talia, qualia Zacchæus audiuit. Hodie do
„ mui huic ſalus aduenit, quia & hic filius eſt Abrahæ. Inhumanus diues cum eſſet filius Abrahæ, factus eſt gehẽnæ filius: iſte cum eſſet rapinæ filius, dando ſua,

Digitized by Google

aliena redhibendo Abrahæ adoptatur in filium. Ne quis tñ putet Zacchæum offerendo dimidiũ bonorũ perfectionis non tenuiſſe faſtigiũ, qui poſt oĩa ſua, & ſeipſum ſic dedit dño, ut Epatus honore fultus, a mẽſa publicani quæſtus ad menſam Dñici corporis perueniret:& fraudulentas ſæculi diuitias derelinquens, in paupertate CHRISTI ueras ſæculi diuitias inueniret.

IN ILLVD LVCAE. QVIS EX VOBIS PATREM PETIT PANEM; ETC. DEQ. PATRVM IN FILIOS CHARITATE. SERMO. LV.

POſteaq; præcepta legis diffuſa uoluminibus, congeſta libris, amorem nobis non ſuffecerunt cõmendare diuinum, duris hominũ præcordiis comparationibus, exẽplis, inſeritur Dei, & inſinuat
Luc. 11. affectus. Quis, inquit, ex uobis patrẽ petit panẽ, nun
,, quid lapidem dabit illi? aut piſcẽ, nunquid pro piſce
,, ſerpentẽ dabit illi? aut ſi petierit ouũ, nunquid por
,, riget illi ſcorpionẽ? Si ergo uos cum ſitis mali, no
,, ſtis bona data dare filiis ueſtris, quanto magis pater
,, ueſter cæleſtis ſpũm bonũ dabit petentibus ſe? Quis ex uobis patrẽ petit panẽ, nunquid lapidẽ dabit illi? Charitas dolũ non habet: fraudẽ pietas, affectio non recipit falſitatẽ. Si pater eſt, non poteſt non amare: ſi amat, niſi quod bonũ eſt dare neſcit: negat patrem, qui de patris ſuſpectus eſt largitate: ignorat ſe filiũ, quẽ data paterna ſollicitant: totum quod eſt pietatis excludit, qui ſalutare non credit quicquid dederit pater: aut quomodo pater poterit filiis dare mala ꝓ bo

nis, qui mala ſemper pro filiis paratus eſt ſuſtinere:
qui pro filiis mortem non refugit: pericula non de/
clinat: ideoq; te Deus patrem fecit: ideo a te uoluit
hominem procreari: qui utiq; q te de terra fecerat,
poterat feciſſe q plurimos: ſed egit, ut generando ſci/
res quanta eſſet generantis affectio: et in te amorem
tui tantum probares auctoris, quantũ ipſe auctor pi/
gnoris tuo pignori conaris impẽdere. Certe non ſo/
lũ in te quid eſſet generantis affectio ſentire te Deus
noluit, ſed in feris, et i pecudibus, et auibus, hoc Deus
uoluit te uidere: quæ cũ de terra produxerit ſola iuſ/
ſione, poſtea laborẽ ſentire cõpulit generandi: muta
re patrias: loca cubilibus apta conquirere: fœtus loco
rũ difficultatibus cõmunire: gemitibus edere: maxi/
mis laboribus enutrire: ac ſe morti, ſi natos ſuos ca/
pi uiderint, non negare: unde ſi non hominis, uel fe/
rarum cõparatione, pecudum ſimilitudine, exemplis
auium, diſce quanta ſit in paterna charitate ſynceri/
tas. Si ergo Deũ credis, & cõfeſſus es patrẽ, quicquid
iuſſerit, quicquid in te elegerit; crede tibi ſatis eſſe ſa
luriferũ: crede ſatis eſſe uitale. Matris data diſcutere
non licet: patris monita retractare non conuenit: ſit
licet paterni mandati ſpecies triſtior, res tñ ipſa ſalu
tifera, & uitalis. Sic Abraham ubi Deũ patrẽ credidit Geñ. 17.
mandatorũ formas non attendit aſperas, & acerbas:
circunciſionẽ recipit uerecundã: & quæ cæleſtis pater
iubet nõ diſcutit, ſed iudicat glorioſa: parricidiũ con
ſiderat perſceleſtũ, ſed quia Deus imperat, totũ pieta
ti cõmittit: hinc Iſaac patris ſup ſe gladium cũ uide/ Geñ. 22.
ret, hoſtiã ſe eſſe cũ horrere, cũ dolere poterat, eſt ga
uiſus: hinc Iephte filia pris munus, pris uota, ſua mor Iud. 11.
te tota gratulatione pſoluit. Quare ergo iam ſciens

Deū de patris diſputat datis? cū paruulus, et inocuus quærit a pře, nō niſi bona,& profutura percipit. Sed
» cur has ſilitudines Dñs fecerit pquiramus. Quis, in/
» quit, ex uobis patrē petit panē, nunqd lapidē dabit il li? Potuit dicere, nunqd zizania? nunqd loliū, quod ex uicinitate,& ſilitudine mentiť panē, ſed gñat angu ſtias? Sed CHRISTVS uenerat filiis, ideſt, Iudæis;
Iſa. 1. quos genuiſſe tali clamore qrebatur: Filios genui,& exaltaui: ipſi aūt ſpreuerūt me: uenerat ergo filiis, ue
Ioā. 6. nerat panis de cælo, q dixit. Ego ſum panis qui de cæ lo deſcēdi: ſed Iudæis eſt cōuerſus in lapidē offenſio
Rom. 9. nis,& petrā ſcādali, dicēte dño. Ecce pono in Sion la/
Iſa. 8. & pidē offenſionis, et petrā ſcādali. Quare petrā? quia
28. mordere petrā, nō panē a pře qrere geſtiebāt. Circun
Pſal. 21. dederūt me, inqt, canes multi. Deniq; poſtea quā illi ex hoībus in canes pbanť eſſe cōuerſi, cæleſtis illis in petrā cōuerſus eſt panis, nō dantis uitio, ſed accipiētis neqtia: qui illos non reficeret, ſed necaret: nec in fun damēto poſitus pmoueret ad culmē, ſed eos qui ſui pris tendebāt ad necē, in pfundā daret,& uolueret in
» ruinā. Adiecit aliā ſilitudinē. Nunqd pro piſce ſerpē
» tē dabit illi? Erat & piſcis CHRISTVS Iordanis le/ uatus ex alueo: q carbonibus īpoſitus paſſionū, poſt reſurrectionē ſuis, ideſt Diſcipulis, eſcā pbuit tūc uita lē: ſed Iudæis in ſerpentē piſcis iſte cōmutať, dicente
Ioā. 3. Dño. Sicut Moyſes exaltauit ſerpētem in eremo, ita exaltari oportet filiū hoīs. Iudæus in ſerpēte uidebat CHRISTVM, qa impius oculus Deū uidere nō pōt:
» nō pōt uidere pietatē. Dixit & tertiā ſilitudinē. Nun/
» qd ſi petierit ouū, porriget illi ſcorpionē? Cōſuetū eſt,& ſolenne ſemp paruulos ouū petere,& parentes ouū puſillis petētibus non negare: ſed qa xp̃s uenerat

Digitized by Google

congregare ſicut gallina pullos ſuos, ouum protulit Mat.23.
uerbi, per quod Eccleſiæ germina ſancta nutrirentur;
ſed quia Iudæus per inuidiam effundere magis,
q̃ ſumere ouum id uolebat, repperit ibidẽ Scorpionem;
ut iuxta Apoſtolum, Mandatum quod erat illis Rom.7.
in uitam, hoc illis eſſet ad mortẽ. In cõmendationẽ
pietatis tria Dñs protulit, & demonſtrauit exempla,
ut tribus teſtimoniis, ſicut tribus teſtibus, et pios ad
fidem ſui amoris animaret: et confutaret impios, nõ
patris, ſed ſuo uitio charitatis gratiã nõ cepiſſe.

DE SYMBOLO APOSTOLORVM. SERMO. L V I.

SOllicitaret me acerbi partus ſubita, & cõfuſa
tempeſtas, & imatura germinũ me pullulamenta
turbarent, niſi crebro diſruptis
temporum moris, & rudi latrocinio, et fractis
uiſcerum clauſtris, repẽtina uiuẽdi lucra
quærerent, & raperẽt naſcituri. Hinc eſt quod homo
ſæpe menſis decimi deſpiciens terminum, ſeptimo
mẽſe anguſtas primæ domus, et arctas uteri abiicit,
et deſerit manſiones, ut præliator nouus ante ſe
tempus eiiciſſe gaudeat, q̃ dependat ipſe ſuam temporibus
ſeruitutem. Et ſi hoc humanæ licet naturæ,
naturæ cæleſti quid obſiſtere poterit, & diuinæ? aut
quid ſanctus Spiritus non poteſt, ſi hoc poteſt caro?
aut quomodo gratia ſuperna non efficit, quod fragilitas
obtinet, et implet humana? Nonne ſic Paulus Act.9.
acerbo dolore uiam noſtræ uexauit, et uiſcera genitricis,
ut cæleſti turbine, ac tota tempeſtate, Eccleſiæ
præuenir et tempora parientis: ut ſubito, et in uia na-

Digitized by Google

ſceretur, qui erat ad fidem uiam gentibus præbitu-
i.Cor.15 rus: merito ſe abortiuum nũcupat, et miratur ſe fuiſ-
ſe natum, qui nouit ſe nulla conceptus tempora per-
tuliſſe: namq; cum adhuc hoſtis ipſe cæderet extrin-
ſecus ſanctæ matris uterum, et in ipſo ortu pignora
ueneranda colliderct, repente ſanctum mutatur in
germen, qui ipſius germinis fuerat ferociſſimus per
Act.8. ſecutor. Eunuchus etiã generatur in uia: ut quem ca-
ſtrauerat humana temeritas ad hominis ſeruitutẽ,
et intra Regis aulam inuita caſtitas collocarat; uolũ
taria caſtitas, & uotiua ad cæleſtis aulæ gloriam, ad
æterni Regis promoueret, & transferret obſequium.
Beatus iſte cui datum eſt, ut palatii infulas nõ amit-
teret, ſed mutaret. Hæc dicit ratio filioli, ut uos quos
triſtes ſuſcepimus ad matris uterum, lætiſſimos per-
ducamus uno, eodemq; momento. Audite fidẽ: ora-
tionẽ diſcite. Sed quia impediente tempore nec nos
uobis poſſumus aperire myſterium, nec uos nobis
poteſtis ſolenniter reddere quæ traduntur, agite ut
et nũc Symboli ſimpliciter uerba diſcatis: et Paſcha-
li tempore quo plenius hæc traduntur, ſacramẽti ip-
ſius interiora poſſitis agnoſcere. Accipite quod uul-
tis: quod deſideratis inuadite: quia regnum cælorũ
Mat.11. uim patitur: et qui uim faciunt diripiũt illud: accipi-
te quod uultis: & quod uis poteſt tollere, gratia lar-
giatur. Ingreſſus uitæ, ianua ſalutis, introitus fidei,
ſingularis, innocens, et pura confeſſio perdocetur, di-
Pſal.99. cente Propheta. Intrate portas eius in confeſſione.
Vnde idem Propheta taliter admonitus, Dei in ſe lo-
ps.117. quentis aditum morũ poſtulat dicens. Aperite mihi
portas iuſtitiæ, & igreſſus in eas cõfitebor Domino.
Videtis quia non poteſt confiteri, qui non fuerit in-

Digitized by Google

greſſus hanc domum ſalutis,& fidei,in quã ſicut in-
tromittit confeſſio,ita negatio de ea indubitãter ex-
cludit:ſed quomodo cõfitendum ſit audiamus, Cor- Rom.io
de,inquit Apoſtolus,creditur ad iuſtitiam; ore autẽ
confeſſio fit ad ſalutem. Et quid crederetur oſtẽdit.
Si credis,inquit,Dñm IESVM in corde tuo,et ore cõ-
feſſus fueris,ſaluus eris.Corde creditur ad iuſtitiam;
ore confeſſio fit ad ſalutem:magnum filioli per hoc
fidei noſtræ uidemus eſſe compendium, quando in-
ter cor,& linguam totum ſalutis humanæ uerſatur,
et geritur ſacramẽtum. Habes homo unde credere
debeas,corde creditur ad iuſtitiam: habes unde de-
beas cõfiteri,ore cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Et quid dicã?
Totum in ſe habet homo,qui ſe habet: ipſe autem ſe
habet,qui Deum habet:Deum uero habet,qui eũ ſuũ
credit,& cõfitetur auctorem. Signate uos. Fides quæ
capitur auditu,corde creditur,ore promitur ad ſalu
tem,in ſecreto mentis eſt collocanda: & ipſis eſt no-
ſtri pectoris cõmittenda uitalibus,ne dum chartis,&
atramento deſcribitur incaute, non reſeruetur cre-
dulis ad uitam,ſed prodatur perfidis ad ruinam. In
te homo cuſtodire debes,quod tibi extra te poſitum
poterit deperire.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM.
SERMO. LVII.

BEatus Iſaias Euangeliſta non minus,ꝗ
Propheta, immunda labia ſe habere,
et in medio populi habentis labia im-
munda ſe habitare deplorat; dicens. Iſa.6,
O miſer ego,quoniã compũctus ſum, iuxta.lxx.

quia cum ſim homo, et imunda labia habeã, in me-
dio quoq; populi habentis labia imunda ego habitẽ,
regem Dñi ſabaoth uidi oculis meis. Superhuma-
no percellitur hic dolore, quia quod de Deo ſentit,
et uidet, lo qui non ualet: annuntiare non poteſt: non
poteſt con fiteri. Quantum caro anguſta eſt, animo
ſuo arcta ſunt labia tãtum: lingua tantum breuis eſt
ſuæ mẽtis interpres. In carne ignis anhelat incluſus,
uaporat uenas, inflãmat uiſcera, exæſtuat in medul-
lis, tota q; hominis interna ſemper incendit, qa quod
mentis contemplatur affectu, ore depromere, effun-
dere labiis, lingua diſtinguere, & in totum non ſuffi-
cit euaporare ſermonem. Hinc eſt q; Iſaias ubi uidit
regẽ cæli, hoc eſt CHRISTVM, ipſumq; eſſe Do
minum ſabaoth clara uiſione conſpexit, ſua, ſuiq; po
puli labia immunda defleuit: quia ſicut illuſtrat cor-
da, purgat ora, labia emundat CHRISTI cõfeſſa
diuinitas, ita CHRISTI polluit negata maieſtas.
Sed quid iſte profecerit Prophetæ gemitus audia-
mus. Et miſſus eſt, inquit, ad me unus de Seraphim,
qui in manu habebat carbonem, quem forcipe acce
perat de altari: et tetigit os meum, dicens. Ecce hoc
tetigit labia tua: et abſtulit iniquitates, & peccata cir-
cũpurgauit. Non eſt huius temporis dicere, cur unus
mittitur: et quis ſit iſte qui mittitur: & quantus ẽ qui
carbonem ſuperni ignis ſic manu geſtat intrepidus,
immo ſic ſuo temperat attactu, ut Prophetæ purget
labia, non perurat: ſed nunc nos etiam toto cordis
cõpungamur affectu: noſq; in hac miſeria carnis mi-
ſeros eſſe fateamur, imunda quoq; labia nos habere
piis gemitibus defleamus, ut unus iſte de Seraphim
legis gratiæ forcipe acceptum de ſuperno altari no-
bis ignitũ

bis ignitum fidei deferat ſacramentũ, taliq; modera
mine noſtrorũ tangat ora labiorũ, ut iniquitates au
ferat: peccata depurget: & ora noſtra ſic in flãmã ple
næ cõfeſſionis accendat, ut ſit iſta ſalutis aduſtio, nõ
doloris. Petamus etiã ut ad corda uſq; noſtra perue/
niat calor iſte carbonis, ut de tanta ſuauitate myſte/
rii, non ſolum labiis guſtũ, ſed ipſis totã ſatietatẽ ſen
ſibus, & mente capiamus: & ſicut Iſaias poſt emunda
tionẽ labiorũ ineffabilẽ partum uirginis eſt locutus,
dicens. Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filium: Iſa. 7.
ſic nos paſſionis ſacramẽtũ, et reſurrectionis refera/
» mus gloriã. Credo in Deum patrem omnipotentẽ.
In Deum uos hodie meritoconfitemini crediſſe,
quãdo deos, deaſq; ſexu diſpares, numero confuſos,
turba populares, uiles genere, fama turpes, impietate
maximos, primos ſcelere, crimine ſingulares, ipſis
etiã ſepulchrorũ ſuorum uultibus accuſatos, lætami/
ni uos fugiſſe: quia miſeriæ, doloris, et iſelicitatis eſt,
tantos, & tales habuiſſe ſeruulos, quãtos uos, & quales
dños hactenus pertuliſtis: ſed ad unũ uiuũ, uerũ, ſolũ,
ſed nõ ſolitariũ Deũ uos perueniſſe gaudete, dicẽdo.
» Credo in Deũ patrem. Iam confiteatur Filium, qui
nominat Patrẽ: quia qui uocari pater, pater dici uo/
luit, habere ſe filiũ clementer oſtendit: quẽ non acce
pit ex tẽpore: non genuit in tẽpore: nõ ſuſcepit ad tẽ/
pus. Diuinitas nec initiũ capit, nec recipit finem, nec
admittit poſterũ, quæ non agnoſcit occaſum. Deus
filium nõ doloribus parturit, ſed uirtutibus eſſe ma/
nifeſtat: nec præter ſe facit qđ ex ſe eſt, ſed generat,
dum quod i ſe eſt aperit, & reuelat. De Patre proceſ/
ſit Filius, non receſſit: nec ſucceſſurus Patri ꝓdiuit ex
patre, ſed prodiuit manſurus ſemper in patre: audi

Ioã.1. Iohannem dicentem. Hoc erat in principio. Et alibi.
1.Ioã.1. Quod fuit ab initio. Quod erat, utiq; non acceſſit: qđ
Iſa.44. fuit, apparet utiq; nõ cœpiſſe. Ego ſum, iquit, primus, & ego nouiſſimus. Qui primus eſt, nõ eſt iſte poſt alterũ: qui nouiſſimus, poſt ſe alterũ non relinquit: ſed iſta cum dicit, non excludit patrem, ſed in ſe, & patre uniuerſa concludit. Sed ad ea quæ ante ſunt accedamus. „ Et in CHRISTVM IESVM filiũ eius unicum, „ dominũ noſtrũ. Sicut reges triũphorũ ſuorũ titulis nuncupantur, & ſubiectarũ gentium nominibus conquirũt numeroſiſſima cognométa, ita CHRISTVS bonorũ ſuorũ titulis nuncupatur: a Chriſmate.n. uocatus eſt CHRISTVS, qui Diuinitatis unguentũ aridis iam mortaliũ membris pius medicator ĩfudit: & ut a Chriſmate CHRISTVS, ſic IESVS uocatus eſt a ſalute: q ob hoc nos diuino infudit unguento, ut ægris certam ſalutem, perditis perpetuam redderet ſanitatem. „ Et in CHRISTVM IESVM filium eius unicũ. Quia et ſi ſunt multi filii per gratiá, iſte unus, et ſingularis eſt per naturam. „ Dominum noſtrum. Qui nos de tantorum, tam crudelium, tam turpium liberatos ſeruitio dominorum, ut non ad conditionem priſtinam uendicet, ſed ut ad perpetuam libertatem manumittat, inquirit. „ Qui natus eſt de Spiritu ſancto. „ Ita, et taliter tibi naſcitur CHRISTVS, donec tibi homo naſcẽdi ordinem mutet: ut ſit tibi nouus ortus ĩ uita, cui uetuſtus ſemper in morte manebat occaſus. „ Qui natus eſt de Spiritu ſancto, ex MARIA uirgine. „ Vbi Spiritus generat, uirgo parturit, totum diuinum geritur, nil humanum: nec ullus in-

firmitati locus eſt, ubi uirtus eſt ſociata uirtuti: ſopo/ratus eſt Adam, ut de uiro uirgo ſumeretur: nūc ſtu/puit uirgo, ut uir repararetur ex uirgine. Quid ſibi de tanto, de tali partu natura poterit uendicare, ubi dum uidet nouari ordinem ſuum, tota ſua conſpicit iura mutari, ueniſſe in ſuam ſobolem ſuum ſentit, et miratur auctorem? Videatur hoc perfidis uile, ma/ Gen. 2. Luc. 1.

» gnum eſt credentibus ſacramentum. Qui ſub Pon/

» tio Pilato crucifixus eſt, et ſepultus. Audis iudicis nomen, ut tempus etiam paſſionis agnoſcas: audis crucifixum, ut nobis ſalutem perditam per quod pe/rierat reparatam eſſe cognoſcas: et ibi uideas pende re credentium uitam, ubi mors pependerat perfido rum: audis ſepultum, ne mors putetur illuſa. Hoc eſt diuinæ uirtutis inſigne, cū mors morte moritur: au/ctor mortis proprio mucrone truncatur: prædo ca/pitur ſua præda: infernus uita dirumpitur deglutita.

» Tertia die reſurrexit a mortuis. Tres dies ſepultu/ræ ſuæ tribus impendit CHRISTVS habitationi bus profuturos, inferis, terræ, cælo: iſtauraturus quæ in cælo ſunt: et quæ ſunt reparaturus in terra: et quæ apud inferos redempturus: ſimul ut Trinitatis gra/tiam tridui ſacramento datam panderet hominibus

» ad ſalutem. Aſcendit in cælos. Aſcendit, non ut ſe referret in cælum qui ſemper manſit in cælo, ſed ut te perferret, quem taliter uinctum abſoluit, et ſub/traxit inferno: intellige unde, ubi, homo per De/um ſis leuatus, ut eſſes in cæleſtibus ſtabilis, qui eras lubricus, ac ſemper nutabundus in terra. Se/

» det ad dexteram patris. Sed ſuis pater nil ha/bet a ſiniſtris. Confeſſio noſtra non diuini conſeſſus

loca, ſed uirtutis aſſignat indicia : Deus loca neſcit :
,, Diuinitas recipit nil ſiniſtrũ. Inde uenturus eſt iu/
,, dicare uiuos,& mortuos. Eſto uiuos,mortuos quẽ/
admodum poterit iudicare? Sed illi uiuunt,qui no/
bis mortui computantur.Ergo reſurrecturos eos cõ
fitemini ad iudicium, quos infidelitas exiſtimat de/
periiſſe:ut qui mortui fuerint, & qui reperiẽtur uiui,
,, pariter ſuorum reddãt actuũ,uitæq; rationem. Cre/
,, do in Spiritum ſanctum. Poſtq̃ ſuſceptæ carnis con
feſſus es ſacramentũ,oportet te Deitatẽ Spiritus con
fiteri:ut Trinitatis unitas æqua,Patris,Filii,Sãcti Spi
ritus,per omnia, & in omnibus,uirtutis integrã fidei
in noſtra confeſſione cuſtodiat,et teneat ueritatem.
,, Sanctam Eccleſiam catholicam. Quia neq; a capite
membra,neq; ſponſa ſeparatur a ſponſo,ſed dum ta
li coniunctione Spiritus fit unus,fit omnia,& in om/
nibus Deus. Ergo ipſe in Deum credit, qui in Deum
,, ſanctam Eccleſiam confitetur. Et remiſſionem pec
,, catorum. Ipſe ſibi donat ueniam,qui ſibi peccata p
,, CHRISTVM remitti poſſe confidit. Carnis reſurre
,, ctionem. Bene credis,ſi te per Deum credis reſur/
gere ex morte poſſe, cui reſurgunt ſemper elemen/
ta:ſic tempus ex tempore,ſic ex nocte dies: ſic de ſe/
pultura ſua ſemina:nec tu perire poteris,cum illa re
uiuiſcãt:nec difficile eſt Deo facere de te ſene, quod
,, tu facis ſemper ipſe de ſemine. Vitam æternã. Hæc
fides,hoc ſacramentũ non eſt cõmittendum chartis,
non ſcribendum literis, quia chartæ, & literæ ma/
gis cauta,q̃ gratiam proloquũtur:ubi uero Dei gra/
tia,donatio diuina conſiſtit, ad pactum fides, altitu/
do cordis ſufficit ad ſecretum:ut hoc ſalutis ſymbo/
lum,hoc uitæ pactum,diuinus arbiter nouerit,teſtis

Digitized by Google

falſus ignoret. Signate uos. Ipſe autē Dominus Deus
noſter ſenſus ueſtros, corda ueſtra cuſtodiat: & in his
quæ præcepit uobis ipſe uobis fautor aſſiſtat.

IN IDEM. SERMO .LVIII.

QVi fidem quærit, rationem nō quærit:
qui diuinā poſtulat, ſeponit humanā:
qui Deo genitore naſcitur, trāſcendit
naturā: et tempori nil debet, qui tem/
poris meretur auctorem. Ecce pia fi/
dei germina uidemus ante naſci uos uelle, quā cōci/
pi: ante percipere cæli regnū, q̄ uentris anguſtias ſu/
ſtinere: ſic tendere ad patris gaudia, ut matris trāſea
tis langores: nec putatis abortiuū, quod maturū cre/
ditis eſſe per CHRISTVM: ſic Paulus Apoſtolus per
fidem maturus naſcitur, qui ſe abortiuū clamat eſſe i.Cor.iſ
per tempus. Accipite ergo fidem ſola fide: nec quæ/
ratis aperiri uobis ipſius fidei rationē, quam uos ne
requireretis ītra fidem ueſtra feſtinatione clauſiſtis.
Ad fidem uos filii hodie fides ueſtri auctoris īuitat,
qui promiſſionis ſuæ ante fidem implet, q̄ fidem ue/
ſtræ percipiat ſpōſionis: & hoc reſtituit rebus huma/
nis, ut olim uerbo promiſerat per Prophetam. Dila
ta, inquit, os tuum, & adimplebo illud. Hoc eſt, tu di/ Pſal.80.
lata in confeſſione, & ego illud ipſius confeſſionis re
plebo ſacramento: & myſtico ſermone ditabo: & re/
plebo illud toto eloquio cæleſtis arcani. Et reuera fi/
lii quicquid audientis, quicquid reſpondētis obediē/
tia profitetur, hoc donantis, et docentis Dei redūdat
ad gratiam. Accepturi ergo ſymbolum, hoc eſt pa/
ctum uitæ, ſalutis placitum, & īter uos, et Deum fidei

Digitized by Google

inſolubile uinculum,pectora parate,non chartā:ſenſum acuite,nō calamū:et audita nō atramēto,ſed ſpiritu miniſtrante deſcribite:quia cōmitti nō poteſt caducis,et corruptibilibus inſtrumētis æternū,et cæleſte ſecretum,ſed in ipſa arca animæ,i ipſa bibliotheca interni ſpiritus eſt locādum: ne profanus arbiter, ne improbus quod dilaceret diſcuſſor iueniat:et fiat ad contemnentis,et ignorantis ruinā,quod confitentis,et credentis donatum eſt ad ſalutē: ſed dicēti tibi

Pſal.8o. Prophetæ,Dilata os tuū:et implebo illud:tu reſpon-

Pſal.118. dere poſſis:In corde meo abſcōdi eloquia tua,ut nō

» peccē tibi. Credo in Deū patrē omnipotentē. Qui confeſſus eſt Patrem, confitetur et Filium, quia ſine filio pater dici non poteſt: et quia Deo augeri, Deo addi nil poteſt:ſemper fuit filius, quia fuit ſemper et pater:neſcit ichoari filius,quia deficere pater neſcit:

1.Cor.13. nec creſcit genitus,ubi genitor non ſeneſcit: æterna, et coæterna Patris,et Filii ſubſtantia nō gradibus hu-

» manis,ſed diuinis ē æſtimāda uirtutibus. In CHRI-

» STVM IESVM filium eius unicum,Dominum no-

» ſtrum. CHRISTVM unctum accipe non cōmuni

» oleo,ſed ſancto quo natus eſt Spiritu. Qui natus eſt

» de Spiritu ſancto. Tali natiuitate conſecrata eſt in Deo humanitas, nō tali dignatione minorata eſt in

Eſa.7. » homine Deitas. Qui natus eſt de Spiritu ſancto,ex

» MARIA uirgine. Virginitas Deum credidit, quia non niſi per Deum ipſa uirgo eſſe potuit,et mater.

» Qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt,et ſepultus. Iudicem idicat,ut tempus deſignet:crucifixum memorat,ut paſſionis conferat qualitatem:et inde fides argumētum diuinæ uirtutis,et ueræ reſurrectionis col

ligat, unde impietas materiam contumeliæ, et occaſionem præſumpſit erroris. Crucifixus in Cruce, in edito coram omnibus inimicis, et tota crudelitate ſpectantibus, et tota acerbitate obſeruantibus, mortem ſuſcepit. Sepulturam patitur, ne mortem non adiiſſe ut uiceret, ſed ſimulaſſe ut eluderet, ab impiis
» iactaretur, Sepultus tertia die reſurrexit. Et ſi in paſſione noſtræ ſe carnis ueram probauit habuiſſe ſub ſtantiam, per trium dierum figuram totam Trinita
» tis reſurgit in gloriam. Aſcendit in cælos. Aſcendit nos perferens, non ſe referens, qui nunq̃ receſſit e
» cælo. Sedet ad dexteram patris. Ordo ibi diuinus eſt, non humanus: ſic a dextris ſedet Filius, ut Pater non ſedeat a ſiniſtris: unica, et ſingularis eſt diuina conſeſſio, ubi ſuperna uirtus recipit nil ſiniſtrum.
» Inde uenturus eſt iudicare uiuos, et mortuos. Deſinant homines, deſinant hæretici iudicare iudicem ſuum: ſperent ueniã, ne incurrãt de tali præſumptio
» ne ſententiam. Credo i Spiritum ſanctum. Nunc perfecta eſt tua in Trinitate confeſſio, quando Spiri tum ſanctum unius cum Patre, et Filio ſubſtantiæ fi
» deli uoce confeſſus es. Et ſanctam Eccleſiam. Quia ſic coniuncta CHRISTO eſt, ut totam Diuinita
» tis trasferatur in gloriam. Remiſſionem peccatorum. Acquire tibi tua fide ueniam: quia ſatis ſibi ini micus eſt, qui hoc ſibi dari non credit, quod tota be
» nignitate largiſſimus promittit indultor. Carnis
» reſurrectionem. Crede carnis reſurrectionem: quia qui hoc non credit, fidem nõ habet in prædictis, dicente Apoſtolo. Si mortui non reſurgunt, neque i.Cor.15
CHRISTVS reſurrexit. Quos iudicabit, qui

bus regnabit Deus,ſi uitæ,ſi iudicio, reſurrectio non
reddiderit,quos ſæculo mors ademit? Vitam æter-
nam , Manifeſtum eſt, quia uita æterna ipſa morte
moriente ſuccedit.

IN IDEM. SERMO. LIX.

AVdiſtis uocem patris : uocem uocãtis
audiſtis : uenite filii,uenite, uenite,qa
uenit tẽpus fidei:credulitatis dies:con
feſſionis hora : uenite petitores fidei:
afferte ſyncerum pectus, cor mundũ,
puram uocem,ut quod per nos ſermo ſalutaris inſi-
nuat,uos ſancto capiatis auditu. Fides ex auditu, au-
Ro.10. ditus ex uerbo conſtat. Placitũ fidei ,pactum gratiæ,
ſalutis ſymbolũ tota ſimplicitate ſenſus audire, qua-
tenus illud confeſſionis tempore,& audire poſſitis,&
reddere : quia iſtud reddere ẽ habere:diuinũ munus
Exo.19. qui reddiderit,non amittit. Daturus legẽ Deus iuſſit
ut populi lauarẽt ueſtes,lauarẽt corpora ſua, totoſq;
ſe ab omni carnis contagione mundarent , quia ap-
propinquare Deo homo non poteſt fæce corporali,
mundano ſqualore pollutus:lex illa quæ gratiæ um
bram tenuit,& figurã,purificationem merito quærit
tantã,tantã merito exigit puritatẽ: audituris Diuini-
tatis ſacramẽtũ totum,quãta mentis,quãta corporis
opus eſt puritate? Mundemus ergo corda, purifice-
mus corpora,aperiamus oculos,reſeremus ſenſum,
animæ ianuas patefaciamus totas,ut Symbolũ quod
eſt fidei pactum,audire,capere,tenere,& in ipſo cor-
„ dis noſtri ſecreto ſemper ſeruare poſſimus. Credo
„ in Deũ patrem omnipotẽtem. Credimus in Deum,

ſi negamus Deos:ſi renuntiamus idolis:ſi diabolū,et eius angelos abnegamus. Audi,inquit,Iſrael Domi/nus Deus tuus Deus unus eſt. Et iterū.Non erunt tibi dii alii abſq; me.Habebit ergo Deū uerū unū Deū,q Deum alterū non habebit.Credimus in Deū,et eun/dem cōfitemur patrem,ut eundē ſemper habuiſſe fi liū nos credamus:habuiſſe autē filium,nō conceptū, non inchoatum, non ſeparatum partu, non auctum tempore,non minoratum gradu, non ætatibus imu tatum,ſed intra æternū genitorē germen permanēs in æternum. Ego, inquit, in patre,& pater in me eſt. Audiuimus patrem,credamus filium uirtute diuina, ordine non humano: arcano Dei,non ratione mun/dana : non lege ſæculi, potentia ſed ſuperna. Quod ſcire licet,diſcutere non licet:credere conuenit, non conuenit perſcrutari:nam ob hoc omnipotentē Deū dicimus,ut Deo īpoſſibile nil putemus. Et in CHRI STVM IESVM filiū eius unicum, Dominū noſtrū. Ab unctione CHRISTVS, IESVS uocatus eſt a ſalu te:quia et unctio quæ per reges, Prophetas, et ſacer/dotes olim cucurrerat in figuram,in hunc regem re gum,ſacerdotem ſacerdotum, prophetarū prophe/tam, tota ſe plenitudine ſpiritus Diuinitatis effudit: ut regnum,& ſacerdotium,quod per alios præmiſe/rat temporaliter, in auctorem ipſum refunderet,& redderet ſempiternum.Et IESVS quidem, ideſt Sal uator, recte dicitur ſalus, quia & dedit rebus eſſe : & idem pereuntibus dat ſalutem. Filium eius unicum. Ipſe eſt unicus filius, qui quod aliis per ſuam gratiā donat, ipſe ſibi unicam poſſidet per naturam. Do/minum noſtrum. Sicut ſupra diximus, Dominus Deus,Deus unus conſtat in CHRISTO: quia qcquid

Deut.6. Mar.12. Exo.20. Ioā.14.

Digitized by Google

eſt & Deitate,& humanitate Deus unus eſt : deſiit in
Chriſto ſubſtātiarum diuerſitas ; ubi caro cœpit eſſe
quod Spiritus : quod homo Deus : quod noſtri cor/
,, poris,et Deitatis una maieſtas. Qui natus eſt de Spi
,, ritu ſancto, ex MARIA uirgine. Quid terrenū na/
ſcitur,ubi auctore ſpiritu uirgo uocatur in partu:q́s
non diuinum credat, quando quæ peperit nil ſenſit
humanum ? Deum mulier uirgineo portabat in té/
plo:hinc eſt quod & acquiſiuit honoré matris,& uir/
,, ginitatis gloriam non amiſit. Qui ſub Pontio Pila/
,, to crucifixus eſt,& ſepultus. Nomé iudicis dicimus,
ut paſſionis tempus, ut rei geſtæ ueritas ſic pateſcat.
,, Crucifixus eſt. Vt quia per lignum mors uenerat,re
,, diret uita per lignum . Et ſepultus . Vt officia tota
mortis impleret:ut mors morte moreretur:ut ex il/
lius ſemine corporis omnis humanorū corporū ſa/
,, tio uitalem ſurgeret,& leuaretur in meſſem. Tertia
,, die reſurrexit a mortuis.Vt tribus in diebus Trinita/
tis beneficiū panderetur:ut per triduanū tempus hu/
mana triū temporū generatio ſaluaretur, ideſt ante
,, legem,in lege,et in gratia. Aſcendit in cælos. Non
Ioā. 3. ut petens,ſed ut repetens cælos.Nemo aſcédit in cæ/
,, lum,inquit,niſi qui de cælo deſcédit. Sedet ad dex/
,, terā patris. Sed patrem non habet ad ſiniſtrā: Diui/
,, nitatis conſeſſus recipit nil ſiniſtrū. Sedet ad dexte/
,, rā patris. Vt patris Deitate una . Sedet ad dexterā,
Ne ſit minor gradu,poſterior ordine,ſed patri diui/
Ioā. 10. nitate una,æqua poteſtate conregnet. Ego,inquit,et
,, pater unū ſumus. Inde uenturus eſt iudicare uiuos,
,, et mortuos. Si credimus uenturum iudicem,inno/
cétes iudici nos præparemus:iudicem negat eſſe,ad/
uenire non credit,iudicādum ſe ſatis iſte diffidit,qui

male uiuit. Iudicat uiuos: iudicat et mortuos, quos
» utiq; iudicaturus exuſcitat. Credo in Spiritũ ſanctũ.
Hucuſq; Dñicæ natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis,
aſcenſionis, aduentus myſteriũ cõfitentes, ad ꝯfeſſio
nẽ ſancti ſpũs iã uenimus: ut ſicut in Patrẽ, et Filiũ, ĩ
ſanctũ ſpũm ſic credaẽ: ut unã ĩ Trinitate Deitatem,
» uirtutẽ, gloriã ꝑdicemus. Et sãctã Eccleſiã. Credi-
mus et Eccleſiã, quã CHRISTI receptã, ꝯfirmatã cre
» dimus, et ꝯfitemur ĩ gloriã. Remiſſionẽ peccatorũ:
In nouũ hominẽ naſciturus, ãtiqui reatus, peccati ue
teris qd habebit, q ꝑterita ſibi remiſſa nõ credit debi
» ta, dubitat percipe ſe futura. Carnis reſurrectionẽ.
Crede hõ de morte reſurgere te poſſe, qa anteq̃ uiue
res nil fuiſti: aut q̃re dubitas q reſurgas, cũ tibi totũ
qd' ĩ rebus ẽ cotidie ſic reſurgat. Sol occidit, et reſur
git: dies ſepeliẽ, et redit: mẽſes, ãni, tẽpora, fructus, ſe-
mina cũ trãſeũt ipa moriunẽ, cũ redeũt ſua ipa mor
te reuiuiſcũt: et ut reſurrectuꝝ te iugi, et uernaculo ĩ
ſtruaris exẽplo, quotiẽs dormis, et uigilas, totiẽs mo
» reris, et reſurgis. Vitã æternã: Amen. Neceſſe eſt ut
qui reſurgit uiuat ĩ æternũ: qa ſi ĩ æternũ nõ uiueret,
nõ uitæ reſurgeret, ſed morti. Signate uos. Hoc ſpei
pactũ, hoc ſalutis placitũ, hoc uitæ ſymbolum, hãc ſi
dei cautionẽ mẽs teneat, cõſeruet memoria, ne Diui
nitatis pretioſum munus deꝑtiet charta uilis: ne my
ſteriũ lucis atrũ tenebret atramentũ: ne ſecretũ Dei
habeat ĩdignus, et ꝓfanus auditor. Si mihi ſilẽtiũ ſẽ-
per ueſtra charitas ſic ꝑberet, ad õẽs tractatus mei
ſermõis ueſter pueniret auditus: ſed Deus nr̃ et mihi
fiduciã dicẽdi, et uobis audiẽdi deſideriũ donare di-
gneẽ.

IN IDEM. SERMO. LX.

Mat.15. SI Cananitis mulier clamore ſubito,re
pentina fide,iuuante CHRISTO,et
quod petebat accepit,et quod negaba-
Act.8. tur extorſit, ſi Aethiops ſpado arcanū
uitalis lauacri præteriens iuenit in uia,
Act.10. rapuit in tranſitu,ſi Cornelius centurio anteq̄ intra-
Luc.23. ret baptiſma,peruenit ad Spiritū,ſi latro in ipſo mo
mento mortis paradiſum iuaſit, et uitam uobis,in
articulo temporis quam quæritis,quis negabit?ex fi
de ergo accipite fidē:et ut fidei myſteriū ſcire poſſi-
Deu.32. tis,acceſſu temporis laborate.Moyſes laturus legem
iuxta.lxx. cælum uocat,et terrā: ſacerdos quid īuocabit gratiā
prolaturus? ille dixit: attende cælū,et loquar:et au-
diat terra uerba ex ore meo:ego dicā,attende Deus,
loquar:et audiat homo uerba ex ore meo.Ille dixit:
Expectetur ſicut pluuia eloquiū meum: et deſcendāt
ſicut ros uerba mea:ego dicam:ueniat ſicut ros Spi-
ritus tuus:et inundet ſicut flumen gratia tua: fiatque
nunc cæleſtis uerbi unda ſaliens in uitam æternam.
Ille dixit:quia nomen Domini īuocaui,date magni-
ficentiam Deo noſtro: ego dicam:quia fidem inuo-
caui,date credulitatem Deo ueſtro. Et quia nauigia
corpor(um) noſtror(um) quadrageſimæ ſunt curata ieiunio,
neceſſe ē ut placitū fidei, symbolū cæleſtis cōmercii
iam dicamus:quatenus ſub certa ſpe per tota mundi
æquora,per infidos ſæculi fluctus lucra manſura ſæ-
culis cōquiramus.Accipite ergo fidē,expectate rem:
quia cui fides nō p̄cedit in ſemine,res ei nō ſequit̄ in
fructu.Signate uos.Sermo creat auditū:auditus cōci
pit fidem:credulitatem parturit fides: confeſſionem
credulitas nutrit: confeſſio perpetuam dat ſalutem:
hic eſt quod meo,ueſtroq; ore occurrit ſic ſibi fides:

credulitas ſic amplectitur ſe: ſalus ſe cõfeſſionis oſcu
» lo ſic ſalutat. Credo in Deum patrem omnipoten/
» tem. Hæc uox totum Trinitatis fatetur, & aperit ſa/
cramentum. Deum dicit, non Deos, quia unum Deũ
in Trinitate credit Chriſtiana fides: ſcit Patrem: ſcit
Filium: ſcit Spiritũ ſanctũ: Deos neſcit. Diuinitas ĩ per
ſonis trina eſt, ſed una eſt in Trinitate diuinitas: per/
ſonis Trinitas diſtincta eſt, nõ eſt diuiſa ſubſtantiis:
Deus unus eſt, ſed Trinitate: Deus ſolus eſt, ſed nõ ſo/
litarius: Diuinitas nec Trinitate diuiditur, nec cõfun/
» ditur unitate: hæc ſentit fides cũ dicit. Credo ĩ Deũ.
» Mox addidit, Patrem. Qui credit patrem eſſe, fi/
lium confitetur: qui credit Patrem, et Filium, ætates
non ſentiat: gradus non cogitet: non tempora ſuſpi
cetur: non conceptum quærat: neſciat partũ: qui Deũ
credit, diuina confeſſus eſt, non humana. Sed dicit
hæreticus: quomodo pater, ſi non præcedit? quomo
do Filius, ſi non ſequitur? quomodo non dat initiũ,
qui generat? quomodo quod generať, principium a
generante non ſumit? hoc ratio docet: hoc natura
probat. Erras hæretice: hoc habet humana ratio, nõ
habet hoc diuina: hoc accipit natura mundi, Deitatis
non recipit hoc natura: fragilitas humana cõcipitur,
et concipit: parturitur, et parturit: generatur, et gene
rat: accipit initium, et dat finem: mortem ſuſcipit, et
refundit: et reſeruat in ſobole quicquid ſuæ conditio
nis eſt, et naturæ: Deus uero pater non genuit in tem
pore, quia tempus ignorat: non dedit initium, qui ini
tium neſcit, non transfudit finem, qui non habet fi/
nem: ſed ſic genuit ex ſe filium, ut totum quod in ſe
erat, eſſet, et maneret in filio. Honor geniti generá/
tis honor eſt: perfectio geniti generantis forma eſt:

minoratiõ geniti reuolat ad generantis iniuriã. Sed
hæc audiens hæretice non dicas quomodo iſta ſint:
dixiſti Deum:credidiſti patrem:omnipotentem con
feſſus es:ſi dubitas,mẽtitus es:credo ſi dicis, quomo/
do non credis,ſed diſcutis rſi putas impoſſibile,om/
nipotentiam quam confeſſus es ſuſtuliſti:ſed nos qui
Patrem,et Filium,& Spiritũ ſanctum unius maieſta/
tis,et gloriæ cõfitemur,fidem Dominici corporis iã
„ loquamur. Et in IESVM CHRISTVM filium eius
„ unicum Dominũ noſtrum. Poſteaq̃ Dei filius ſicut
pluuia in uellus toto diuinitatis unguento noſtram
ſe fudit in carnẽ,ab unguento nuncupatus eſt CHRI
STVS:& huius nominis extitit ſolus auctor,q ſic Deo
ſuperfuſus eſt,& infuſus, ut homo,Deusq; eſſet unus
Deus. Hoc ergo unguenti nomen effudit in nos,qui
a CHRISTO dicimur Chriſtiani: et impletum eſt il
Cant.2. lud quod cantatur in Cãticis canticorũ. Vnguẽtum
„ effuſum eſt nomen tuum. Et in CHRISTVM IE/
„ SVM filium eius. Illud ſacramenti nomen eſt, hoc
triumphi:nam ſicut a Deo unctus nomen ſortitur ex
unguine,ita cum ſalutẽ perditam mundo reddidit,a
ſaluãdo nomen ſaluatoris aſſumit. Sæpe iã diximus
quod IESVS hebraica lingua dicitur, Saluator dicit
„ hoc latina. Et in CHRISTVM IESVM filium eius.
Cuius ẽ utriq; Dei patris:cũ dicis ergo in IESVM filiũ
eius,cõfiteris IESVM qui natus eſt de MARIA Dei
eſſe filiũ.Caue ergo ne amplius ſentias ĩ CHRISTO
quod homo fuit,ſed ſemper quod Deus ſit cõfitere:
2.Cor.5 Apoſtolo ſic dicente. Et ſi nouimus CHRISTVM ſe
„ cundũ carnẽ,ſed iam nũc nõ nouimus. Vnicũ dñm
„ noſtrũ. Hoc cõuenit ad utrũq;: quia et unicus patris
eſt:& unicus dñs noſter eſt:alii filii,alii dñi eſſe p gra

Digitized by Google

tiam perceperunt : ſolus CHRISTVS eſſe filius, eſſe
„ dńs habet, et poſſidet per naturam. Qui natus eſt de
„ Spiritu ſancto ex MARIA uirgine. Si iuxta Euáge/ Mat.1.
liſtam, quod in ea natú eſt, de Spiritu ſancto eſt, quia
Deus Spiritus eſt, hæreticus iam Deú natú uirginea Ioã.4.
confiteatur ex carne: neq; amplius cæleſte myſteriú,
uirginitatis partú, trahat ad conceptú mundi: ad ter/
„ renæ fragilitatis iniuriá. Qui ſub Pontio Pilato cru
„ cifixus eſt, et ſepultus, Nomen iudicis audis, ut tem/
pus paſſionis agnoſcas: audis crucifixú, ut ex mortis
ignominia magnitudiné ſentias charitatis: mortéq;
quæ per lignú uenit, mortificatá ſcias eſſe per lignú:
et credas maiora tibi eſſe reddita per crucis arboré,
ꝗ perdidiſſe te per paradiſi arboré ſuſpirabas: ſepul/
tum dicis, ut uerá carné CHRISTI, mortéq; nó per/
functoriá probet ꝯfeſſio ſepulturæ: morté ſuſcepiſſe,
& uiciſſe, intraſſe íferos, et rediiſſe, ueniſſe in iura tar
tari, et tartari iura ſoluiſſe, nó eſt fragilitas, ſed pote
„ ſtas. Cófiteris, Die tertia ſurrexiſſe, ut itelligas reſur
rectioné CHRISTI totius Trinitatis fuiſſe uictoriá.
„ Dicis, Aſcendiſſe in cælos: ut cæli dominú credas: ut
unde uenerat rediiſſe fatearis: qa ſuperato diabolo,
calcata morte, liberato múdo, ſuper cælos triúphat
CHRISTVS, qui uictus putabatur in terris. Clamas,
„ Sedet ad dexteram patris. Vt quia Patris, et Fili una
eſt Deitas, par poteſtas, in cæleſti conſeſſu nulla ſit ſi
„ niſtræ ſeſſionis iniuria. Inde uenturus eſt iudicare
„ uiuos, & mortuos. Quia ueniente CHRISTO re/
ſurgent mortui, ſiſtentur uiui, ut pariter cauſas red/
dant de ſuorum ratione factorum. Et quia Domini/
ci corporis iam diximus ſacramentú, ad confitendú
„ Deitaté Spús pueniamus. Credimus í Spúm ſanctú.

Digitized by Google

Quem Deum nobis inclamat uox diuina:cum dicit.
Ioã.4. „ Quia Deus ſpiritus eſt. Credimus i Sanctũ Spiritũ.
Quem Propheta cooperatorem Patris, & Filii ſic de
cantat. Verbo Domini cæli firmati ſunt: et Spiritu
Pſal.32. oris eius omnis uirtus eorũ. Totus Deus, totaq; Dei
uirtus eſt, qui creator cæleſtium probatur eſſe Virtu
„ tum. Credimus ſanctam Eccleſiam. Quam ſic in ſe
ſuſcepit CHRISTVS, ut eam diuinitatis ſuæ faceret
„ eſſe conſortem. Credimus remiſſonem peccatorũ.
Quia qui per CHRISTVM, et Eccleſiam in nouum
hominẽ fuerit natus, ueteris delicti nil habebit. Cre/
„ dimus carnis reſurrectionem. Vt credamus paſ/
ſionis, mortis, reſurrectionis CHRISTI hanc fuiſſe
cauſam, ut nos reſurgeremus ex mortuis. Reſurget
caro, reſurget, ut ipſi ſumus: ut agnitio maneat pſo/
narum: ut & martyr de perſecutoris pœna lætitiam
ſumat, et perſecutor ſumat de martyris honore ſup/
„ plicium. Credimus uitam æternam. Quia poſt re/
ſurrectionem nec bonorum finis eſt, nec malorum.
Signate uos. Fidem quam credimus, & docemus, nõ
atramento, ſed ſpiritu, cõmittamus pectori, nõ char/
tæ: demus memoriæ, non libro: ne diuinum munus
uiolẽt res humanæ: ne cæleſte ſecretum arbiter pro/
fanus aſſumat: ne quod eſt credentibus ad uitam, exi
ſtat perfidis ad ruinam. Sol lippientibus oculis non
lucem tribuit, ſed tenebras: uinum uires febrientiũ
non reparat, ſed eneruat: ſine medico uitæ poculum
fit lethale: ſic perfidis pernitioſum eſt ſine fide fidei
Ro.10. ſacramentum. Sicut dicit Apoſtolus, capiatur fides
ex auditu: auditus autẽ capiatur ex uerbo: & uitæ pla/
citum, pactum fidei, lex ſalutis, nõ hæreat morituris,
ſed uiuis ſenſibus affigatur.

IN IDEM

Digitized by Google

IN IDEM. SERMO. LXI.

NIſi me ſolaretẽ beati Pauli ſubita, & ino pinata conuerſio, uix crederem tam fa cile uos de terrena labe in cæleſtẽ poſ ſe gloriam cõmutari: illum namq; de perſecutore mox Apoſtolum præſtitit repentina confeſſio, et Eccleſiæ dedit inſignẽ magi ſtrum, quem furentem Chriſtiani nominis inuene rat uaſtatorem. Nec minus animat me illius ſpado nis exemplum, quem fides ante rapuit ad gratiam, q̃ currus ad Indiam, domũq; reuocaret. Accedit illud etiam latronis mirabile documentum, qui tunc ra puit paradiſum, quando latrocinii ſui pœnas eſt ap penſus ut ſolueret. Vnde nos filioli, quia ſic tẽpus ue ſtræ regenerationis aptaſtis, ut neq; nos poſſimus di cere quod neceſſe eſt, neq; uos poſſitis quod oportet audire, fidem fidei cõmittentes tradimus breuiter, quod latius cõmendare non poſſumus. Nam quẽad modũ exponentibus nobis poteſtis cognoſcere ſym boli ſacramentum, qui ipſum Symbolum memoria capere uix ualetis? Hoc monemus ſolũ, ne quis com mittat litteris quod eſt cordi mandaturus ut credat: Apoſtolo ſic monente. Corde creditur ad iuſtitiam: ore aũt confeſſio fit ad ſalutem. Audituri formam fi dei, credulitatis normam, confeſſionis ordinẽ, para te ſimul corporis, & cordis auditũ. Sicut fons ore an guſto manans magnis fluuiorũ laticibus ampliatur, ſic fides Symboli breuiato ſermone credulitatis la tiſſimos dat meatus: et ſicut radix alte fixa in excel ſum germen ſe protendit, fides ſic radicata pectoris in profundo in excelſum credulitatis cacumen attol

Act. 9. Act. 8. Luc. 23. Rom. 10

litur. Ergo de cordibus ueſtris expurgate pſidiæ cœ/
num, ut pura per uos fidei fluenta percurrant: incre/
dulitatis fructeta in uobis radicitus amputate, ut ex/
creſcant ad alta credulitatis ueſtræ robuſta plātaria.
Rom. 10 Et quia, auctore Apoſtolo, corde creditur ad iuſtitiā,
ore confeſſio fit ad ſalutem, in confeſſionis uocē mo
„ do date quod iam corde creditis. Credo in Deū pa
„ trem omnipotentem. Qui credit in Deum, Deū di
ſcutere non præſumat: Deus ꝙ ſit ſufficit ſcire: qui re
quirit unde ſit, quantus ſit Deus, Deus quid ſit hic ne
ſcit: ſol importunum tenebrat aſpectum: ad Deū in/
conceſſus cæcatur acceſſus: Deum qui uult uidere, ui/
ſionis eius diſcat tenere menſuram: Deum ſuum qui
uult ſcire, neſciat gentium deos: qui deos dicit con/
tradicit Deo. Seruire uni libertas eſt, captiuitas mul/
tis. Quē Deum confeſſus es, crede patrem, ut credens
patrem, eſſe filium diſcas: dicens filium, genitum co
gnoſcas eſſe de patre: cognoſcens de patre genitum,
„ quomodo ſit genitus nō requiras: quia dixiſti. Cre/
„ do in Deum patrem omnipotentem. Omnipotens
poteſt omnia: et ſi omnia poteſt, ꝙ in ſe, ex ſe, et ſem
per ſecū habeat filium quis negabit? Generatio Dei
initium non habet: neſcit finem: non admittit exceſ/
ſum: quando in genitore genitus permanet: et in ge
nitore genitus permanere perſiſtit: dicente ipſo Do/
Ioã. 13. mino. Ego in patre, et pater in me eſt. Ego & pater
Ioã. 10. unum ſumus. Confeſſus es patrem, confeſſus es filiū,
confeſſus es diuinitatis arcanum, cōfitere incarnatio
„ nis Dominicæ ſacramentum. Et in CHRISTVM Ie
„ ſum filium eius. CHRISTVS a ſuperno uocatur un
guento: eſt. n. tota plenitudine diuinitatis infuſus: IE
SVS nomē eſt a ſalute: quod nomen omne quod in

cælo, quod in inferno eſt, tremens, genuflexũ, ſummiſ- Phil. 2.
„ ſo uertice confitetur. Et in CHRISTVM Ieſum fi-
„ lium eius unicum Dñm noſtrum. Vt patris, & filii,
„ eſt nobis una deitas, ita dñatio una ſit nobis. Qui na-
„ tus eſt de Spiritu ſancto, ex MARIA uirgine. Spûs,
& uirgo copula terrena non eſt, cæleſte ſed eſt ſecre-
tum: hinc eſt, quod naſcitur eſt diuinum. Ergo quod
natus eſt, confitendum eſt: quomodo natus eſt, tacen-
dum eſt: quia quod ſecretum eſt, ſciri non põt: quod
clauſum eſt, neſcit aperiri: quod ſingulare eſt, non re
„ fertur exẽplo. Qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt,
„ & ſepultus. Iudicis nomẽ audis, ne tempus ignores:
Crucifixum audis, ut tibi mortis qualitas innoteſcat:
& intelligas quid impenderit tibi, qui propter te pœ
nam tantæ mortis excepit. Audis ſepultum, ut ſcias
mortem non fuiſſe perfunctoriam, ſed ueracem: mo
ri nolle eſt timoris humani, diuinæ uirtutis eſt ſurre
xiſſe de morte: hic ergo nõ offendat mortis auditus,
ubi reſurrectionis gloria abſcondit mortis iniuriã.
„ Tertia die reſurrexit. Quia hominis eſt quod mo-
„ ritur: Trinitatis eſt quod reſurgit. Aſcendit in cæ-
„ los. Hominem ferens illo, ubi ſemper manſit. Se-
„ det ad dexteram patris. Ad dexteram ſedet, quia ha
„ bet deitas nil ſiniſtrum. Inde uenturus eſt iudicare
„ uiuos, & mortuos. Iudicabit uiuos & mortuos, quia
reſurgent ad iudiciũ, qui non putãtur eſſe poſt mor-
tem, quos gentilitas exiſtimat periiſſe cum ſæculo.
„ Credo in Spũm ſanctum. Vt in patre, & filio, & ſpiri
tu ſancto unam credas, & intelligas eſſe deitatem.
„ Credo ſanctam Eccleſiam. Vt confitearis eccleſiam
CHRISTI ſponſam in perpetua CHRISTI ſocieta-
„ te manſuram. Credo remiſſionem peccatorũ. Car-

nis reſurrectionem. Qui remiſſionem peccatorum, qui carnis reſurrectionem non credit, aufert ueniã ſibi: ipſe ſibi ſubtrahit uitam. Quod audiſtis, et crediſtis, quod cõfeſſi eſtis, cor habeat: memoria teneat: charta neſciat: ſcriptor ignoret: ne ſacramentũ fidei diuulgetur in publicum: ne ad infidelem fidei deriuetur arcanum. Deus qui uobis ſacramẽtum fidei & audire dedit, & credere, ipſe uos æternam peruenire faciat ad ſalutem.

IN IDEM. SERMO. LXII.

Nutritor pius niſi totus fuerit redactus in paruulum, nunꝗ paruulum perfectũ perducit in uirum: deniq; tunc uocem tenuat: uerba ponit: agit nutibus: ſenſus ſeponit: infirmat uiſcera: abiicit uires: membra diſſoluit: greſſum tardat: geſtit non ambulare, ſed repere: ridere ſimulat: timere fingit: flere mentitur: quia eſt in illo mendacium pietas: deſipuiſſe prudentia eſt: eſt infirmitas uirtus. Hoc reor beatũ
i.Theſ.2 Paulum feciſſe, cum dicit. Factus ſum paruulus in medio ueſtri, tanꝗ ſi nutrix foueat filios ſuos. Sed forte aliquis ſtupeat, cum uideat nutriculum iſta facientẽ: non irridet ſi eſt parens: ſi pater eſt non miratur: hoc ſtultitiam dicere nõ poteſt qui ſcit amare. Vnde uos iam patres, iam fortes, iam prudẽtes deprecor, ut me patiamini paruulis Dñi mei dependere debitæ nutritionis obſequia: & blandimẽtis hodie magis cõgrua, ꝙ peritiæ uerba depromere: non quadrare, ſed liquare ſermones: et eos adhuc teneris faucibus in modũ
i.Cor.3. lactis effundere: docente Apoſtolo. Lac uobis potum

dedi,non eſcā:mutare uoces:amare uarios affectus: et quid plura? mente,corde,corpore, imbecillis par uulorū mentibus occupari.Sed iam uos Eccleſiæ pia germina prophetico ſermone cōpello. Venite filii, audite me:inimo per me,& per meam uocem, iuſſa ueri genitoris audite:quia uos meo ore Deus uocat. Venite filii:quo uenite? & ad quid? Timorem domī ni,inquit,docebo uos.Et quis ueniat ad timorem? il le qui uult uitam:ille qui cupit uidere dies bonos:ille qui uult bonum facere,fugere malum : ille qui poſt carnis,& ſpiritus conflictum quietē diuinæ pacis deſi derat obtinere.Venite filii,audite me:timorem Do mini,inquit,docebo uos.Quis eſt homo qui uult ui tam:& cupit dies uidere bonos? prohibe linguā tuā a malo,& labia tua ne loquātur dolum. Sicut autem uitiant crimina cōſcientiam,ſic dolus labia polluit: linguam maledicta contaminant:ac ſic Deo confite ri non poteſt labiis inquinatus,& lingua.Et quia cor de creditur ad iuſtitiam,ore cōfeſſio fit ad ſalutem, ſanctificate corda,mundate labia, iuſtificate linguā, ut uox fidei baiula de puro pectore toto ſanctitatis procedat exemplo.Signate uos.Placitum,uel pactū, quod lucri ſpes uenientis continet, uel futuri , Sym bolum nuncupari contractu etiam docemur huma no:quod tamen Symbolum inter duos firmat ſem per geminata cōſcriptio,& in ſtipulatione cautum reddit humana cautela,ne cui ſurrepat,ne quem de cipiat perfidia contractibus ſemper inimica: ſed hoc inter homines,inter quos fraus,aut a quo facta eſt, aut cui facta eſt ſemper læditur:inter Deum uero,& ho mines Symbolum fidei ſola fide firmatur:non litte ræ,ſed ſpiritui creditur:& mādatur cordi,nō chartæ:

Pſal. 33.

Rom. 10

quia diuinum creditum humana nō indiget cautione. Deus facere fraudem neſcit, pati non poteſt, quia non excluditur tempore: non ætate uincitur: occultatione non fallitur: uidet abſcondita: furata tenet: negata poſſidet. Deo ſalua eſt ratio ſua ſemper; quia ille quod credidit ubi pereat non eſt: ac ſic homini, nō Deo, neganti perit, nō perit fœneranti. Sed dicis: qui falli non poteſt, quid eſt quod exigit placitum? quid Symbolum quærit? quærit ille propter te, non propter ſe: non quia ille dubitat, ſed ut tu credas: quærit Symbolum, quia qui ad tuam ſortem uenit, ad tuū non dedignatur uenire contractum: quærit Symbolum, quia qui cum totum ſemper ipſe cōmodat, uult deberi; quærit Symbolum, quia te modo nō ad rem conuocat, ſed ad fidem: & per placitum præſens futurum pertrahit, & inuitat ad lucrum. Hoc Apoſtolus

Rom. 1. cōmemorat, cum dicit. Ex fide in fidem. Et alibi. Iu-

Heb. 10. ſtus ex fide uiuit. Nemo ergo imemor Symboli ſit: nemo initi cum Deo placiti ſit oblitus: nemo cum fidem modo ſuſceperit, rem requirat: cum ad ſpē uenerit, quare non mox ſperata percipiat cōqueratur:

Rom. 8. audi Apoſtolum dicentē. Spe ſalui facti ſumus: ſpes aūt quæ uidetur, nō eſt ſpes: quod. n. uidet quis quid ſperat? ſi autem quod nō uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Spes ad futura tendit: fides ad promiſſa tranſmittit: cum res uenerint, aduenerint et promiſſa, ſpes deſinit: fides ceſſat. Dulcis eſt Epiſtola, ſed uſq; dum ueniat ipſe qui miſit: neceſſariū chirographum, ſed uſq; ad debiti redhibitionem: grati flores, ſed uſq; dum ueniatur ad poma: ſed præſentia Epiſtolam delet: rumpit ſolutio cautionē: flores conſumuntur a pomis: et ideo te ſuperni patris filiū,

hæredem Dei,cohæredem CHRISTI, participẽ re-
gni cæleſtis,confeſſorem diuini iudicis, cœli incolã,
paradiſi poſſeſſorem,modo deſignatum te fide no-
ueris:modo ſpe,non re noueris te promotũ. Et ideo
ſuſcipite fidem,tenete ſpem,dicite Symbolum,ut ad
rem,et ad illa ualeatis bona quæ prædiximus perue-
nire.Signate uos.Hodie homo repræſentata eſt Deo
» anima tua. Credo in Deum. Quæ diu ante dicebat
Deum,ſed neſciebat:uocabat Deum, ſed ignorabat:
ignorabat utiq;,quem taliter per lapides, & ligna re «
» quirebat:dicat ergo modo,dicat. Credo in Deũ pa «
» trem omnipotentem. Quæ diu cũ uideret lapides,
cui crederet nõ uidebat:ſed eſt uere Deus, qui te præ
ſtitit non uidendo uidere,quem uidendo dii gentiũ
fecerant non uidere:audi dicentem Dñm. In iudiciũ Ioã.9.
ueni in hunc mundum,ut qui non uident uideant: et
» uidentes cæci fiant. Credo in Deum patrem. Ineſt
Deo pietas:eſt in Deo ſemper affectio:paternitas per
manet apud illum:ſemper ergo filium fuiſſe credas,
ne patrem ſemper non fuiſſe blaſphemes:ſed dicis,ſi
genuit,quomodo ſemper habuit? qũo genuit? qui
interrogas,fidem denegas quã fateris: credo dixiſti:
ſi credis,unde uenit qũo? quomodo ſermo dubitã-
tis eſt,non credentis.Credo,dixiſti,in Deum patrem
omnipotentẽ:ſi eſt quod non poteſt,omnipotens nõ
eſt:ſed tu illũ genuiſſe ex aliquo filiũ putas, quẽ totũ
feciſſe cõfiteris ex nihilo:ex aliquo utiq; ſi ex tẽpore:
quod ſi pater tps nõ capit,filius initiũ neſcit:ſed q̃ mi
ſerũ,ut tu illũ facias temporalẽ,qui te præſtitit ſem-
piternũ.Nõ ergo cõceptione temporũ, non paſſione
» uiſcerũ,ſed pr̃ filiũ gñat nobis dũ reuelat. Et in Chri
» ſtũ Ieſum filiũ eius,unicũ Dñm nr̃m. Attẽde hõ qua

reuerentia tibi fides inſinuatur,& traditur: audi pa-
trem,ut ſentias,intelligas,credas,non diſcutias filiũ:
et quia eſt,confitearis:non unde, & quando, & quo-
modo ſit,temerarius perſcrutator inquiras.Hinc eſt
quod tibi cæleſtis ſermo ut annuntiet patrem, mox
te ad CHRISTVM,ad IESVM, ad filium, ad unicũ
Dominum noſtrum tota mente tranſmittit, ut cum
uideris eius quæ ſunt humana te nec aſſequi poſſe,
nec æſtimare,nec capere,non audeas eius quæ ſunt
» diuina contingere. Qui natus eſt de Spiritu ſancto,
» ex MARIA uirgine. Age homo,ſi tamẽ homo,pro
gredere corde tuo:conſurge mente tua: dilatare ſen
ſibus tuis:arripe ingenii tui acumina: excita ſcientiæ
tuæ uires:quicquid in te rationis eſt exuſcita: exami
na:diſcute:perſcrutare:& tunc ſtupenti mundo ſolus
aperi quid eſt,ꝙ Spiritus generat:Virgo cõcipit:Vir-
go parit:permanet Virgo poſt partum: quemadmo
dum fit Verbum caro:Deus homo: homo trãſſertur
in Deum:quemadmodum cunabula capiunt, quem
non capit cælum:quemadmodum portatur hume-
ris,orbem qui ſuſtinet totũ:quare ipſe qui fecit om-
nia,inſtituit uniuerſa,cuncta moderatur,de te naſci,
a te regi uoluit,inſtituit nutriri, ut te parente uiue-
ret,cuius ante deſpexerat ſeruitutem: et ſi hoc potue
ris de repoſito diuinitatis attingere, & proferre de
Deitatis arcano,tunc interius accede: aſcende altius:
licentius intuere:& tunc patris tempora,initia filii,ex
plorator nouus,ſingularis inuentor, proditor Diui-
Iſa. 53. nitatis expone:eſto maior Iſaia,qui dixit. Sicut ouis
ad occiſionem ductus eſt:et ſicut agnus coram ton-
dente ſe ſine uoce, ſic nõ aperuit os ſuũ:in humilita
te iudicium eius ablatum eſt:generationẽ eius quis

enarrabit? Cuius? huius generationē qui ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt. Si CHRISTI humana generatio extitit, ſi diuina, et ſi ut generatur narrari nō poteſt; quæ te homo unda, qui te fluctus, ad iſtud naufragium pertulerunt? qui te ſpiritus per aera uolitare impulit ad ruinam? Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, una Deitas, una Virtus, una ſempiternitas, maieſtas una: quicquid autem filius minoratur, accipit, neſcit, mei eſt corporis, non ſubſtantiæ ſuæ. Aut miraris homo, quia patrem uocat in cælo, qui
» matrem habere dignatur in terra? Qui ſub Pontio
» Pilato crucifixus eſt, & ſepultus. Quare homo, qui in ſe æqualis eſt patri, hoc ſolum quod in te minor eſſe uoluit accuſas? quem audis ſedente Pilato aſtare, cognoſcente Pilato iudicari, quare hoc ſolum accipis, addici accuſantibus criminoſis? reo pronuntiante damnari? ſed ille de carne tua naſci uoluit, tuis uoluit uberibus occupari, iacere in tuo pectore, tuis uoluit humeris baiulari, qui ſemper a te amari uoluit, non timeri. Require quid in lege mandauerit primum, et quid in gratiam quæſierit, tunc uidebis. Interrogatis Dominus, ſicut Euangeliſta dixit, quod eſſet mandatum in lege primum, ait. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, et ex tota mente tua: hinc eſt ꝙ ad cor tuum uenit, & ad mentem tuam, quia animo, corde, Mat. 22.
» corpore, a te ab initio diligi perquiſiuit. Qui ſub Pō
» tio Pilato crucifixus eſt, & ſepultus. Huc uſque Iudæus: ſequitur Hæreticus: expectet: ad priora illorū nullus accedat: quia CHRISTI paſcuntur, & ſaginantur iniuriis: ſed uos filioli audite, ut poſt paſſionem, mortis, ſepulturæ mœrorem reſurrectionis gaudiis ✠

" effugetis. Tertia die reſurrexit. Vt eſſet noſtri cor-
poris reſurrectio, uirtus, gratia, beneficium Trinita-
" tis. Aſcendit in cælos. Per me, qui per ſe nunquam
" defuit cælo. Sedet ad dexteram patris. Diuinæ uir-
tutis ordine, non honoris humani. Diximus, ſic Fi-
lius a dextris ſedet, ut nunq̃ Pater ſedeat a ſiniſtris.
" Inde uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos. Et qd
debet iudici mors? hinc eſt quod reſurgit, ut debeat.
" Credo in Spiritum ſanctum. Hunc in quem credi-
" dit negat, qui Spiritum ſanctum negat. In ſanctam
" Eccleſiam. Quia Eccleſia in CHRISTO, et in Ec-
cleſia CHRISTVS eſt: qui ergo Eccleſiã fatetur, in
" Eccleſiam ſe confeſſus eſt crediciſſe. Remiſſionem
" peccatorum. Da tibi homo ueniã tu credendo, qui
" ad omnia peccata dilapſus es deſperando. Carnis
" reſurrectionem. Hoc eſt totum fidei documẽtum,
ſi carnem quæ corrupta eſt, quæ putrefacta eſt, quæ
periit, per Deum reſurgere, repaginari, redire poſſe
credas, quem poſſe omnia, quando omnipotentem
" confeſſus es, tunc iuraſti. Vitam æternam. Bene ad
didit uitam æternam, ut ſe reſurrecturum crederet,
qui reſurget, per ipſum qui cum Deo patre, & Spiri-
tu ſancto uiuit, & regnat, nunc, & ſemper, & per im-
mortalia ſæcula ſæculorum. Amen.

DE LAZARO A MORTVIS SVSCITATO. SERMO. LXIII.

POſt Apoſtolicam lectionem cupienti-
bus nobis ad Euangelicas redire uirtu
tes mox Lazarus ab inferis reuerſus oc
currit, apportans uincendæ mortis for

mam:deferens reſurrectionis exemplum:ſi ergo pla „
cet,priuſq̃ ingrediamur pelagus lectionis, priuſq̃ ag
grediamur quæſtionũ fluctus,anteq̃ facti talis altitu
dinẽ penetremus,reſurrectionis huius tantũ contem
plemur aſpectũ:quia hoc ſignũ uidemus eſſe ſigno
rum:uirtutũ cernimus eſſe uirtutẽ:mirabiliũ eſſe mi
rificentiã peruidemus.Suſcitauerat Dñs filiam Iairi Mar.5.
principis ſynagogæ,ſed adhuc funere calente,ſed ad
huc mediante morte,corpore adhuc pñte,adhuc in
ter hoies hoie morante,adhuc uiante ſpũ, adhuc aïa „
clauſtra tartari neſciente:ac ne multis,ſic mortuæ ui
tam reddidit,ut ius maneret inferni:ſuſcitauit & uni Luc.7.
cũ mřis,ſed ſic,ut retineret pheretrũ : ut anticiparet
ſepulchrũ:ut corruptionẽ ſuſpenderet,&ꝑueniret fœ
torẽ:ut ante mortuo uitã redderet,quã tota mortuus
iura mortis intraret:circa Lazarũ uero qđ gerit,totũ
ſingulare eſt:cuius mors , cuius reſurrectio cõmune
nil habet cũ ꝑdictis:quẽ circa & uis tota mortis iple
ta eſt,& forma reſurrectionis plena reſplẽdet:audeo,
& dico totũ rapuiſſe reſurrectionis Dñicæ ſacramen
tũ,triduanus ab inferis Lazarus ſi rediiſſet:nã CHRI
STVS rediit triduanus ut Dñs:Lazarus reuocať qua
triduanus ut ſeruus.Sed ad ꝓbanda q̃ diximus iam ꝑ
„ libemus aliqua lectionis. Miſerũt,inqt,ſorores eius Ioã.11.
„ ad Dñm dicẽtes.Dñe ecce quẽ amas infirmať. Sic di
centes affectũ pulſant:interpellãt amorẽ:conueniunt
charitatẽ:neceſſitudinẽ neceſſitudine geſtiũt ſubmo
uere:ſed CHRISTVS cui plus eſt mortẽ uincere , q̃
remouere languorẽ,cuius amare illud eſt, non ut di
lectũ alleuet,ſed ab inferis ut reducat,dilecto nõ lan
guoris medicinã,ſed reſurrectionis gľiam mox para
„ uit:deniq;,Vt audiuit ĩfirmari Lazarũ,ſicut dicit Euã

Digitized by Google

» geliſta, manſit in eodẽ loco duobus diebus. Videtis queadmodũ dat locũ morti: licentiã dat ſepulchro: corruptioni poſſe permittit: negat nil putredini, nil fœtori: atq; ut tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit: atq; agit ut humana ſpes tota pereat, & tota uis mundanæ deſperationis accedat, quatenus quod facturus eſt diuinum ſit, non humanum: tãtum autem in loco expectatione mortis reſidet, ut & mortuum ipſe nuntiet: & tunc ad Lazarum denuntiet ſe uenire:
» ait. n. Lazarus mortuus ẽ, & gaudeo. Hoc eſt amaſſe ? gaudebat CHRISTVS, q̃a mœror mortis uertẽ
» dus mox erat reſurrectionis in gaudiũ. Et gaudeo
» propter uos. Quare propter uos? quia in morte, & reſurrectione Lazari, figura tota mortis, & reſurrectionis Dominicæ pingebatur: et quod erat ſecuturũ mox in Domino, iam præcedebat in ſeruo. Dicebat
Mat. 20. ſemel, et iterum Diſcipulis ſuis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam: & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & Scribis: & cõdemnabunt eũ morte: et tradent eum gentibus ad deludẽdum, & flagellandum, & ad crucifigendum: & iſta dicens, uidebat eos fieri ſatis dubios, ſatis triſtes, ſatis conſolationis extorres: & nouerat eos ita opprimendos eſſe ipſo pondere paſſionis, ut nihil in eis ex uita, nihil in eis « ex fide, nihil in eis remanere poſſet ex luce, ſed to« ta pene perfidiæ nocte fuſcandos: et ideo mortem Lazari uſque ad quatriduanum tempus protendit, uſque ad fœtorem præualere permittit, ut Diſcipuli dubium non haberent, poſſe Dominum poſt triduũ adhuc recentem ſurgere, cum ſeruum uidiſſent poſt quatriduanum ſurgere iam fœtentem: et crederent illum facile poſſe ſibi uitam reddere, qui alium «

taliter reuocarat ad uitam: hinc eſt quod dicit. Gaudeo propter uos, ut credatis. Neceſſe ergo erat, ut & mors Lazari cum Lazaro, & diſcipulorum fides conſurgeret cum ſepulto. Quoniam non eram ibi. Et erat locus ubi non erat CHRISTVS? et quomodo non erat ibi, unde mortuũ Lazarum diſcipulis nunciabat? Fratres, erat ibi CHRISTVS Deus, ſed ibi nõ erat homo CHRISTVS: erat ibi CHRISTVS Deus cum moreretur Lazarus, ſed tunc ad mortuum uenturus erat CHRISTVS, quando erat mortẽ CHRISTVS Dominus ſubiturus: dicebat itaq;. Quoniam non eram ibi. Hoc eſt in morte, in ſepulchro, in inferno, ubi per me, et meã mortẽ poteſtas tota mortis eſt ſubruenda. Martha, inquit, ut audiuit quia IESVS uenit, occurrit illi dicens. Dñe ſi hic fuiſſes, frater meus non fuiſſet mortuus. Mulier & Deum confiteris, & dicis, ſi hic fuiſſes? Deum nec abſentant loca: nec tempora repræſentant. Nõ moreret̃ Lazarus, ſi Dñs fuiſſet ibi, qui erat ibi, ſed ſi in paradiſo tu mulier non fuiſſes: mulier tu quæſiſti lachrymas, tu inueniſti gemitus, tu mortẽ gulæ pretio comparaſti, et accuſas abſentiam Dei, quando cauſam mortis fuiſſe tuam præſentiam non recuſas? Mors quãdo a te prouiſa eſt, tunc lamentandi materia fuit: nunc uero facta eſt uirtus occaſio, quia tunc ad pœnam peccantis data eſt, nunc permiſſa eſt reſuſcitantis ad gloriam: tunc tartarus inuenit hominem, nũc amittit: ſed iam quære per fidem mulier, quod per perfidiam perdiſti. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus: ſed et nunc ſcio, quia quæcunq; petieris a Deo, dabit tibi Deus. Hæc mulier non credit, ſed credere conatur, cuius credulitatem incredulitas cõfun-

„ dit. Quæcũq; petieris a Deo dabit tibi Deus. Deus ex
ſe dat, non a ſe petit: quid affers moras mulier ſuppli
candi, cũ iam præſtaturus aſſiſtat? mulier iudex ipſe
eſt, quem tu deſideras aduocatum: in hoc dantis po-
„ teſtas eſt, nõ neceſſitas eſt rogantis. Scio, inquit, qa
„ quæcũq; petieris a Deo, dabit tibi Deus. Mulier hoc
credere, non eſt credere: hoc ſcire, neſcire eſt: proba
1.Cor.8 uit hoc Apoſtolus: quia homo quãdo ſe putat aliqd
ſcire, tunc neſcit. Sed iam quid Dñs reſponderit au-
„ diamus. Reſurget frater tuus. Et mulier. Scio qa
„ reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Martha
iterũ ſcis quod neſcis: ſcis quia in nouiſſimo die poſ-
ſit reſurgere frater tuus: ſed q & hic poſſit neſcis: aut
forte Deus qui tunc poteſt ſuſcitare omnes, unũ mo-
do mortuum non poteſt ſuſcitare? Poteſt, põt Deus
ſuſcitare ad temporale ſignum mortuum unũ, qui
tunc omnes mortuos ad uitam perpetem ſuſcitabit.
„ Scio q̃cunq; petieris a Deo dabit tibi Deus: et ſcio qa
„ reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Martha
„ ante te eſt reſurrectio, quam tam longe mittis. Ego
„ ſum, inquit, reſurrectio. Et quid eſt ego ſum reſur-
rectio? et non ego reſuſcito? quid eſt? quia ſuſcepit
hominem, ſuſcepit mortem, ut qui reſuſcitat iubẽdo
unum, reſurgendo in ſe reſuſcitet omnes: et quibus
Adã puteus mortis extitit, his uitæ fons CHRISTVS
1.Cor.15 exiſtat: & impleatur illud Apoſtoli. Sicut in Adã om
nes moriuntur, ita et in CHRISTO omnes uiuifica-
„ buntur. Ego ſum, inquit, reſurrectio, et uita: qui cre
„ dit in me, etiã ſi mortuus fuerit, uiuet: et omnis qui
„ uiuit, & credit in me, non morietur in æternũ: credis
„ hoc? Et mulier. Vtiq; Domine ego credidi, & cre-
„ do, quia tu es CHRISTVS filius Dei uiui qui in

Digitized by Google

» hunc mũdum ueniſti. Qui ad Lazarũ uenerat, quid
ſic occupatur in Martha? quid? ut ante iſta in fide
ſurgeret, q̃ ille reſuſcitaretur in carne: ſic facit qui et
uiuis, & mortuis cõſulturus aduenit: nec pertimeſcit
faciendi moras, penes quem facti, & effectus perma-
net, et poteſtas. Fratres patimini hodie differri uer-
bum, ſi deſideratis audire latius quæ ſequuntur.

DE EODEM. SERMO. LXV.

QVoniam mortem Lazari Ma-
riæ fletus, lachrymas Mar-
thæ, Iudæorum planctus iam
perſtrinximus ſermone gemi-
nato, nunc exoneremus ani-
mos, abiiciamus curas, exoccu
pemus ſenſus, ut reſurrectionis
tantæ gaudia totis mentibus &
capere, et audire poſſimus. Euangeliſta ueniſſe ad
» monumentum ſic prædicat Saluatorem. IESVS, in Ioã. 11.
» quit, rurſus fremens in ſemetipſo uenit ad monu-
» mentum: erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus
» erat ei. IESVS fremens uenit ad monumentum:
Fremit CHRISTVS, ut caro reuiuiſcat: fremit
uita, ut mors fugetur: fremit Deus, ut reſurgat ho-
mo: fremit indulgentia, ne ſententia contradicat: fre
mit CHRISTVS debellans mortem, quia non
poteſt non fremere, qui ſingularem rapit de hoſte
» uictoriam: quod autem dixit. Rurſus fremens. Fre-
mit rurſum, ut geminata reſurrectionis demonſtret
inſignia: quia uoce CHRISTI ſicut mortui corpore

de ſepulchris ſuſcitantur ad uitã, perfidia mortui ad
„ uitam fidei ſic reſurgunt. Erat, inquit, ſpelunca. Di
xiſſe ſuffecerat, ueniſſe ad monumẽtũ: quid eſt quod
tantopere ſpeluncam Euangeliſta cõmemorat? Spe
lunca plane, ubi hominẽ diaboli latrocinium collo-
cauit: ſpelunca, ubi uirum fraus cõdidit mulieris: ſpe-
lunca, ubi Dei plaſma mortis rapacitas includebat.
„ Et lapis ſuperpoſitus erat ei. Duræ mortis ianua du-
rior duriſſimo lapide claudebatur: ſed plorans quid
proficit ad ſepulchrum, quando ſic duras, & cõgeſtas
obices non penetrat uox plorantis? Chriſtiani plore-
mus Deo pro peccatis noſtris: & mortuis non audiẽ-
„ tibus cum gentibus non ploremus. Ait IESVS: tolli
„ te lapidem. Inter diuinas uirtutes humanũ CHRI-
STVS requirit auxilium? non ſufficit amouere lapi
dem, qui mortẽ ſufficit effugare? ſepulchri clauſtra
reſerare non ualet, qui portas tartari præualet aperi-
Ezech. ii re? dixerat per Prophetam. Auferam cor lapideum
de carne eorum: et dabo eis cor carneum: præcepit
ergo, ut Iudæi ex ſe cor lapideum tollant, euoluant
perfidiæ ſaxum, ſilicẽ duræ incredulitatis excludant,
quatenus animæ per infidelitatem mortuæ de ſepul
chro pectoris proſilirent: & nõ tantum ſurrexiſſe La-
zarum, quantum ſe Lazaro conſurrexiſſe gauderent.
„ Tollite lapidem. Tollite miſeræ humanitatis obſe-
quium, ut diuinitatis beatæ opera nunc clareſcant.
„ Tollite lapidem. Quem poſuiſtis uos, ut hominem
quem ego poſui nũc reponam. Reſpondit Martha.
„ Domine iam fœtet. Mulier et quod fœtet cuius eſt?
„ Iam fœtet. Modo ad te pertinet, quod a te uenit: ad
ſepulchrum non ſentires fœtorem, ſi in paradiſo ſua
„ ſorẽ noluiſſes audire. Iam fœtet. Quod perditori

fœtet,

„ fœtet, non fœtet creatori. Iam fœtet. Quod horret alieni operis euerſor, amator ſui operis non abhorret: ſed dicendo ſic, teſtaris mortem quam tu mulier intuliſti: fœtorem clamas, ut plena mors audiētibus innoteſcat: quatenus quod reſurget Lazarus redeuntis ſit ſpiritus, non latentis: Diuinæ uirtutis ſit, non ſit artis humanæ: neque Iudæi, qui nos dicunt in principe Dæmoniorum eiicere dæmones, iterum dicant nos non imperio Dei, ſed humano præſidio mortuos ſuſcitare. Iam fœtet, quatriduanus eſt. Dicit & tempus, ut ſciant quia auctor eſt temporum, cui tempora nulla præſcribūt. Iam fœtet quatriduanus eſt. Dicendo ſic, exaggerat deſperationem, ut qui adſunt uideant, quia Deus eſt, qui ſic uitam mortuis, deſperatis ſalutem, fœtentibus dat uigorem. Eleuatis, inquit, oculis ſurſum. Eleuat oculos ſurſum, ut nobis formam ſupplicandi tribuat, nō ſibi uiam præparet impetrandi: namq; ſurſum reſpicit, qui ſemper eſt ſurſum cum patre: ſemper pater in ipſo eſt: et ipſe eſt ſemper in patre. Ego, inquit, in patre, et pater in me eſt. Pater, inquit, gratias tibi ago, quia audiſti me. De præſtito agit gratias: et quod pater audierit hoc dicitur, quod filius petierit hoc tacetur. Fratres, inter patrem, & filium audiendi eſt affectio, non eſt neceſſitas ſupplicandi: charitas aſſenſus eſt, non eſt auſteritas iuſſionis: ibi amore geruntur omnia, ubi nō indigetur obſequio: ſicut ex ſequentibus eluceſcit. Pater gratias ago tibi, quia audiſti me: ego autem ſciebā, quia ſemper me audis. Vacat inuocandi cura, ubi fiducia certa eſt audiendi: aut quid ibi facit petendi labor, ubi præſtandi eſt cauſa communis? nemo ergo ſic filium minoret precibus, ne patrem circa ſalutem

Mat. 9.

Ioā. 14.

Digitized by Google

hominum ſit minor et. Quare autem ſic loquatur fi-
,, lius, ipſe aperit ſic dicendo. Pater gratias ago tibi,
,, quia audiſti me: ego auté ſciebam, quia ſemper me
,, audis: ſed propter populum dixi qui circunſtat. Vi-
detis quia loquendo talia ſuum, patriſq; affectum tol
lit: prodit, pandit gratiam: loquitur unitatem. Dixe-
Ioã. 17. rat, Omnia quæ habet pater mea ſunt: et ſi ſua ſunt
omnia, quomodo petit? qui de ſuo petit quod petit,
,, non neceſſitatis eſt, ſed amoris. Pater gratias ago ti
,, bi, quia audiſti me: ego autem ſciebam, quia ſemper
,, me audis: ſed propter populum dixi qui circunſtat,
,, ut credant quia tu me miſiſti. Miſſum ſe dixit, ut po
puli ſciant de cœlo ueniſſe CHRISTVM, non receſ-
ſiſſe de cælo: ſic ergo mittitur, ſic & quod habet acci-
pit, quomodo unde uenerat non receſſit: ſic ergo &
filius quod habet accipit: & pater quod dederit non
amittit. Fratres, & quod auditur, & quod mittitur, &
quod uenit, & quod accipit, et quod naſcitur, & quod
patitur, et quod moritur, et quod reſurgit, non eſt
hoc Diuinitatis ſuæ, infirmitatis hoc noſtræ eſt: no-
ſtræ eſt hoc naturæ: quod tamen totum cauſa noſtri
tulit in noſtro corpore, non propter ſe in ſua pertu-
lit maieſtate: ſed ad propoſita redeamus. Quid eſt
,, quod dicit, Pater gratias ago tibi, quia audiſti me?
quid eſt? Vbi CHRISTVS cœpit inferi pulſare
fores, portas tartari ſubmouere, ianuas aperire mor
tis, gehennæ ſoluere legem uetuſtam, deturbare an-
tiquiſſimũ ius pœnarũ, repoſcere Lazari aĩam, ab in
feris uiam reditus innouare, occurit ei tartari tota
furens poteſtas: præferens edictum ſuperni princi-
pis: excelſi regis portans decretum: geſtãs latam tot
ſæculis Deo loquente ſententiam: et uidens hominẽ

ſciſcitabatur quis iſte eſſet:quid auderet:quid ſibi uellet:cur ſolus,aut ſine tremore tremendos mortis laceſſat,& inceſſat acceſſus. Cui dicenti quis eſſet, reſponderunt prophetica uoce miniſtri reſurrectionis Angeli:Ipſe eſt Rex gloriæ:ipſe eſt fortis, & potens in prælio. Sed refert Tartarus. Ego Regem gloriæ in cæleſtibus ſcio omnibus poteſtatibus cælicis præſidere:cuius nutum tota ſufferre non poteſt creatura: hunc autem uideo de terrenis unum: concretum limo: corpore mortali ſeptum: & in ipſo habitu hominis hominibus uiliorem: & ad ſummam, cito dandum ſepulchro: ſubdendum meæ protinus eſſe ditioni. Sed perſiſtentibus Angelis, & repetentibus, Ipſe eſt Dominus uirtutum:ipſe eſt Rex gloriæ: ipſe cæli præſul:ipſe creator mundi:ipſe Saluator ſæculi:ipſe Redemptor omnium:& de qua furis tu, lator ipſe ſententiæ: ipſe tuum calcaturus caput: ipſe tuum contriturus imperium:ipſe te ſuo iudicio perditurus, qui reos iuſſus capere, attrahis innocentes: ſanctos diripis:ipſi Dei filio cōminaris. Redde ergo unū, priuſq̃ multos cogaris exoluere. Sed Tartarus adhuc iſta non credens, per conſuetos nūtios recurrit ad cælum, hæc inuidioſa interpellatione deplorans. Ego Domine, & ſi extremus creaturæ tuæ, et ſi triſti ſeruitio mancipatus, præcepta tua inuiolabili lege ſeruo:peruigilo ne quis ſententiæ tuæ uetuſtum ius nouus temerator immutet:ſed apparuit homo q dicitur CHRISTVS, tuum ſe filium iactans, ſacerdotes tuos notat:ſcribas tuos arguit:ſabbata tua uiolat: legē tuā ſoluit:& animas exēptas carne, & pœnæ iā, meæq; cuſtodiæ deputatas, ad corpora in qbus ſcelerate uixerāt, redire cōpellit:& tantis cotidie procedit

Pſal. 23.

auſibus,ut Lazarũ iam carcere noſtro clauſum, iam lege noſtra uinctum iam in iure noſtro manentem, effractis clauſtris inferi conetur eruere: aut cito ſubueni: aut ſi patefecerit ſemel ianuas, omnes quos tot ſæculis ſeruauimus, nunc amittis. Ad hæc Filius de ſinu Patris reſpondit. Pater iuſtum eſt, ut carcer non innocentes teneat, ſed nocentes: pœna non iuſtos cruciet, ſed iniuſtos. Quãdiu ſub unius hominis culpa, propter Adæ ſolius noxam, Patriarchas, Prophetas, Martyres, Cõfeſſores, Virgines, Viduas, in caſtitate coniugii permanentes, omnes ætates, utrunq; ſexum, certe paruulos neſcientes bonum, uel malũ, hic carnifex ad ſe trahere crudeli infeſtatione non ceſſat? Pater ego moriar, ut non moriãtur omnes: Pater ego Adæ debitum ſoluam, ut per me tibi uiuant, qui per Adam moriuntur inferno: Pater propter ſententiam tuam ego meum ſanguinem fundã: tantum eſt ut ad te tua redeat creatura: pretium chari tibi ſanguinis mei redemptio ſit omniũ mortuorum. Ad hæc totius Trinitatis conſenſus & Lazarum præcepit exire: & tartarus ad reddendos omnes mortuos CHRISTO iuſſus eſt obedire: hinc eſt quod Filius clamat. Pater gratias tibi ago, quia audiſti me.

Heb.4. Teſtatur Apoſtolus quod CHRITVS aduocatus noſter ſit apud patrem: deniq; quando ſedet, coniudicat patri: quando ſtat, officio fungitur aduocati. Tũc CHRISTVS peracta aduocatione clamat uoce magna. Lazare ueni foras. Tũc tartarus ligatis manibus, & pedibus, Lazarum rettulit ad ſuperna: timens, & tremens, ne dum ſoluit, ne dum moras facit, ne dum tardius refert unum, omnes cogeretur afferre: ſic factus eſt uiuorum relator, qui raptor eſſe

conſueuerat mortuorum: nam quare CHRISTVS uincula inferni dirupit, mortis ligamenta diſſoluit, niſi ut nobis monſtraret inferni tremendam ſeruitutem? nam ſi de Moyſi corpore diabolus Angelo cõtradixit, quomodo non tartarus CHRISTO de uita,& de reſurrectione Lazari cõtradicet? Orate fratres,ut qui guſtum reſurrectionis Lazaro propinãte ſuſcepimus,redeunte CHRISTO uniuerſalis reſurrectionis uoces mereamur audire. Iudæ.

Præcedens Sermo poſt ſequentem collocari debuit.

DE EODEM. SERMO. LXIIII.

SIngula ſcripturæ uerba ſi libris ſingulis mandarentur,nec ſic myſteria quæ in ipſis ſunt audientibus perlucerent:& quid faciet ſubitus,& breuis ſermo, qui in modum fulguris, priuſquã illuſtret oculos,iam refugit:nec dat lucem uidentibus,ſed pauorem? Orate ergo, uti quia in ſæculi obſcuritate uerſamur,& in carne poſiti noctis tempus agimus, non diei,lucernam nobis uerbi ſui CHRISTVS accẽdat,qua præuia myſterii cæleſtis ingrediamur obſcura:& gradu lento perueniamus ad ſcientiæ diuinæ quãtam poſſumus claritatem:ſicut illi Magi, qui mentis ſuæ oculos metientes,non audent ſplendori ſolis,aut diuinæ ſe committere claritati,ſed nocte tenerum ſtellæ lumen tenerioribus oculis aſſumentes, ad cubile CHRISTI tenerrimum peruenerunt.Sed iam,ſicut promiſimus,Euangelicæ lectionis quod ſupereſt exequamur. Martha, inqt, ut au Mat. 2.

Digitized by Google

Ioã.ii. „ diuit quia IESVS uenit, occurrit illi. Sic ſeruus non fuit, non proximus, non amicus, certe qui aderat conſolator, ut mulier ſola medias per turbas, per caſtrũ totum, extra ciuitatem, & luctus tempore, ueniẽti occurreret Saluatori? Fratres in his perſonis non cauſæ currunt, ſed ſacramenta ſignantur: mulier currit pro morte, quæ cucurrit ad mortem: feſtinat ad ueniam, quæ feſtinauit ad culpam: ad redemptorẽ piũ peruenit, ſeductor peſſimus quam præuenit: reſurrectionem quærit, quæ quæſiuit ruinã: & ipſa quæ mortem uiro attulit, ut uitam uiro referat, hæc anhelat. Hinc eſt quod in loco CHRISTVS reſtitit: expectauit CHRISTVS, quod non intrauit turbas: quod non contendit ad domum: quod nõ ad ſepulchrum diuertit: quod non ad Lazarum propter quem uenerat feſtinauit, ſed mulierẽ ſuſtinet, mulierem remoratur, mulierem primam ſuſcepit, quã primam ſuaſor infecit: a muliere perfidiam fugat, ad mulierem reuocat fidem, ut quæ fuit perditionis obſequium, ſalutis eadem ſit miniſtra: et ſit tandem per deum uiuentium mater, quæ per diabolum diu mater extitit mortuorum. Et quia mulier fuerat mali caput, cauſam mortis agit, ut ante crimen diluat, q̃ ueniam largiatur: ante cauſam tollat, q̃ ſententiam ſoluat: et cauet ne uir mulierem, per quam ſemel deceptus eſt, participem refugeret ad uitam: ac ne multis, periiſſet mulier, ſi ante ad uirum CHRISTVS Dominus perueniſſet. Hinc eſt fratres, quod per mulierem naſcitur CHRISTVS, hinc eſt ꝙ uirum mulier ſemper uentris ſui ſuſcitat de ſepulchro, ut doloribus reuocet, quẽ depulit blandimentis: ut flendo reparet, quẽ perdidit manducando. Deniq; ubi Martha confeſſa

Digitized by Google

eſt CHRISTO, et quicquid ſuæ culpæ non in perſo/ná mulieris pia confeſſione deleuit, mittitur ad Mariam, quia ſine MARIA nec fugari mors poterat: nec uita poterat reparari? Veniat Maria, ueniat materni nominis baiula, ut uideat homo CHRISTVM uirginalis uteri habitaſſe ſecretū: quatenus prodeant ab inferis mortui: mortui exeant de ſepulchris. IESVS, inquit, ut uidit Mariam plorantem, & Iudæos qui cum ea uenerant plorátes, fremuit ſpiritu: & turbauit ſeipſum: et dixit: ubi poſuiſtis illum? Reſponderunt: Domine ueni, & uide: et lachrymatus eſt IESVS. Plorat Maria: plorant Iudæi: plorat & CHRISTVS: putas ne ſimili compaſſione? Eſto ꝙ Maria ſoror fleret, quia nec fratrem retinere potuit, nec morti potuit obuiare, quæ licet eſſet de reſurrectione ſecura, deſtitutione tamen ſolatii præſentis, mora abſentiæ tam longæ, triſtitia diutinæ ſeparationis, non potuit non deflere: ſimul quia tam trux, tam funerea, tam crudeliſſima imago mortis, quam uis fidelem mentem non potuit non tangere, nō mouere: flebant Iudæi et conditionis ſuæ memores, et futuræ uitæ deſperatione poſſeſſi: mors cum ſatis uiuentibus ſit amara, ſatis turbat ipſo exitu, plus conturbat exemplo: mortuum quoties quis uiderit, totiens ſe morti eiulat deſtinatum: ſic de morte nō poteſt non dolere mortalis: quid horū CHRISTVS? & ſi nihil horum, quare flebat? certe ipſe eſt qui dixerat, Lazarus mortuus eſt, & gaudeo: de quo gaudet mortuo, ipſum cū reſuſcitat tunc lamentatur: qui cū amittit, non flet, cum recipit, tunc deplorat: tunc fundit mortales lachrymas, uitæ ſpiritum cū refundit. Fratres, habet hoc natura corporis humani, ut ꝓdu/

Digitized by Google

cat lachrymas uis gaudii,uis mœroris:quotiés enim uiſcera aut lætitiæ,aut triſtitiæ nimio arctantur im/pulſu,oculi in lachrymas mox erumpunt: hinc eſt quod CHRISTVS non dolore mortis, ſed illius læ/titiæ recordatione lachrymauit: qui uoce ſua, uoce una,omnes eſt mortuos perpetuam ſuſcitaturus ad uitam.Fremit ſpiritu,& tota ſe uiſcerum commotio ne conturbat,quia adhuc ſolum Lazarum, & nō iam omnes mortuos ſuſcitabat.Quis ergo ex humana in

Luc.15. firmitate exiſtimet hic fleuiſſe CHRISTVM,cum cæleſtis pater luxurioſum filium non quando abiit, ſed quando recepit tunc deplorat? CHRISTVS recipiens fleuit Lazarum,non amittens: deniq; non quando plorantes uidet,tūc plorat CHRISTVS, ſed quando interrogat:et in reſpondentibus uidet fi

» dei nil manere:dixerat, Vbi poſuiſtis eum? At illi

» reſponderunt:Domine ueni,& uide. Putauerunt eū neſcire ubi poſitus eſſet in terra,qui ſciebat ubi illum tartara dira retinerent.Ille ſic interrogans exigebat fidem,ſcientiam porrigebat,ut aſtantes ſcirēt quod mors,quod ſepulchrum, quod corruptio, quod pu/tredo,quod fœtor non ex conditione Dei,ſed ex de/licto hominis hominibus accidiſſet: nam cum dicit, ubi poſuiſtis eum? mulieres increpat: mulieres ar/guit:hoc eſt,quem ego poſui in Paradiſo,in regione uitæ,ecce uos ubi poſuiſtis eum:ſed et Iudæi ad igno

» rantiam requirentis reſpondebāt. Domine ueni, et

» uide. Quid? illū iubere morti? qd? iubere illū in feris crederent,qui credebant eum quod erat in ocu lis non uidere? qui de lachrymis eius taliter diſputa

» bant? Qui potuit aperire cæci oculos, quomodo fa

» cere non potuit, ut et hic non moreretur? Potuit,

potuit facere ut non moreretur, ſed mori permiſit
is,qui mortuum ad ſuam gloriam uoluit ſuſcitare:
permiſit ad inferna deſcendere, ut appareret Deus
ab inferis hominem cum reducit. Sed Iudæi pare/
bunt corda ueſtra obſtructiora inferis,uiſcera ueſtra
duriora mortuis,oculi ueſtri tetriores ſepulchris, cũ
uox quæ patefacit tartara,ueſtra non patefacit arca/
na:cum iuſſio quæ exuſcitat mortuum, mentes ue/
ſtras non ſuſcitat:cum lux quæ illuſtrat ſepulchrum,
ueſtram non illuminat cæcitatem. Sed iſta ſufficiát,
ut cum CHRISTO reſurgentis Lazari gloriam pa/
tentius uidere poſſimus.

DE DIVITE, ET LAZARO. SERMO. LXVI.

DVas hodie a duobus Euangeliſtis edi/
tas ita recitari fecimus lectiones,ut ſer
moni noſtro ueſter intellectus occur/
reret:paterent abdita. Lazari reſurgen
tis occaſio cur alterius nos Lazari cō/
pulerit facerę mentionem, ex ſequentibus audietis:
modo inhumani diuitis,& Lazari pauperis, ſtupen/
das uices,pauendas ſucceſſiones,conditiones admo/
dum lamentandas in medium producere, & afferre
geſtimus:quia diues qui participem pauperem in bo
nis præſentibus audire contempſit, in futuris malis
compatientem pauperem non meruit inuenire: nec
ardens aquæ refrigerium percepit,æſtuanti pauperi
„ fame panis refrigerium qui negauit. Cum eſſet, in/ Luc. 16.
„ quit,in tormentis eleuauit oculos ſuos,& uidit Abra
„ ham de longe,& Lazarum in ſinu eius. Gratis reſpi

Digitized by Google

cit modo Lazarum ſurſum,qui ante deorſum Laza‑
rum uidere deſpexit:de talibus dixit Propheta. Ocu‑
ps.16. „ los ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Cum eſſet
„ in tormentis. Pungit pœna,quem non pœnitudo cõ
punxit: & uexant tormenta, quem Lazari uulnera
non mouerunt: nec gratis aculeos percipit pœná‑
„ rum, qui in purpura uolutabatur ingratus. Vidit
„ Abraham de longe. Longe illi erat Abraham, cui
„ non fuerat proximus pauper. Vidit Abraham diui‑
tiarum conſortem, ſed inhumanitatis exortem: et
Abraham diues,ſed plus humanitate,q̃ cenſu, tu di‑
ues inhumanitate tua maior tuis diuitiis extitiſti:
Abraham ſibi peregrinus,ciuis hoſpitum fuit, tu pa‑
latia poſſidens tectum pauperi nõ dediſti: Abraham
dum ſeruos ſuſcipit,Dominum ſic recepit,et cunctis
hominibus ponens panes,ipſum dominum ſuam ſu
ſcepit ad mẽſam,tu dum ſingulari pauperi negas mi
„ cas,ſtillam refrigerii perdidiſti. Et ipſe clamans di‑
„ xit. Sic clamat ibi,qui hic clamantes contempſit au
dire:ibi caſſa uox eſt:iſtic inanis eſt clamor:audi Pro
Pſal.6. phetam dicentem.In inferno autem quis confitebi‑
tur tibi? In inferno quis miſericordiæ locus? in tor
mentis quæ ſpes ueniæ? et in hora ſentẽtiæ tempus
„ indulgentiæ quis requirit? Pater Abraham miſere
„ re mei. Crudelis fili,quam miſericordiã petis? quã
„ tibi negando pauperi tu negaſti? Et mitte Lazarũ.
Miſer fili,ſi Lazarus ad tuam menſam ueniſſet,tu ad
„ iſtum diſcubitum non ueniſſes. Vt intingat extre‑
„ mum digiti ſui in aquam. Qui claudit manum pau
peri,extremi ſtipem digiti ſic depoſcit: et ſitit aquæ
„ guttam,qui uini lacus,ne guttam daret, incluſit. Vt
„ intingat extremum digiti ſui. Qui diuitias ſuas non

Digitized by Google

miſerando pauperi dedit ſibi miſericordiam ſic mi-
,, norat. Et refrigeret linguam meam, quia crucior in
,, hac flamma. Quaſi reliquum corporis ab incendio
haberet immune: ſed lingua plus arder, quæ miſeri-
cordia ut fieret, iubere neglexit: in lingua maius ſen
tit incendium, quæ maledixit pauperi: pauperi miſe
ricordiam contradixit: lingua in tormentis prima
eſt, quæ derogando pauperi pauperis blaſphemauit
auctorem. Sed audiamus iam quid reſpóderit Abra
,, ham. Fili, inquit, recordare, quia recepiſti bona in
,, uita tua, et Lazarus ſimiliter mala. Nemo putet au-
diendo iſta, quia diues pro bonis receperit bona, quã
do hinc magis reus eſt, q cum a Deo pro malis re-
ceperit bona, bona pro bonis Deo redhibere cõtem
pſit: nam de diuitiis tantis nec uictum dedit pauperi:
nec ſacrificium Deo minima oblatione depẽdit. At
pauper diues uulnere, cenſu nudus, exutus corpore,
ueſtitus pœnis, animam quam ſolam non tenebant
uulnera Deo in hoſtiam iugiter offerrebat: hinc eſt
quod recipit pro doloribus requiem: pro opprobrio
gloriam: pro contumeliis honoré: pro deſpectu gra-
tiam: pro pãnis immortalitaté: pro uulneribus p̃mia:
pro ſiti refrigerii fonté: pro fame cæleſtis menſæ de-
licias ſempiternas: & quẽ diuitis angulus non cœpit,
ſinus diuinæ conſolationis includit. Tu diues fulgẽs
quondã purpura, nũc tegere fimo: pro coccino ueſti
re flammis: pro molli diſcubitu ſuſtine tormentorũ
dura: pro lautis ferculis epulare pœnas: copias inopia
compenſa: ebrietates ſiti digere: pro odoribus aſper-
gere fœtore: et cui aſtiterũt uoluptatis obſeqa, aſtẽt
tibi miniſteria nũc pœnaꝝ: q aiſta tibi deſpiciẽdo pau
,, peré talſ tu mutaſti. Adiecit ãt Abrahã dicẽs. In his

„ omnibus inter nos,& uos chaos magnum firmatum
„ eſt,ut qui uolunt hinc tranſire ad uos, non poſſint:
„ neq; inde huc tranſmeare. Dicendo ſic, tam iuſtos,
q̃ iniuſtos ante aduentum Domini apud inferos fuiſ
ſe declarat:et diſcretos locis tantum, non regioni/
bus aperit fuiſſe diuiſos.Poſtq̃ uero Dominus reſur/
gens a mortuis aperuit infernum,patefecit cælos, pa
radiſi clauſtra reſerauit,dedit ſanctis paradiſi intra/
re requiem:ad cæli gloriã peruenire:iſta qui ſic cre/
dit,intelligit qd mortalibus ueniẽs donauerit CHRI
STVS.Inſipiẽter ergo diues putat apud inferos mu/
tari loca,quando hic agendo homo bene, uel male
ibi ſibi terminum, aut pœnæ,aut quietis indicit.Stul
tus in uita diues,ſtultior inuenitur in pœna:et qui bo
norum ſuorum neſciuit tempus,nec malorum ſuo/
„ rum tempus miſerandus agnoſcit. Rogo te pater.
Modo rogas:modo tibi tempus patiendi eſt,non ro
„ gandi. Rogo te pater. Quid? Vt mittas Lazarum
„ in domum patris mei. Ante quam bene iacuit Laza
rus:ad illam ianuam,in qua fame ſua inhumanitatis
tuæ titulos fixit:ubi poſtes tuos ſuis hulceribus laurea
uit:ubi ſanie ſua pinxit micas tuas.Patere ergo ſtare
uices:iam depone dolos:lucet quia tu Lazarum non
potes ſic uidere:ſcitur,ſcitur quia plus te felicitas La/
„ zari, q̃ gehennæ torquet incendium. Reſpondit
„ Abraham: habent Moyſen, & Prophetas,audiant
„ illos. Hoc eſt ſi Moyſen qui regna Aegypti ele/
Exo.7. mentis ſecum militantibus triuit, qui ſiccauit ma/
Exo.14. re, qui durauit fluctus, qui lapides in fluenta con/
Exo.17. uertit, qui ſolem texit nube, qui noctem luce ra/
Exo.13. diauit, qui cælum fecit pluere carnes, rorare pa/
Num.16 nes,non ſolum non audierunt, ſed & occidere ſunt

moliti, iſti Lazarum dignabuntur audire, quem tot uulnera ſepiũt, quot Moyſen cinxere uirtutes? pate re & me ſentire quod genui, et tu patere quæ feciſti.
» Non pater Abraham. Vere non pater, quia nõ erat
» Abrahæ filius, ſed gehennæ. Non pater Abraham,
» ſed ſi quis ierit a mortuis ad eos, pœnitentiam agẽt. Hoc diues de corde omnium dicit, hoc de deſideriis cunctorum petit, hoc de uoris omnium loquitur mũ danorum: omnes. n. ſuſurrare cõſueuimus: O ſi quis ueniret a mortuis, & quod ibi agitur hic referret, om nes crederent ei. Certe ut dubitantes dicerent, quis inde uenit, unde nemo uenit? poſt mortem quod ſit aliquis, quis probabit? Omnes audita loquimur: di ctis inſinuata ſentimus: nam quid ueri fides habeat, merſum eſt in profundum: ſed perfidiæ, non ignorã tiæ eſſe quod ſic loquimur, cum ita credimus, hodie beati Iohannis Euangeliſtæ lectio ſecuta mõſtrauit: nam ſicut diues petit, Deus pro Lazaro Lazarum mi ſit: ſed quid miſſus, quid deſideratus, quid reſurgens
» profecerit patienter audire. Cogitauerunt, inquit, Ioã. 12.
» principes ſacerdotum, ut Lazarum interficerent, qa
» multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant
» in Ieſum. Quaſi ad hoc deſideratus aduenerit, ut ite ratæ mortis pericula ſuſtineret. Nolunt, nolunt refer ri uiſa, qui uolunt audita non credi. Scimus, ſcimus et uitam parari bonis, & malis tormenta præparari: ſed dum uitiis capti uirtutum tempus nolumus ad/ uenire, fingimus neſcire quod ſcimus: & poſt mortẽ quid ſit nolumus ab inferis uenire qui dicat: cum de cælo CHRISTVS ueniens, & ab inferis ipſe re/ diens, & quid bonos in cœlo maneat, & quid malos expectet in inferno, & uerbo docuerit, & firmauerit

Digitized by Google

exēplo. Sed forte ideo nec iſta credimus, nec CHRI/
STVM nolumus aduenire, quia mundum trāſire no
lumus, immo non quia mundum tranſire nolumus,
ſed quia dolemus uitia præterire. CHRISTVS ue/
nit non uitam fugare, ſed mortem: mortem fugare,
non uitam: mundum reuocare, non tollere: uitia per
dere, non ſuam diſperdere creaturam. Sed orate fra
tres, ut ueniens nos inueniat tales, quales regni ſui cu
pit, & præcipit eſſe conſortes.

IN ORATIONEM DOMINICAM. SERMO. LXVII.

ACcepiſtis auditum fidei fratres
chariſſimi, formam Domini/
cæ orationis audite: CHRI/
STVS breuiter orare docuit,
qui cito uult poſtulata præſta/
re: aut quid petentibus ſe non
dabit, qui ſeipſum non petenti/
bus dedit? aut in reſpondendo
quam facit moram, qui in dictandis precibus uota
ſupplicum ſic præuenit? Hodie quod audituri eſtis
ſtupent Angeli: miratur cælum: pauet terra: caro nō
fert: auditus non capit: non attingit mens: tota ſuſti/
nere non poteſt creatura: ego dicere non audeo: ta/
cere non poſſum: Deus det, ut et uos audire poſſitis,
et ego dicere. Quid eſt magis tremendū, ꝙ ſe dedit
terris Deus, aut ꝙ uos dat cælo? ꝙ ſocietatem car/
nis intrat ipſe, aut ꝙ uos facit conſortium Diuinita/
tis intrare? ꝙ mortem ſumit ipſe, aut ꝙ uos reſumit
ex morte? ꝙ ipſe in ueſtram naſcitur ſeruitutē, aut

ꝙ uos ſibi gignit in liberos? ꝙ ſuſcipit paupertatem ueſtram, aut ꝙ uos ſibi facit hæredes, ſui unici cohæredes? Eſt utique terribilius, ꝙ terra transfertur in cælum: homo deitate mutatur: ſeruitutis ſors dominationis iura ſortitur. Sed hoc quamuis metuendum ſit, tamen quia cauſa non docentem reſpicit, ſed iubentem, accedamus filioli quo uocat charitas: trahit amor: inuitat affectio: Deum patrem uiſcera ſentiant: uox perſonet: loquatur lingua: ſpiritus clamet: et totum quod eſt in nobis, reſpondeat gratiæ, non timori: quia qui iudicem mutauit in patrem, amari uoluit, non timeri. Pater Mat.6.
noſter qui es in cælis. Hoc cum dicis, non ſic habeas, quaſi non ſit in terris: non ſic accipias, quaſi ſit loco clauſus qui claudit omnia: ſed intellige eſſe tibi genus e cælo, cuius pater habetur in cælo: et age ut uiuendo ſancte ſancto reſpondeas patri. Dei filium ille ſe probat, qui uitiis non obſcuratur humanis: qui diuinis uirtutibus elucefcit. Sanctificetur nomen tuum. Cuius genus ſumus, eius cenſemur et nomine: rogamus ergo, ut nomen eius quod in ſe, et per ſe ſanctum eſt, ſanctificetur in nobis: nomen enim Dei aut honoratur ex noſtro actu, aut ex noſtris actibus blaſphematur: audi Apoſtolum dicentem. Nomen Dei per uos blaſphematur in gentibus. Rom.2.
Veniat regnum tuum. Et quando non regnauit Deus? petimus ergo, ut qui ſibi regnauit ſemper, modo regnet in nobis, ut et nos i illo regnare poſſimus. Regnauit diabolus: regnauit peccatum: regnauit mors: & fuit diu captiua mortalitas: petimus ergo, ut regnante Deo pereat diabolus, deficiat peccatum, moriatur mors, captiuitas captiuetur,

„ ut nos liberi perpetuam regnemus in uitā. Fiat uo-
„ luntas tua ſicut in cælo, et in terra. Hoc eſt regnum
Dei, quando & in cælo, et in terra Dei uoluntas eſt ſo
la: quando in omnibus hominibus Deus mens eſt:
Deus uiuit: Deus agit: Deus regnat: Deus eſt totum: ut
I.Cor.15 iuxta illud Apoſtoli, Sit Deus omnia in omnibus uo
„ bis. Panem noſtrum cotidianum da nobis hodie.
Qui patrem ſe nobis dedit, qui ſibi nos adoptauit in
filios, qui rerum nos fecit hæredes, qui nos nomine
ſublimauit, qui nos ſuo et honore donauit, et regno,
ipſe nos ut panem cotidianum poſtulemus addixit.
In regno Dei, inter munera diuina, quid quærit pau
pertas humana? tam bonus, tam pius, tam largus pa
ter panem filiis non niſi poſtulatus indulget? Et ubi
Mat.6. eſt illud? Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis: aut
quid bibatis: aut quid ueſtiamini. Hoc petere iubet,
quod prohibet cogitare, quatenus cæleſtis pater cæ-
leſtem panē, cæleſtes filii ut poſtulemus hortatur:
Ioā.6. ipſe dixit. Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi. Ipſe
eſt panis qui ſatus in Virgine, fermentatus in carne,
in paſſione confectus, in fornace coctus ſepulchri, in
Eccleſiis conditus, illatus altaribus, cæleſtem cibum
„ cotidie fidelibus ſubminiſtrat. Et dimitte nobis de-
„ bita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus no-
„ ſtris. Homo ſi ſine peccato eſſe nō potes, et uis ſem-
per dimitti tibi totum, dimitte ſemper: quantum uis
dimitti tibi, dimitte tantum: quotiens uis dimitti ti-
bi, totiens tu dimitte: immo quia uis totum dimitti
tibi, totum dimitte: homo intellige, quia remittēdo
„ aliis, tu tibi ueniam dediſti. Et ne nos inducas in ten
„ tationem. Quia in hoc ſæculo eſt ipſa uita tentatio:
Iob.7. Tētatio, inquit ille, eſt uita hominis. Rogemus ergo,
ut nos

Digitized by Google

ut nos arbitrio noſtrō nō relinquat,ſed in omni actu
paterna nos pietate cōſtringat; et in uitæ tramite cæ
» leſti moderatione confirmet. Sed libera nos a ma/
» lo. A quo malo:a diabolo quippe,ex quo eſt omne
malū. Rogamus liberari nos a malo,quia malo qui
non caruerit,frui nō poteſt bono.Si adhuc non nati,
ſi adhuc in utero conſtituti,panē petunt,expetunt re
gnum,quare fit quæſtio, ꝙ ſemper Dei filius in Dei
patris manſit arcano: ſi Eccleſia generat, ratio non
eſt,eſt cæleſte myſteriū; ꝙ ī patre Deo Dei filius fue
rit,quomodo humana ratiocinatione tractetur non
eſt: non eſt humano modo diuinitas æſtimanda:au/
diſti Deum,nil terrenū cogites,nil humanū : audiſti
patrē CHRISTI,hoc per ſubſtantiā crede:audiſti pa
trem tuū,hoc crede per gratiā: ille ut eſſet filius ha/
buit ſemper,te eē filiū dedit modo. Sic ergo te filiū
ſcito,ut ſerūū te eſſe non neſcias : ſic audi ad CHRI/
STI ſimilitudinē te reductum,ut ſemper te CHRI/
STO cognoſcas eſſe ſubiectum.

IN EANDEM. SERMO LXVIII.

COnditio mortalis, terrena compago,
limoſa ſubſtantia,uitæ,ac mortis icer/
ta,labore attrita,conſumpta pœnis,pu
tredini, ac pulueri ſubiecta,natura ca/
pere non ualet, æſtimare non ſufficit,
fugare nō audet,credere pertimeſcit,quod hodie co
gitur confiteri:tantā donorū Dei gratiā, promiſſorū
magnitudinē, munerū largitatē,fragilitas humana
unde promereri ualeat nō poteſt inuenire.Hoc reor

Digitized by Google

nõ ambiguũ Abacuc Prophetã mentis intuitu præuidiſſe: dum ſe tanto pauore concuſſum, huius audi
Abac. 3. tus taliter exagitatum tremore, dicit. Domine audi
Iuxta. lxx. ui auditũ tuum, et timui: conſideraui opera tua, et expaui. Auditũ timuit, non quia tunc Propheta tantus audierit Dominũ, ſed quia tunc ſeruus Dominũ ſuũ ſibi conuerſum repperit, & audiuit in patrẽ: non quia mundi huius fabricã elementis ita ſibi diſſonis cõſonantẽ contẽplatus expauit, ſed quia pietatis erga ſe tantæ conſiderans tunc opera admirationis tremore cõcuſſus eſt, & pauore. Cõſideraui, iquit, opera tua & expaui. Adoptatũ ſe tunc ſtupuit i filiũ, quãdo perdiderat ipſius fiduciã ſeruitutis. Deniq; ut ſciatis huius orationis quam uobis hodie diuinitas iſinuat, & infundit, affectum, Propheta tunc audet cælitus percepti huius muneris quodammodo pauore ſolutus. Quid iterum dixerit peruidete: Cuſtodiui, inquit, & expauit uenter meus a uoce orationis labiorum meorum. Poſteaq̃ diuini muneris ſenſerat largitatẽ cuſtodiuit ſe, ne ſe hoſtem, ne inimicum, ne latronẽ ſe iterum ſicut in paradiſo ſuſtineret: fit uigilantior, fit ſollicitior ſui cuſtos, qui ſe poſt tãtæ rei iacturam cæleſtem theſaurum in uaſis fictilibus cuſtodiuit. Et expauit uenter meus. Ventrem cordis interna nominat hic Propheta: quia ſicut uenter cibis, cor ſic ſenſibus paſcitur, & repletur. Et expauit uenter meus a uoce orationis labiorum meorum. Si intellectus cordis infuderat ori uocem, labiis dederat uerba, cur uota ſua, cur deſideria ſua, cur ex hoc quod eſt exoraturus expauit? Quia non ſuggeſtione ſui cordis, ſed diuini Spiritus loquebatur affatu: audi Paulum dicen-

tem,Miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda noſtra cla/ Gal.4.
mantem Abba pater. Quod auditum cum ad inter/
na tráſmitteret,tantum ſe meruiſſe mirabatur:& in/
terna tota hominis pauebát.Merito adiecit.Et intra/
uit tremor in oſſa mea : quia ipſa Prophetæ uiſcera
uexabantur . Et ſubtus me,inquit, cõmota eſt uirtus
mea.Quid eſt ſubtus me? quatenus ipſe, idemq; ho/
mo ſurſum per gratiam iam leuatus, iacebat ſubtus
priſtinam per naturam: nec uirtutem cæleſtem uir/
tus poterat ſuſtinere terrena.Iá fumauit mons Sina, Exo.19.
cum daturus legem Deus deſcẽdit in montem:quid
caro faceret, cum deſcendit Deus in carnem carni
gratiam collaturus? Venit pater,quia homo Deum,
ſeruus Dominum nõ ferebat. Et quia fidelis eſt í uer/
bis ſuis qui dixit, Aperi os tuum : et implebo illud, Pſal.80.
Aperite nunc ora ueſtra,ut ipſe ea tali prece,tali re/ «
» pleat et clamore . Pater noſter qui es in cælis . Vbi Mat.6.
ſunt qui de Dei promiſſione diffidunt? Ecce q̃ cito fi
dei eſt remunerata confeſſio:mox ut Deum unici fi/
lii confeſſus es patrem, tu ipſe es Dei patris adopta/
tus in filium,ut eſſes cæli hæres,qui paradiſi exul ha/
» bebaris, et terræ : & ideo nunc uocas . Pater noſter «
» qui es in cælis. Quia fuit tibi quondam pater,qui te «
reſoluit in limum:qui te ad clauſtra duxit, & pertra
xit inferni:terram neſciat , amorem carnis ignoret,
patrem pulueris non requirat , nihil in ſe uitii licere
permittat,qui Deum patrem cæleſtem repetit ad na
turam : Et qui ſe Dei filium credit : actu, uita,mori/
bus,honeſtate,tanto generi reſpondeat , ne iterũ ad «
terrena deſcendens ad ipſam tanti genitoris tendat «
» iniuriã. Sãctificetur nomen tuũ. Si nomen CHRI/

STI cæcis uiſum,curſũ claudis,defeſſis uario lãguo-
re ſanitatẽ,mortuis dat uitam,teq; homo ipſum,to-
tãq; ſanctificat creaturã,quemadmodũ tu ipſius no-
minis oras,et expoſtulas ſanctitatem:quia a CHRI-
STO uocatus es Chriſtianus:et ideo ſupplicas ut præ
rogatiua tanti nominis meritis in te ſubſequentibus
» roboretur. Adueniat regnũ tuum.Deuotionẽ man
dat,exigit deſideria,uota perquirit ipſe,qui aduentũ
ſuũ in ſua cõtinet poteſtate.Fidelis eſt ille miles,qui
regis ſui p̃ſentiam ſitit:exoptat regnũ:expetit,et con
cupiſcit triumphos: ſed hic petis,ut tibi,et in te adue
niat regnaturus,in quo diabolus arcem, mors impe
rium,diu infernus geſſit,et tenuit poteſtatem. Ore-
mus ergo chariſſimi,ut CHRISTVS ſemper ſuo
regnet in milite:ut miles ſemper ſuo triũphet in re-
» ge. Fiat uoluntas tua ſicut in cælo,& in terra. Bea-
tus dies ille,qui terrenorũ iungit,ſociat,exæquat cæ
leſtibus uolũtates: ut inter diſpares ſubſtantias una,
atq; eadem ſit uoluntas.Hæc eſt fida pax, inconcuſſa
cõcordia,gratia perſeuerans, quãdo per unius domi
ni ordinem familia natura diuerſa,uolũtate fit una:
» eadem reperitur et ſenſu. Panem noſtrum cotidia-
» num da nobis hodie. Poſt cæleſte regnum panem
quis poſtulet temporalem?ſed cotidianum,et in diẽ
uult nos in ſacraméto ſui corporis panis uiaticũ po-
ſtulare, ut per hoc ad perpetuũ diẽ,& ipſam CHRI-
STI perueniamus ad menſam: ut unde hic guſtum
ſumpſimus,inde ibi plenitudinẽ,totáſq; ſatietates ca
» piamus. Et dimitte nobis debita noſtra:ſicut & nos
» dimittimus debitoribus noſtris. Qui ſic petit,& debi
ta nõ relaxat,iſte ſe etiam per quod orat accuſat:qui

ſibi tantum donari poſtulat,remitti tantum,quantū ipſe remittit,& donat,ad placitum Deum,Deum taliter inuitat ad pactum.Quiſq; quantum ipſe præſtiterit alteri,tantum ſibi exigat & ipſe præſtari.Dimittenda ſunt autem fratres debita non pecuniæ ſolum, ſed omnium cauſarum, culparum,criminum: quicquid homo incurrere poteris,in his tibi cum incurrerit alter ignoſce. Fidens peccatis ſuis petit ueniā, qui
„ peccanti libenter ignoſcit. Et ne nos inducas in tē
„ tationem. Hoc petere miles multis modis cogitur fratres,ne fragilitas plus auſa, & de ſe tumore præſumens, nec uirium ſuarum modum colligens,in conflictu malecauta ſuccumbat: deinde offenſus Deus
„ tradat tentationibus quos relinquit. Sed libera nos
„ a malo. Satis de ſe humiliter ſentit, nec ſaluari p ſe præſumit,qui ut a malo per Deum liberetur implorat.Signate uos.Intelligite filioli quanta perfectorū, quanta fortium gloria ſit,et poteſtas, quando tanta uirtus in ipſo cōceptu,tanta maieſtas aperitur in partu.Nondum natus patrem uocat: ſanctitatem poſtulat:regnum petit:dat iura terris: terrenas cæleſtibus exæquat uoluntates:et laboribus profuturis exigit iā deuotus annonam.Panem noſtrum,inquit,cotidianum da nobis hodie.Beati eſtis,qui cœpiſtis ante pugnam uincere,ante triumphare, q̄ uiuere:ante ad patris promptuaria, q̄ matris ad gremium peruenire: ante paſtū gregis, q̄ ſuccum lactis īuadere:toto ante uictoriarū ſonare iubilo, q̄ uagitu reſpōdere cunarū. Vere,ut dixit Apl's,Infirmum Dei fortius eſt hominibus:aut qs poterit tāti ꝯceptus referre ſacramētū ubi uirgo mater parit orbe cotidie:nec relinqt poſteros ad laborē,ſed æternā germina ꝑmittit ad gloriā. i.Cor.1.

IN EANDEM. SERMO. LXIX.

PVtas ne mortale pectus Dñicæ charitatis erga nos magnitudinẽ capit? Putas ne terreni corporis pondere mens depreſſa erga nos diuinum intelligat, ac ſentiat affectum? Nam quicquid cæli micat, radiat, & ſplẽdet ornatus, quicquid terra fragrat in floribus, ſapit in fructibus, in animãtibus gaudet, noſtro amore factũ, noſtræ addictũ ẽ ſeruituti. Sed q̃uis magna, parua tamẽ ſunt ad ſupernæ ĩ nos dilectionis indicium. Nobis principatus cælorũ, nobis ætheriæ poteſtates, nobis ſupernæ dominatiões, nobis Angelorũ officia excubiis militant indefeſſis. Sed iſta adhuc aſſerendæ in nos diuinæ neceſſitudinis parua ſunt, & minora, tantumq; infima, quãtum creatore ſuo minor eſt creatura. Deus uultu incontẽplabilis, uiſu iperſpicabilis, nullo ſenſu æſtimabilis, inacceſſus mente, ne ipſo quidem ad plenum notus auditu, quotiens, qualiter, quã uarie, q̃ diuerſe, ſe humanis aptauit obtutibus? quã ſe cõmunioni, quã ſe
Gen. 6. familiaritati præſtitit, & conceſſit humanæ? Cũ Noe cõſilii ſui facit eſſe participem: et expiãdo mũdo diluuiũ ꝓmonet iminere: et totũ ſæculũ ipſo cuſtode
Gen. 18. paruo arcæ deſignat in ſemine. Cũ ad Abrahã uelut hoſpes aduẽtat: inuitatus tota dignatiõe ſuccedit: oblata non reſpuit: appoſita uelut eſuriẽs, & laſſus aſſumit: & diuina collatione uelut egens ſuſcipit, et acce-
Gen. 21. ptat humana. Hinc eſt ꝙ emortua mox ſenis mẽbra reuiuiſcũt: ſterilis uetulæ iã uiſcera ſuſcitãtur extincta: et natura ĩ uiuo cadauere pſepulta proditura ſuã

reſurgit auctorē: et generat plurimos trāſacto iam tempore per unum quem crediderat conditorē. Ad Moyſen igneus Deus glomeratur ī rubo: deinde cō- Exo. 3.
fert faciēda cum ſeruo: exercetur uariis in Aegypto Exo. 8.
uirtutibus:& patefit ad nutū famuli: irrogat flagella, uel tollit:& in mari quātus ſit, quantū ue homini de- derit, ultricis undæ demōſtrant obſequia: cū ſiccato Exo. 14.
gurgite cedit unda piis:& liquore durato murū præ- ſtat, munimen exhibet liberādis: ac tota naturæ ſuæ uirtute de hoſte ſæuiſſimo triūphatura decurrit, Mi- ro cōtubernio Iſraeliticis Deus cōuerſatur in caſtris: Deu. 23.
numeroſas gentes nunc ferit fulmine, nunc tangit Ioſ. 10.
grandine, nunc ſolo tubarū clangore proſternit: ut Ioſ. 6.
ſine cōflictu, ſine uulnere Deus ducat uictrices acies, quas præcedit :affuit deſideriis, uotis annuit ſingulo- rū: mox ad interrogata reſpōdit: occulta ꝑdidit: præ- dixit futura: quæſita patefecit: regnum contulit: dona uit opes: temperauit pluuias: fœcnudas præſtitit ter- ras: coniugia ipſa filiorum copia, & honore decora- uit. Sed adhuc parum eſſe credidit, ſi affectum ſuum erga nos præſtando proſpera tantum, & non etiam aduerſa ſuſtinendo monſtraret. Poſt omnia mun- dum ſuum pauper ingreditur: iacet in cunabulis ut homo: uagitu ſuo implorat, inquirit, exigit quam tibi præſtitit ipſe pietatem. Parens omnium uſus eſt te parente: ſubiectus tibi extitit, cui omnis ſub- iacet altitudo: timuit, quem timenda metuunt: fu- git, ad quem cuncta confugiunt: cælorum arbiter eſt hoſpes in domibus peccatorum: pane paſcitur, qui paſcet omnes: & quid plura ὁ παντοκράτωρ tenetur i. oīpotēs
ſæculorum: ſiſtitur terræ fundator: iudicatur hu- manæ largitor ueniæ: diſcutitur cordis ſcrutator: pu

Digitized by Google

nitur uitæ dator,& redditor: cunctorum reſurrectio ſepelitur,ut tarda mens hominis, & intelligentia ſatis pigra,uel morte in ſe Dei probaret affectum,quæ prædictis,& innumeris Dei beneficiis Dei erga ſe nõ intellexerat, non ſenſerat charitatem, Qui ergo eſſe fecit,dedit uiuere,docuit & orare:quia totum uoluit

Mat.6. „ præſtare, qui ſua ſibi prece uoluit ſupplicari. Pater „ noſter q es in cælis. Ecce homo tua te uoce CHRISTVS hodie ut ſibi faceret cohæredẽ,Dei patris adoptat in filium,dum ait. Pater noſter. Quod ſuæ dignationis eſt, tuæ eſſe uoluit poteſtatis: iuxta illud.

Ioã.1. Quotquot receperunt eum dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri:& tamen iubet dicere,ut dignatio donantis „ ſit,non temeritas præſumentis. Qui es in cælis. Nõ ꝙ non ſit in terris,ſed te qui cæleſtem patrẽ iam uocas,ad cæleſtem uult tendere, et repetere iã naturã: ut generi tanto uita noſtra reſpõdeat:ne terreni mores degenerent,quos cæleſtis donauit, et contulit iã „ natura. Sanctificetur nomen tuum. Non ꝙ tua ſit prece ſanctificandum quod te ſanctificat nomẽ, ſed quia CHRISTI nomine uocatus es Chriſtianus,petendum tibi eſt,ut actu tuo nomẽ hoc ſanctificetur, et honoretur in te. Quia ſicut uirtutũ fama nominis tantam reſpõdet ad gloriam, ita male cõuerſantis ĩfamia ad eiuſdem nominis redundat iniuriam: dicẽ

Rom.2. te Apoſtolo. Nomen Dei per uos blaſphematur ĩ gẽtibus. Et reuera filii,tunc gentilis nomini derogat Chriſtiano,quando aliter ꝙ̃ profitetur, et dicitur ui„ uere uiderit Chriſtianum. Veniat regnum tuum. Non ut Deo ueniat regnum habenti ſemper,ſed poſtulas ut tibi ueniat nõ habẽti: et ꝑcipias illud quod

Mat.25. tibi affectu ſuo Dominus pollicetur:cum dicit.Veni-

te benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt a conſtitutione mundi. Venite benedicti, non dixit ueniamus: percipite, non dixit percipiamus. Nemo miretur quia patrem uocat qui nondum natus eſt: nam ſi Iohannes exultat, et Iacob col Luc. 1.
luctatur in utero, prudés æſtimet quid poſſit natura Gen. 25.
diuina, ſi tantú poteſt per Deú humana conceptio.

IN EANDEM. SERMO. LXX.

OMnia, quæ diuinitus dicta, factaq; refe runt, ſunt miraculo, ſunt ſtupori, ſunt pauenda mortalibus, ipſis etiam cæleſtibus ſunt treméda, ſed nihil tam ſtu pet cælum, pauet terra, expaueſcit uniuerſa creatura, quá quod uos eſtis hodie nobis dicétibus audituri. Seruus Dominú patré uocare audet: iudicé ſuú reus núcupat genitoré: ꝯditio terrena ſua ſe uoce adoptat í filiú: qui terrena perdidit, æſtimat ſe diuinitatis hæredé. Sed audemus: qa præſumptio dicentis non eſt, ubi auctoritas eſt iubétis: ipſe enim nos hodie dicere ſic uoluit, qui nos docuit ſic orare. Et quid mirum ſi homines Dei conſecrauit in filios, quando ſe hominis dedit, et aptauit in filium? Carnis tunc naturam tranſtulit in diuiná, deitatem quádo humaná detulit ad naturá: tunc hominem ſibi in cæleſtibus præſtitit cohæredé, quádo ſe participem reddidit terrenorú. Aut homini negare quid amoris potuit? quid muneris? qui totum quod erat hominis, etiam peccatum ſuſcepit, et morté? aut quomodo hominem in ſuis proſperis ſocium non habebit, qui in aduerſis hominis ſe fecit eſſe conſortem?

Homo redi ad Deum ſic amatus a Deo: & ad illius gloriam da totum te, qui ſe totum propter te ad ſuā deduxit iniuriam: et uoca patrem fidens, quem tāto amore tuū probas, ſentis, intelligis eſſe genitorem.

„ Pater noſter. Quod nōdum natus patrem uocat, nemo miretur: Deo nata ſunt naſcitura: futura facta ſūt

Eccl. 3. Deo. Quæ futura ſunt, inquit, iā fuerūt. Hinc eſt quod

Luc. 1. in utero ſuū Iohānes ſentit auctorē: & extat nuntius

Gen. 25. matri, q erat ſuæ neſcius uitæ. Hinc eſt ꝙ Iacob ante legitur bellare, q̄ naſci: ante triūphare, q̄ uiuere. Hic eſt ꝙ iam ſunt Deo, qui ſibi adhuc nō ſunt, qui electi

„ ſunt ante conſtitutionē mundi. Qui es in cælis, Nō ꝙ ille non ſit in terra, ſed ut tu per hoc germen eſſe noueris te cæleſte: & ſi te Dei filium eſſe fateris, uiue quaſi Dei filius: ut actu, uita, uirtutibus, tāto poſſis re-

„ ſpondere genitori. Sanctificetur nomen tuū. Quia a CHRITO uocatus es Chriſtianus, petis ut prærogatiua tanti nominis ſanctificetur in te: qa nomen Dei quod per ſe, & ſibi ſanctū eſt, aut ſanctificatur in nobis noſtro actu: aut noſtro actu blaſphematur in gē-

Lu. 17. „ tibus. Veniat regnum tuum. Ipſe dicit: Regnū Dei intra uos eſt: ſi intra nos eſt, ueniat ut quid oramus? eſt in fide, eſt ī ſpe, eſt ī expectatione, ſed ut in re ueniat iam precamur. Veniat autem nobis, non illi qui ſemper cōregnat patri ſuo, ſemper regnat in patre,

Mat. 25. ſed ueniat nobis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratū eſt ab origne mundi.

„ Dicimus: Veniat regnum tuum. Vt ſic Deus regnet in nobis, quatenus in nobis deſinat mors regnare: de

Rom. 5. ſinat regnare peccatum. Regnauit, inquit, mors ab

Rom. 6. Adam uſq; ad Moyſen. Et alibi. Non regnet peccatū

„ in ueſtro mortali corpore. Fiat uolũtas tua ſicut in
„ cælo,et in terra. Nunc in terra multa fiunt pro dia-
boli uoluntate,pro ſæculi nequitia;pro deſiderio car
nis,ĩ cælo uero fit nihil præter Domini uoluntatem:
petimus ergo,ut interempto diabolo,ut nouo ſæcu-
lo,ut mutato corpore,ut deſtructo mortis imperio,
ut abolita dominatione peccati,in cælo, et in terra,
in Deo, & hominibus,una Dei ſit, eadẽq; uoluntas.
„ Panem noſtrum cotidianum da nobis hodie. Poſt
regnum cæleſte terrenum panem petere non iube-
mur prohibente ipſo, cum dicit. Nolite ſolliciti eſſe Mat.6.
animæ ueſtræ quid mãducetis, aut quid bibatis. Sed
quia ipſe eſt panis qui de cælo deſcendit,petimus, & Ioã.6.
precamur,ut ipſum panem quo cotidie, id eſt iugi-
ter ſumus in æternitate uicturi, hodie id eſt in præ-
ſenti uita de conuiuio altaris ſancti ad uirtutem cor
„ poris, mentiſq; capiamus. Et dimitte nobis debita
„ noſtra:ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
Sic dicendo homo indulgentiæ modum,menſurãq;
ueniæ tu tibi dediſti,qui a Domino tantum tibi petis
dimitti,quantum dimiſeris ipſe conſeruo. Dimitte
ergo delinquenti in te totum, ſi uis ipſe de tuis nihil
Domino debere delictis:in altero dimitte tibi, ſi uis
„ ipſe uindicem uitare ſententiam. Et ne nos inducas
„ in tentationem. Deus,ſicut ſcriptum eſt, neminem Iac.1.
tentat,ſed tentare dicitur,cum contumaciter euntes
ad tentationum laqueos derelinquit.Sic Adam ten- Gen.3.
tatoris incurrit inſidias,dum ſui præcepta deſerit cõ
ditoris.Vnde aũt,& a quo tentaretur hõ,ꝓdit ſic dicẽ
„ do. Sed libera nos a malo. Hoc ẽ a diabolo,q to-
tius mali et auctor eſt,& origo:diabolus natura cæle
ſtis fuit:nũc ẽ neqtia ſpũalis:ætate maior ſæculo:no-

cendi uſu tritus: lædendi arte peritiſſimus: unde non iam malus, ſed malum dicitur, a quo eſt omne quod malum eſt. Hinc eſt quod propriis uiribus liberari homo non poteſt carnalibus uinculis illigatus. Petẽdum nobis eſt ergo, ut Deus nos a diabolo liberet, q CHRISTVM terris ut diabolum uinceret cõmodauit. Clamet homo, clamet ad Deum, clamet, libera nos a malo, ut a tanto malo ſolo CHRISTO uincente liberemur. » Pater noſter qui es in cælis. Orandi thema, materiam petendi, ſupplicandi normam pauciſſimis in uerbis ipſe tibi qui tibi eſt exorandus indulſit, ut ex hoc tu petendi ſumas ſenſum: intellectũ poſtulandi capias: menſuram colligas impetrandi: et breuiſſimo magiſterio orandi latiſſimam capias diſciplinam: ſimul quia ad amoris indicium rex ipſe officio functus eſt aduocati, ut preces quibus reſponſurus erat ipſe dictaret. Cunctatio ablata eſt impetrandi omnis, immo fiducia collata eſt tota promerendi, quãdo ipſum ſe legit in precibus qui rogatur. Metus locum non habet, ubi a patre filius pietate interprete deſiderat quæ ſancta ſunt impetrare.

IN EANDEM. SERMO. LXXI.

FRatres chariſſimi q uos donauit credere, ipẽ uos docuit et orare: et totã petẽdi formã paucis aptauit ĩ uerbis, qa cũ patrẽ poſtulat, multa p̃ce filius nõ laborat: ſicut.n. petere cogit neceſſitas genitũ, ita urget charitas dare genitorẽ. Pater ergo q ſpõte p̃ſtat, nõ tã ut petaẽ, q̃ quid petaẽ oſtendit: ut filius petẽdo iuſta placeat, q põt ſtulta poſtulãs diſplicere.

Audite patrem,& uos filios eſſe iam credite, ut quæ
petieritis incũctãter impetrare poſſitis. Quid ualeat
fides,credulitas quid poſſit, quanti ſit cõfeſſio hodie
mõſtratur in uobis:ecce Trinitatis trina confeſſio in
cæleſtem ſobolẽ de terrena uos ſuſtulit ſeruitute:ec-
ce fides quæ Deum locuta eſt patrem, patrem uobis
Deum hodie conquiſiuit: ecce uox quæ confeſſa eſt
Deum filium,uos Dei adoptauit in filios: ecce credu-
litas quæ Deũ ſpiritũ proclamauit,de carnis ſubſtan-
tia mortali in uitalẽ ſpiritus ſubſtantiã uos mutauit.
Quis pietatis tantæ dignus inuenietur aſſertor?Deus
pater homines dignatur hæredes: Deus filius nõ de-
dignatur ſeruulos cohæredes: Deus ſpiritus carnem
conſortem diuinitatis aſſumit: fit cælũ poſſeſſio ter-
renorũ: et inferis addicti iuriſdictione ſuſcipiuntur ĩ
ſupernis, Apoſtolo probante cum dicit. An neſcitis 1.Cor.6
quia Angelos iudicabimus? Vocate ergo Deum pa-
trem:uoſq; & ſi nondũ natos,iã tamen deſignatos fi-
lios eẽ iã credite: et date operam,quatenus ſit uobis
cæleſtis uita:ſint uobis diuini mores:& forma Deita-
tis tota ueſtra præferatur in forma: quia cæleſtis pa
ter reſpondentes generi filios muneribus ditat diui-
» nis:degenerãtes ad pœnalẽ reuocat ſeruitutẽ. Pater
» noſter qui es in cælis. Succũberet cõſcientia ſerui-
lis,terrena cõditio ſolueret,niſi nos ad hunc clamo-
rẽ ipſius patris auctoritas,ipſius Filii Spiritus excita-
ret.Miſit,ait,Deus Spiritũ filii ſui in corda noſtra cla Gal.4.
mantem Abba pater. Laſſeſcit mens,caro deficit ad
diuina,niſi Deus quæ fieri iubet, impleat ipſe qui iu-
bet.Quãdo auſa mortalitas Deum uocare patrẽ niſi
modo, quãdo ſuperna uirtute hominis animãtur in
» terna? Pater noſter qui es ĩ cælis. Homo quid cõc

cum terris tibi, qui cõfiteris tibi genus eſſe de cælis.
Ergo cæleſtem uitã monſtra in habitatione terrena:
quia ſi quid in te geſſerit terrena cogitatio, cælo ma
„ culam, cæleſti generi iniuriam intuliſti. Sanctifice
„ tur nomen tuum. Nos petimus, ut ſanctificet nomẽ
ſuum Deus, quod ſanctitate ſua totam ſaluat, et ſan-
ctificat creaturã. Fratres hoc nomen eſt, quod ſuper-
næ poteſtates pauent: quod tremenda ſuſcipiunt ſer
uitute: hoc nomen eſt, quod mundo perdito dat ſa-
lutem: ſed petimus, ut nomen Dei actu noſtro ſan-
ctificetur in nobis: nobis enim bene agentibus bene
dicitur nomen Dei: nobis male agentibus blaſphe-
Rom. 2. matur: audi Apoſtolũ dicentem. Nomen Dei p uos
blaſphematur in gentibus. Petimus ergo, petimus ut
quãtum nomen Dei ſanctum eſt, tantũ nos eius me-
„ reamur in noſtris mentibus ſanctitatem. Veniat re-
„ gnum tuum. Quaſi non ſemper fuerit, ac ſit, ſic re-
gnum CHRISTI ut ueniat nũc rogamus. Et ubi eſt
Luc. 17. illud, Regnũ Dei intra uos eſt? Intra nos eſt fide, ſed
ut re ueniat ſupplicamus. Fratres quãdiu diabolus ua
rio nequitiarũ genere, multimoda arte fallendi re-
aci em turbat, ſenſus hominũ, moreſq; cõfundit, ſæ-
uit idolis, ſacrilegiis furit, fallit auguriis, diuinatione
mentit, ſignis decipit, illudit aſtris, ſpectaculis occu
pat, obſidet uitiis, peccatis uulnerat, criminibus ſau-
ciat, deſperatione proſternit, CHRISTI regnum
prolongat, et abſentat a nobis. Petimus ergo ut ue-
niat tempus quo mali tanti auctore pereunte, mun-
dus totus, creatura tota totam ſolius CHRISTI
regnet, et triumphet ad gloriam: et fiat quod ſequi-
tur, ut ſicut in cælo, ita et in terra una Domini ſit uo
luntas. Sit terra cælum: uita Deus: tempus æternitas:

Digitized by Google

patria requies:cenſus innocentia:honor immortali-
„ tas:furia caſtitas : Deus totum:addidit. Panem no- ✠
„ ſtrum cotidianum da nobis hodie. Poſt paternita-
tem Dei, poſt diuini nominis ſanctitatem, poſt cæli
regnũ,cotidianũ panem iubemur expoſcere.CHRI-
STVS obliuioni non ſubiacet : CHRISTVS manda
tis ſuis contraria nõ demandat:ipſe dixit.Nolite ſol- Mat. 6.
liciti eſſe animæ ueſtræ quid manducetis,aut quid bi
batis.Sed quia ipſe eſt panis qui de cælo deſcendit,q Ioã. 6.
legis,et gratiæ mola aptatus eſt in farinam, qui cru-
cis confectus eſt paſſione,qui magnæ pietatis fermẽ
tatus eſt ſacramento,qui cõperſionis leuamentũ ſu-
ſtulit de ſepulchro, qui ut diuinitatis ſuæ calore co-
queretur, ipſe clibanũ decoxit inferni,qui ad cæleſtẽ
cibum cotidianus Eccleſiæ defertur ad menſam,qui
in remiſſionẽ frangitur peccatorũ,qui edentes ſe p-
petuã paſcit,et enutrit ad uitã:hunc panẽ cotidie no-
bis dari petimus:donec illo in die perpetuo perfrua-
„ mur. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos di
„ mittimus debitoribus noſtris.Homo penes te eſt po
teſtas ueniæ:in te eſt indulgentiæ ius:tu tibi remiſſio
nis auctor es cõſtitutus.Gratis petis ueniã, qui tibi in
alio indulgere cõtemnis.Hõ tu tibi miſericordiæ fa-
ctus es ipſe mẽſura: quãtũ q̃ris miſericordiæ, fac tm̃.
„ Et ne nos inducas in tentationẽ. Tẽtatio eſt fres ſpe
cies fallens,q̃ pſpa ĩ aduerſis, aduerſa occultat ĩ pſpe
ris:humanãq; ignorãtiã doloſos educit ĩ lapſus:peti-
mus ergo ne peccatis ĩpellẽtibus ĩ tẽtationũ foueas ĩ
cidamus.Inducere aũt Deus dr̃,currẽtes ad crimina
„ cũ relinqt. Sed libera nos a malo.Hic mali malũ de
ſignat auctorẽ,hoc ẽ,diabolũ. Petimus ergo ut mu-
nere hoc uno malis oĩbꝫ cũ mali careamus auctore.

Digitized by Google

Pater noſter qui es in cælis. Nemo cum ſe filiũ cla/
mat,manere ſe miretur in habitu ſeruitutis: ad diui/
num germen hodie deſignatus es, non promotus:
ſpem,non rem te noueris conſecutũ:audi Apoſtolũ.
Rom.8. Spe ſalui facti ſumus:ſpes autem quæ uidetur nõ eſt
ſpes: quod.n.uidet quis quid ſperat? ſi autẽ quod nõ
uidemus ſperamus,per patientiã expectamus. Hodie
adoptionis eſt dies:hodie promiſſionis tẽpus eſt:au/
di:crede:expecta: crede creditori tuo,q tibi credidit
debitori: expecta parũper ut ueniat, qui te diu ſuſti/
nuit ut uenires: da illi ĩducias de ꝓmiſſo,q tibi qcqd
erat debiti iã donauit. Aut quare tu fatigaris ſpe dei,
cũ genus oẽ hominũ ſubſiſtat ſpe ⁊ fide uiuat? Agri/
cola nũq̃ ſereret anhelus,ſi fructũ laboris ſui de tem
pore nõ ſperaret: uiator laborẽ prolixi itineris non
ſubiret, niſi ſe ad deſtinata crederet ꝑuenire: nauta
mare nõ intraret incertus,ſi ſe lucris ſequentibus cõ/
penſaturũ uiarũ diſcrimina nõ ſperaret:miles tota iu/
uentutis tempora nõ ageret in periculis,ſi ſenectutis
honores copioſiſſimos non ſperaret: filius paternæ
dominatiõis tẽpora nõ duraret,ſi ſe ſubſtãtiæ pater/
næ nõ ſperaret hæredẽ. Et tu ſi te iã filiũ Dei credis,
Pſal.26. iuxta Prophetã,Expecta Dominũ,uiriliter age, et cõ
fortetur cor tuũ,& expecta,ut hæreditatẽ Dei de ex/
pectationis fide, & de uirtute patientiæ conſequaris:
Ioã.3. audi Apoſtolum:Filii Dei ſumus:& nondum appar/
uit quid erimus: ſcimus qm̃ cũ apparuerit,ſimiles ei
Colo.3. erimus: et iterũ.Vita uſa abſcõdita eſt cũ CHRISTO
in Deo: cum autem apparuerit xp̃s uita uſa, tunc &
uos apparebitis cũ ipſo in gloria. Fr̃es beati ſunt filii
Dei,quia & hæreditatẽ rerum omniũ poſſidebunt:&
de exceſſu patris luctus temporũ non uidebunt.

IN EANDEM.

IN EANDEM. SERMO LXXII.

Vod ego modo cum magno tremore di/cturus ſum, quod uos eſtis nunc terribiliter audituri, imo terribiliter uocaturi, ſtupent Angeli: paueſcunt Virtutes: ſupernum cælũ non capit: ſol non uidet: terra non ſuſtinet: tota non aſſequitur creatura. Quid ad hæc mortale pectus? Quid ad hæc mẽs hominis imbecilla? Quid ad hæc humani ſenſus anguſtiæ? Quid ad hæc hu/manæ uocis aura? Quid ad iſtud humana lingua ci/to tacitura? Hoc Paulus inuiſibiliter cũ uidiſſet, pro didit non prodendo dicens. Nec oculus uidit: nec au ris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præpa/rauit Deus diligentibus ſe. Hoc Iſaias cum ſuo mox cepiſſet auditu, ad hoc hominum peruenire poſſe dubitat uel fidem dicens. Domine quis credi/dit auditui noſtro? Hoc Ieremias cum diuino con/cepiſſet auditu, partus ſupernorum ſenſuum non ſu/ſtinebat, clamans. Ventrem meum, uentrem meum doleo: & ſenſus cordis mei perturbati ſunt. Hoc Aba cuc diuini Spiritus perorabat afflatu: cũ dicit. Cuſto/diui, & expauit uenter meus a uoce orationis labio/rum meorum: et intrauit tremor in oſſa mea: & ſub/tus me cõmota eſt uirtus mea: eleuatus uirtute Dei ſenſit ſuam ſub ſe ſuccubuiſſe uirtutem. Longum eſt ſuper hoc, ſacramentũ pauoris proſequi, et dinume/rare ſanctorum: tẽpus non ſinit diu me in hoc timo/re demorari: cæleſtis partus impetus non poteſt tar/dare naſcẽtium. Dico ergo, et uos in utero adhuc pe netrali uoce cõpello, prouida exhortatione præmo/neo, ut antequam uideatis matrem, uocetis et patrẽ:

1. Cor. 2.

Iſa. 53.

Hier. 4.

Abac. 3.

ante blandimenta matris,patris tendatis ; & feſtine/
tis ad regnum:ante patris perueniatis ad pané,q̃ ma
tris ad ubera pédeatis.Nec in uos quicquam ſibi , aut
matris neceſſitas,aut ætatis tempora uindicent : ſed
in uobis totum diuino patri, totú cæleſti reſpódeat,
Mat. 6. & occurrat auctori: Pater noſter qui es in cælis.Hoc
eſt quod pauebam dicere:hoc eſt quod trepidabam
proferre:hoc eſt quod neq; cæleſtiú , neq; terreſtriú
quēquã ſinebat ſeruitutis propriæ conditio ſuſpica/
ri:cæli,& terræ,carnis,& Dei repente tantú poſſe pro
uenire cómercium, ut Deus in hominem , homo in
Deum,Dñs in ſeruum,ſeruus uerteretur in filiú: fie/
retq; diuinitatis,& humanitatis ineffabili modo una,
& ſempiterna cognatio.Et quidem deitatis erga nos
dignatio tanta eſt,ut ſcire nequeat quid potiſſimum
mirari debeat creatura : utrum ꝙ ſe Deus ad noſtrá
depoſuit ſeruitutem:an ꝙ nos ad ſuæ diuinitatis ra/
puit dignitaté.Hinc eſt homo quod te diuinitus ad/
hortatur,qui tanto nunc tuo amore flámatur: ꝙ ad/
huc in utero uoce tua te Deus adoptat in filium:ꝙ te
non fieri ſolum liberum uult ille,ſed naſci : ꝙ ipſam
propter te manumittit naturam : ne quem neuú, ne
quam maculam imponat ortus priſtinæ ſeruitutis.
O uos beatos ; quibus dñari datum eſt ante,q̃ naſci:
ante regnare,q̃ uiuere:ante ad Dei patris gloriá per/
uenire,q̃ proſapiam propriæ uilitatis agnoſcere.Ec/
cleſia felix mater,quæ uos tales reſpicit:quæ cum uir
go permaneat,genuiſſe tales, & tantos uos taliter ſe
miratur.Olim partus iſte præcedentibus deſignaba/
Gen. 25. tur exemplis.Hinc eſt ꝙ Iacob in utero matris cum
fratre luctatur,præripit & triumphos. Hinc eſt , ꝙ in
Gen. 38. utero Thamar gemini de primatus honore prælian

tur:retardant partus:nec ante lucem cupiunt uidere, q̃ uincere. Hinc ē ꝙ Iohãnes exultat ante, & ante ſuo occurrit auctori, genetricis ex utero q̃ procedat. Et ſi humana pignora ſic ante Deo militant, q̃ naſcantur parentibus: q̃ uiuant ſæculo: quid mirum ſi Eccleſiæ diuina germina, ſi Deo ſua ſoboles in utero adhuc Luc. 1.
„ quod ſit ſuperni germinis iã fatetur? Pater noſter
„ qui es in cælis. Stupor inſurgit: CHRISTVS de Dei patris pectore matrem uocat, & fatetur in terra: & homo de matris utero patrem uocat, & cõfitetur in
„ cælis. Pater noſter qui es in cælis. Quo te homo re pente prouexit gratia? quo te rapuit cæleſtis natura? ut in carne, & in terra poſitus adhuc, & carnē iam ne
„ ſcias, & terram: dicendo. Pater noſter qui es in cæ-
„ lis. Qui ergo ſe tanti patris filium confitetur, & cre- dit, reſpondeat uita generi, moribus patri: & men- te, atque actu aſſerat, ꝙ cæleſtem conſecutus eſt pa-
„ ternatum. Sanctificetur nomen tuum. Cuius uti- que genus eſſe cœpimus, eius utiq; cenſemur & no- mine: & ideo petimus, ut in nobis illius nominis ſanctificatio perſeueret, honor, & prærogatiua no- minis, quod ſublimauit ſic tanti genitoris celſitu-
„ do. Adueniat regnum tuum. Non illi petimus, cui nunquam defuit regnum, immo qui eſt ipſe regnũ, totamq; in ſe regni continet poteſtatem, ſed qui nos uult ad promiſſam regni gloriam peruenire, monet nos expetere oĩbus hoc uotis: in hoc uult nos totis mentibus inhiare. Quantum namq; eſt temera rius qui diſcutit de genere, ignarus eſt tantũ qui non gaudet, æſtuat, anhelat, cũ promiſſum intēdit, et per
„ tendit ad regnum. Fiat uoluntas tua ſicut in cælo,
„ & in terra. Sicut in cælo, ſic et in terra: tunc iam

rotum cælũ eſt,tunc agit Dei mens una omnes, tunc
in CHRISTO omnes, et in omnibus CHRISTVS,
quando omnes ſolius Dei ſapiunt,& faciunt uolunta
tes:tunc omnes unum,immo unus omnes, quando
» Dei ſpiritus in omnibus uiuit unus. Panẽ noſtrũ co
Ps.67. » tidianum da nobis hodie. Sicut in pſalmo: Benedi/
» ctus Dominus de die cotidie,ita hic. Panem noſtrũ
» cotidianum da nobis hodie. Cotidianum iugem di
Ioã.6. cimus:iugis panis ille eſt,qui de cælo deſcendit. Ego
ſum panis,qui de cælo deſcendi. Perfectio ergo bea/
titudinis eſt hodie,hoc eſt in præſenti, illius panis iã
cibo uiuere,cuius perpetuitate,quod eſt cotidie,ſagi
» nabimur in futurũ. Et dimitte nobis debita noſtra,
» ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. De ſup
plicantis pectore ueniæ fons emanat: & ad ueniã re/
fluet,quicquid pietatis exuberat, & effundit in alterũ
quando indulget ſibi tantum,quantum alteri cõdo/
» narit. Et dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos di
» mittibus debitoribus noſtris. Satis poteſt homo mi
ſericors,qui cum Deo de pietate confligit, cum tan/
tum ſibi dari,quantum dederit, quãtum donauerit,
tantum deſiderat & donari. Homo ſit ſemper in pe/
» ctore tuo uenia,ſi uis crimina nõ timere. Et ne nos
» inducas in tentationem. Hæc interpretatione non
indigent,quia tentatio diaboli prauia, & amara eſt
miniſtra eius:quamdiu uero hoc fragili cõtinemur
in corpore,neceſſario precamur,ut in nos nec tenta
tioni pateat aditus,nec Diabolo tribuatur acceſſus.
» Sed libera nos a malo, Ipſe autem Dominus Deus
noſter liberet nos a malo, & perducat ad omne bo/
nũ,qui uiuit,& regnat Deus modo,& ſemper, & per
infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

DE PASCHALI SOLENNITATE. SERMO.LXXIII.

HOdierna feſtiuitas fratres chariſſimi
nouis uetera non cõnectit, nec carnes
agni ſeruat in craſtinũ, ſed dum præ/
terita præſentibus ſolenni deuotione
participat, et paſcha noſtrũ paſcha re/
deunte coniungit, nouæ regenerationis ablactat in/
fantiam: quia iuxta Apoſtolum, Vetera tranſierũt: et 2.Cor.5.
ecce facta ſunt omnia noua. Annus Dñi perficitur tẽ
poribus, non ſeneſcit: qui tamdiu ſuo recurrit in cir/
culo, quãdiu nos ad diem retributionis adducat. Pa/
ſchalis hodierna ſolẽnitas a lacte quos ante genuit
nunc repellit, ut ſolidioris cibi paſtu perfectũ CHRI
STI roborentur in uirum. Feciſſe Abraham epulum Gen.21.
magnum, totiuſq; domus ſuæ lætitiam ſuſcitaſſe ab/
lactato Iſaac, hiſtoria diuina referente cognouimus:
et ſi ſenectutis ſoboles, ſi ſterilis unicus, choris tripu/
diantibus, cithara, et tympano, & toto pſalterii reſo
nante concentu, uniuerſæ familiæ corda traxit, & cõ/
mouit in gaudium: quanto magis nos in hymnis ſpi
ritualibus conuenit exultare, uel canticis, quando uir
ginei germinis ablactatur uniuerſa fœcunditas? An
na quoq; Saræ conſterilis, quæ lachrymis orationũ 1.Reg.1
ſuarum tamdiu madefecit ariditatem ſui corporis,
et naturæ, quãdiu fuerat longo uitæ tempore negata
poſteritas, Samuelem diuino munere ſuſceptũ, abla
ctatum mox diuinum refundit in munus: & lætitiam
ſuã ſacrificiorum uictimis ad plenitudinẽ liberatio/
nis accumulat: multo magis nos oportet laudis ĩmo
lare ſacrificiũ, uota ſoluere, ſuauitatis incẽſum ado/

Digitized by Google

lere,& tota holocauſtoꝝ pinguedine Deo patri uicti
mas imolare,q̄ñ uirgo mr̄ enutrita,& ablactata tot
numero pignora,quot ſtellas cæli,p̄ri toto orbe rep
Pſal.64. ſentat:ut impleat̄ illud,p̄pheticū.Benedices coroná
anni benignitatis tuæ:et cāpi tui replebunt̄ ubertate.
Nemo ergo otioſum credat iſtud feſtiuitatis nr̄æ ſa/
lutare myſteriū,nec exiſtimet pānū nouū ueteri nos
aſſuere ueſtimēto,ubi nihil Iudaicæ uetuſtatis noui/
2.Cor.5 tati cōiungimus Chriſtianæ:ſciētes,Ap̄ſo docēte,no
uá totá in CHRISTO nobis emerſiſſe creaturá:ſed
agnitioné diuiná ſupernæ uirtutis euchimus ad pro/
fectum:ut dum ſimul nuper nati quid facere debeāt
imbuuntur,& ante geniti quantam Deo gratiam de
perfectione ſua debeant,inſtruūtur,appendātur col/
lo ii,qui modo nati ſunt:& pietate tota ſub Eccleſiæ
matris uberibus occupētur:trahant teneris faucibus
innocentiæ pactum:in opere ſancto brachia meditē
tur extendere:nitantur in curſu fidei tremula firma/
re ueſtigia.Nunquid ſic relinquendi ſunt iam nutri/
ti,ut non patris cura,patris manu,patris regantur ar
bitrio:& ita matris conſilio,matris fide muniantur,
ut non humana ſolum,ſed etiā diuina prudentia per
Gen.27. cipiant,& præripiant ſalutaria? Sic Iacob ſuo nimis
timidus,matris cōſilio ſatis auſus,patris ut præripe/
ret benedictionem,plus myſticus,q̄ doloſus inceſſit:
nam primogenitū ſe mentitus non eſt:quia ille pri/
mus eſt,quē cæleſtis gr̄a generat,nō natura morta/
lis:ille nos ſub hircorū pellibus figurabat,qui ut mo/
riamur peccato hortatu matris Eccleſiæ mortificati
corporis induimur ueſtimento:et odore agri conti/
nuis cōfeſſionū fructibus,& ubertate redolemus,do/
nec cæcitati Iſraeliticæ ſalutariter illudentes,pater/

Digitized by Google

nam benedictioné toto fidei præripiamus arcano· dicente Apſo. Cæcitas in parte in Iſrael facta eſt, do. nec plenitudo gentium introiret. Rom .11.

DE RESVRRECTIONE CHRISTI. SERMO. LXXIIII.

ALiquantulum nos tacere fratres chariſſimi et uigiliarũ labor fecit, & coegit ieiunii laſſitudo: & ideo hodie reddimus de Dñica reſurrectione ſermonem: in qua ſi diuinũ eſt ꝙ ex Virgine naſcitur CHRISTVS, quantum diuinius eſt CHRISTVS a mortuis ꝙ reſurgit? Quod ergo diuinũ eſt

„ humano nõ accipiatur auditu. Veſpera, inqt, ſabba- Mat. 28.

„ ti q̃ luceſcit in prima ſabbati. Veſpera ſabbati: hoc neſcit dies ſæculi: hoc nõ habet mũdi uſus: Veſper finit, nõ inchoat dié: teneb reſcit ueſper, nõ luceſcit: nõ in aurorá uertiť, qa lucis ortum ignorat: Veſpera mĩ noctis parturit dié, mutat ordiné, dũ agnoſcit auctoré: radiat de nouitate myſteriũ, anhelat creatori ſer

„ uire, non tẽpori. Veſpera, inqt, ſabbati q̃ luceſcit in

„ prima ſabbati, uenit Maria Magdalene, & altera Ma

„ riá uidere ſepulchrũ. Sero mulier currit ad ueniá, q̃ mature cucurrit ad culpá: Veſpere q̃rit CHRISTVM,

„ quæ in matutinis Adam ſe nouerat pdidiſſe. Venit

„ Maria, & altera Maria uidere ſepulchrũ. Quæ de paradiſo pfidiá ſumpſerat, feſtinat fidé ſumere de ſepulchro: contendit rapere de morte uitam, quæ de uita

„ rapuerat mortem. Venit Maria. Hoc nomen matris eſt CHRISTI: uenit ergo mater in nomine, uenit mulier, ut fieret mater uiuẽtium, quæ facta

Digitized by Google

fuerat morientium mater,ut quod ſcriptum eſt im-
Gen. 3. » pleretur.Hæc eſt mater omnium uiuentium. Venit
» Maria,& altera Maria. Non dixit uenerũt,ſed uenit;
ſub uno nomine uenerunt duæ myſterio, non caſu.
» Venit Maria,& altera Maria. Venit ipſa, ſed altera:
altera,ſed ipſa:ut mulier mutaretur uita,nõ nomine:
uirtute,non ſexu:& fieret reſurrectionis nuntia, quæ
» internuntia & lapſus extiterat, et ruinæ. Venit Ma-
» ria uidere ſepulchrum. Vt quã deceperat arboris ui-
ſus,uiſus repararet ſepulchri:& quam proſtrauerat il-
» lecebroſus aſpectus,aſpectus ſalutaris attolleret. Ec-
» ce,inquit,terræmotus factus eſt magnus: Angelus.n.
» Domini deſcendit de cælo. Tremuit terra, nõ quia
Angelus deſcendit de cælo,ſed quia ab inferis domi
» nator aſcendit. Ecce terræmotus factus eſt magnus.
Mouetur chaos:diſſiliunt ima terrarum:timet terra:
montium tremunt pondera:orbis fundamenta qua-
tiuntur:corripitur tartarus:ſiſtuntur inferna: addici-
tur mors,quæ in reos tendens incurrit in iudicẽ: do-
minata ſeruis,exarſit in dominum: ſæuiens in homi
nes,proſiliuit in Deũ. Merito ergo perit lex tartari:
remota ſunt inferni iura:poteſtas mortis ablata eſt:
et in pœnam temeritatis ſuſcitauit mortuos cogni-
toris iniuria:deniq; redduntur corpora: redintegra-
tur homo:uita reparatur:et conſtat de uenia iam to
tum,quia in auctorem uitæ mox eſt tranſgreſſa ſen-
» tentia. Ecce terræmotus factus eſt magnus. Modo
terræmotus magnus: O ſi tunc uel leuis turbo arbo-
rem mortiferam deieciſſet, O ſi nebulæ fumus illius
mulieris tenebraſſet aſpectũ, O ſi terra nubes letha-
lis pomi ſpeciem caligaſſet, O ſi manus tangens in
conceſſa tremuiſſet, O ſi peccati diẽ tenebraſſet nox

Digitized by Google

iniuſta,et lamenta mundi,et incrementa mortis , &
creatoris iniuriam tunc tuliſſet:ſed uitiis ſemper ſer
uiunt blandimenta:lenocinantur dulcia delictis:uir/
» tutibus uero auſtera, & fortia ſunt amica. Angelus
» enim Domini deſcendit de cælo. Reſurgéte CHRI
STO,morte pereũte terrenis reddit̃ cæleſte cõmer
ciũ:et mulieri cui fuerat cum diabolo lethale cõſiliũ,
» cum Angelo colloquium fit uitale. Angelus enim
» Domini deſcendit de cælo:et reuoluit lapidé. Non
dixit uoluit,ſed reuoluit:reuoluit lapidem, qui aduo
lutus probauit mortem:& reuolutus extitit reſurre/
ctionis aſſertor.Beatus lapis qui CHRISTVM et re/
uelare meruit,& uelare: beatus qui non minus cor/
da aperit,q̃ ſepulchrum: beatus qui dat reſurrectio/
nis fidem ,fideiq; reſurrectionem : qui diuiná carné
reſurrexiſſe teſtatur.Mutatur hic ordo rerum : mor/
tem,non mortuum deuorat hic ſepulchrum:domus
mortis manſio fit uitalis:uteri noua forma mortuũ
» concipit,parit uiuum. Angelus enim Domini de/
» ſcendit de cælo,& accedens reuoluit lapidem : et ſe/
» debat ſuper eum. Et Angelo quæ cauſa ſedédi erat,
cui nulla inerat laſſitudo? ſed ſedebat ut fidei do/
ctor,ut reſurrectionis magiſter:ſedebat ſuper petrá,
ut ſoliditas ſedis daret credentibus firmitatem . Po/
nebat Angelus ſuper petram fundamenta fidei , ſu/
per quam CHRISTVS erat Eccleſiam fundatu/
rus,qui dixit.Tu es Petrus:et ſuper hanc petram ædi Mat. 16.
» ficabo Eccleſiam meam. Erat,inquit , aſpectus eius
» ſicut fulgur:et ueſtimenta eius ſicut nix. Ad Angeli
gloriam nõ ſufficit fulgor:ad cæleſtem naturá quid
facit ueſtimentum? ſed ſplendore tali referebat ſpe
ciem noſtræ reſurrectionis,& formam:quia reſurgẽ

Digitized by Google

tes per CHRISTVM CHRISTI mutatur in gloriã.
" Præ timore autẽ eius exterriti ſunt cuſtodes, et facti
" ſunt uelut mortui. Miſeri quos tunc percutit pauor mortis, quando ſecuritas redditur uitæ: ſed crudelitatis miniſtri, perfidiæ executores alienæ fiduciã ſumere quomodo poterant de ſupernis? Obſidebãt ſepulchrũ: reſurrectioni ianuas obſtruebant: et ne qua poſſet intrare uita, mors perire, ſeruabãt: merito eos Angeli perculit, & proſtrauit aduẽtus. Miſera, & ſibi ſemper inimica mortalitas dolet ſe mori: ne reſurgere poſſit oppugnat: ſepulchrum aperire cõuenerat, & ad reſurgẽdum quicquid erat facilitatis afferre, ut eſſet miraculum de facto: de exemplo ſpes: de reuerſo res: credulitas de uidendo. Grandis dementia eſt hoc hominem nolle credere, qđ ſibi deſiderat euenire. Hoc de his cuſtodibus hodie dixiſſe ſufficiat: quid aũt noſtra fides habeat, ne hodie lõgum ſit, poſt dicemus, præſtãte Domino noſtro Ieſu CHRISTO, qui uiuit, & regnat cum patre Deus in ſæcula ſæculorum: Amen.

DE EODEM. SERMO. LXXV.

QVantum a uobis ego, a me tãtum peregrinatus ẽ ſermo: ſed orate fratres, ut ſicut me uobis Deus reddidit, ita mihi dignetur reddere, et redonare ſermonem. Audiſtis Euãgeliſtam dicentem. Veſpera, inquit, ſabba- Mat. 28.
" ti, quæ luceſcit in prima ſabbati. Quid hic intelligit humanus ſenſus? quid hic humana ſapit ſapientia?
" Veſpera quæ luceſcit. Veſper finit, non inchoat diẽ: nec lucem parturit, ſed tenebras: ſed hic elementorũ auctor elementorum uices mutat, ut in reſurrectio-

ne Domini totũ diuinum ſentias,nil humanum. De-
niq; reſurgente CHRISTO fidelibus luceſcit ueſper,
dies infidelibus tenebreſcit:Diſcipulis nox mutat̃ in
diem,Iudæis dies uertitur,& mutatur in noctem. Ab
hora,inquit,ſexta tenebræ factæ ſunt ſup uniuerſam Luc. 23.
terram uſq; ad horã nonã. Vt ipſa quæ tota eſt meri-
diana claritas obſcuraretur:et illud quod ſcriptũ eſt
impleretur. Occidet illis Sol meridie: occidet illis, Amos. 8
ideſt Iudæis:noſtris aũt, Nox ſicut dies illuminabit̃. ps. 138.
Quia ueſper qui in profundam ſemper caliginẽ uer-
git,totam tunc CHRISTI tetendit,& erexit in lucẽ:
ac ſplendore toto tota mortalium pectora ab inferis
» CHRISTO reſurgente compleuit. Veſpera ſabba-
ti. Quia illuminatur per CHRISTVM ſabbatũ,non
deletur:Non.n.uenit ſoluere legẽ,ſed adimplere. Il- Mat. 5.
luminatur,ut in die Dñico luceat,clareſcat in Eccle-
ſia,quod in Synagoga Iudæis obſcurãtibus fuſcaba-
» tur. Venit Maria Magdalene,& altera Maria uidere
» ſepulchrũ. Præcedunt Apſos ad miniſteriũ fœminæ,
quæ ſexu uiros,ordine diſcipulos q̃ ſequuntur:ſed nõ
hinc faciunt Apſos ſegniores,quæ nõ fœminarũ for
mas,ſed Eccleſiarum typum deferunt Dñicum ad ſe
pulchrum. Maria,&Maria,ſic altera ut ipſa:ipſa ut al
tera:altera ipſa Maria, MARIA mater CHRISTI:
unum nomẽ duas geminatur in fœminas, qa hic Ec
cleſia ex duobus populis ueniens una figurat̃: ex duo
bus populis,ideſt ex gẽtibus,& Iudæis,quia primi no
uiſſimi,&nouiſſimi primi. Venit Maria ad ſepulchrũ, Mat. 20.
uenit ad reſurrectionis uterum,uenit ad uitæ partũ,
ut iterum CHRISTVS ex ſepulchro naſceret̃ fi-
dei,qui carnis fuerat generatus ex uentre:& eũ quem
clauſa uirginitas uitam protulerat ad præſentem,

Digitized by Google

clauſum ſepulchrum ad uitã redderet ſempiternã.
Diuinitatis inſigne eſt clauſam uirginem reliquiſſe
poſt partũ:de ſepulchro clauſo exiſſe cũ corpore eſt,
Diuinitatis inſigne.Maria,&Maria uenerunt,ut uide
rent ſepulchrũ:uides quia uenerunt,nõ ut Dñm cer/
nerent,ſed ſepulchrũ:nec quærebãt cũ mortuis iam
„ uiuentẽ,quæ Dñm iam reſurrexiſſe credebãt. Ange
„ lus.n.Dñi deſcẽdit de cælo:et accedens reuoluit lapi/
„ dem. Reuoluit lapidem non ut egredienti Domi/
no præberet aditum,ſed ut Dominum mundo iam
reſurrexiſſe monſtraret:conſeruis ad credendum da
ret fidem,non ad reſurgendum Domino præſtaret
„ auxilium. Reuoluit lapidem. Reuoluitur ad fidẽ,
„ qui ad perfidiam fuerat aduolutus. Reuoluit lapi/
„ dẽ. Vt idem eſſet uitæ titulus,qui acceperat mortis
tenere cuſtodẽ.Orate fratres, ut nunc deſcendat An
gelus,et totã duritiẽ nr̃i cordis euoluat: aperiat ſen/
ſuum clauſa noſtrorũ:reſurrexiſſe CHRISTVM no
ſtris ẽt teſtetur ex mẽtibus: qa ſicut illud cor cælũ ẽ,
in quo uiuit,et regnat CHRISTVS, ita illud pectus
ſepulchrũ,ĩ quo CHRISTVS adhuc habeť mortuus,
& ſepultus,CHRISTI mors ſicut fuiſſe,ita ptranſiſſe
credať:CHRISTVS homo paſſus,mortuus,ſepultus
fuit:eſt,uiuit,regnat,manet,pmanet Deus:audi Apo
2.Cor.5 ſtolum dicentem.Et ſi nouimus CHRISTVM ſecũ/
Rom.6: dum carnem,ſed iam nunc non nouimus: et, Quod
mortuus eſt peccato,ſemel mortuus eſt: quod autẽ
„ uiuit,uiuit Deo:hoc eſt,uiuit Deus. Et accedens re/
„ uoluit lapidem:et ſedebat ſuper eum. Sedebat ad
docendam reſurrectionem,nõ ad laſſitudinem ſub/
leuandam.Cæleſtis natura ignorat laſſitudinem:ne/
ſcit laborẽ:ſed factus ẽ lapis uas Angelicæ ſeſſionis,

doctrinæ cæleſtis cathedra,ſchola uitæ,qui a Iudæis ad mortis ianuam,ad cineris ſeruitiũ,ad triſte ſilen
» tium fuerat conſtitutus. Erat,inquit,aſpectus eius ſi
» cut fulgur: ueſtimenta autem eius ſicut nix. Vultus claritas a ueſtiũ candore ſeparatur, & facies fulguri, niui ueſtis Angeli comparatur,quia fulgur de cælo, nix de terra:audi Prophetam dicentẽ.Laudate Dñm ps.148.
de terra ignis,grando,nix. In facie ergo Angeli claritas cæleſtis ſeruatur naturæ:in ueſte uerofiguratur gratia cõmunionis humanæ: & ſic tẽperatur ſpecies Angeli colloquentis,ut carnales oculi,& ueſtiũ ferãt placidã claritatem:et ex fulgore uultus nuntium ſui
» tremerent,et reuererentur auctoris. Præ timore aũt
» eius exterriti ſunt cuſtodes. Quare territi? quia cuſtodiebant crudelitatis ſtudio,nõ pietatis obſequio. Ruit,deſtruitur,ſtare non poteſt,quẽ conſcientia deſtituit:impellit reatus:hinc eſt ꝙ Angelus percellit
» impios,pios alloquiť,& ſolatur. Nolite timere uos. Hoc eſt,illi timeant:quærentes non timeant, timeãt
» perſequentes. Nolite timere uos: ſcio enim ꝙ IE
» SVM qui crucifixus eſt quæritis:nõ eſt hic. Hoc eſt, ego ueni,ut inſtruerem uos,non ut illũ eximerẽ,qui
» et rerum factor eſt:& ſui eſt ſuſcitator. Non eſt hic:
» ſurrexit enim ſicut dixit. Vides quia uenit Angelus, ut factis aſſereret ſeruus,quæ Dñs prædixerat uerbis: & doceret moriẽdi,et uiuẽdi penes illũ poteſtatem fuiſſe,qui ante ſuã mortẽ ſuã pdixerat reſurrectionẽ: nã utiq; qui ſcire potuit,potuit et cauere:ſed quia uincere potuit,declinare cõtempſit,quia reſurgẽtis gloria ſepeliuit moriẽtis iniuriã.De ſequentibus frẽs ſequẽti ſermone tractabimus,qa ꝓtrahere nos, & dilatare ſermonẽ adhuc recẽs itineris ꝓhibuit laſſitudo.

Digitized by Google

SERMO

DE EADEM, DEQ. SECVNDA CHRISTI MA NIFESTATIONE FACTA MVLIERIBVS A MONVMENTO REGREDIENTI BVS. SERMO. LXXVI.

SVperiori ſermone Mariam,& alteram
Mariā Eccleſiæ ex duobus populis ue/
nientis figuram diximus habuiſſe: hoc
ex ſequentibus hodie cupimus appro/
bare, ſi modo nobis ueſter benignus
Mat.28. præbeatur auditus. Reſpondens,inquit, Angelus di
" xit.Nolite timere uos,ſcio.n.quia IESVM, qui cruci/
" fixus eſt,quæritis:non eſt hic: ſurrexit enim ſicut di/
" xit.Venite,uidete locum ubi poſitus erat Dn̄s. Ange
lus prædicat nomen,crucem dicit,loquitur paſſionē,
fatetur mortem,ſed reſurrectionem mox,mox Do/
minum confitetur. Et ſi Angelus poſt tāta ſupplicia,
poſt ſepulchrum agnoſcit Dominum, ſuā loquitur
ſeruitutem,& iniuriam paſſionis totam tranſiſſe ſen
tit reſurrectionis in gloriam,cur homo aut minora
tum Deū in carne iudicat? aut in paſſione exiſtimat
eius defeciſſe uirtutem? aut cōſumptam dominatio
nem credit ſeruitute digna? Dicit crucifixum,oſten
dit locum,ubi poſitus erat Dn̄s, ne alter, & non ipſe
idem reſurrexiſſe crederetur ex mortuis.Et ſi Domi
nus eadem redit in carne,uulnera reportat,ipſa cla/
uorum foramina reſumit,& ipſa facit teſtimonia ſui
corporis,ſuæ reſurrectionis indicia,quæ ſuæ fuerant
cōtumelia paſſionis quare homo ſe in alia putat,aut
in ſua nō putat carne rediturū? aut carnē ſeruus for
te dedignatur ſuā,cum noſtrā Dn̄s non mutarit? Ac
quieſce homo ipſum te futurum eſſe in carne tua,ne

tu ipſe nõ ſis, ſi in carne ſurrexeris aliena. Adiecit An
„ gelus dicens. Et cito euntes dicite diſcipulis, qa ſur
„ rexit: et præcedet uos in Galilæā: ibi eū uidebitis. An
gelus hic nõ fœminas, ſed Eccleſiā duabus in fœmi/
nis mittit: unā mittit, ut eā mittendo ſic longe, lateq;
diffundat: Angelus hic ſponſam mittit ad ſponſum:
deniq; eũtibus illis occurrit Dñs: & ſalutat eas dicẽs.
„ Auete. Occurrit: & nõ poteſtate terret, ſed præuenit
charitatis ardore: non auctoritate turbat; ſed ſalutat
lege ſponſi: nõ dominantis iure onerat, ſed honorat
„ dilectione cõſortis: ſalutat: Auete. Dixerat diſcipu/
lis ſuis ipſe: Neminé ſalutaueritis in uia: et quid eſt q̃ Luc. 10.
hic in uia tam feſtiuus ſalutat? occurrit, nõ expectat
cognoſci? intelligi non reqrit? non ut interrogetur
admittit, ſed in ſalutationẽ uadit totus? uadit feruẽs?
et ſuū ſoluit ipſe ſalutatione mandatū? fecit, fecit qa
totū uincit, et exuperat uis amoris: ſimul qa CHRI/
STVS in Eccleſia ſe ſalutat, quā ſuā fecit eſſe: et ſic ui
ſcera ſua ſuū ſic recepit in corpus: dicente Ap̃lo. Et ip Coloſ. 1.
ſe eſt caput corporis Ecclīæ. In iſtis uero fœminis Ec
cleſiæ figurā manere plenā res ipſa oñdit euidenter,
qa diſcipulos ſuos CHRISTVS de reſurrectione nu Luc. 24.
tātes arguit: trepidātes firmat: oñſione lateris, clauo;
cauernis, ſumptione cibi, uix reuocat ad fidē. Vnde &
merito in fide paruulos ſic pueros appellat dicendo.
Pueri nunqd habetis pulmentariū? ipſamq; alibi Ma Ioā. 21.
riā flentē quaſi de mortuo, mulierē uocat: atq; tangē Ioā. 20.
di ſe licentiā negat: iſtas aūt ſic perfectas inuenit; ſic
credentes, ſic nõ de ſexu trepidātes, ſed myſterio cur
rētes, ſic Dñm toto fidei ardore requirentes, ut habē
„ dū ſe tradat eis ſalutatione tali dicens. Auete. An/
gelus dixerat. Scio. n. quia IESVM crucifixum q̃ritis:

et requirentibus CHRISTVS, Auete, reſpondit: ali/
Ioã.20. bi aũt Mariæ nec tangendi datur facultas: hic non ſo
lum tangendi, ſed & tenendi copia tota conceditur.
" Illæ autẽ, inquit, acceſſerunt: et tenuerunt pedes eius.
Iſtæ tenẽt pedes CHRISTI, quæ in Eccleſia typũ
Euangelicæ prædicationis tenent, et merẽtur ex cur
ſu: ac ſic fide tangunt ſui ueſtigia Saluatoris, ut ad to
tius Deitatis pertingant gloriam: perueniant ad ho/
Ioã.20. norem: illa aũt merito audit, Noli me tangere: quæ
in terris deflet Dñm, et ſic in ſepulchro quærit mor/
tuum, ut eum in cœlis neſciat regnare cũ patre. Noli
me tangere, ideſt obſequi tactu carnis, quem fidei ta
ctu deberes attingere: nec quaſi hominem tantũ tan
gere tu præſumas in terra, quem Deum nondum ſa
pis in cæleſtibus adorare: fœminea cura deſinat, mu
liebris ſollicitudo deſiſtat, uirilis credulitas tuã con/
ſcendat in mentem, aſcenſum meũ cordis tui capiat
latitudo, ut in cæleſtibus æterna tactus mei beatitu/
Pſal.83. dine perfruaris: iuxta illud Prophetæ. Beatus uir cu/
ius eſt auxiliũ abs te Dñe: aſcẽſus in corde eius diſpo
ſuit. In terra non tangit CHRISTVM, qui fide in cæ
lo non conſcendit ad CHRISTVM. Q đ ergo eadẽ
Maria nunc in fidei uertice conſtituta, nunc in Eccle
ſiæ ſublimata faſtigio, et tangit CHRISTVM, &
tenet toto ſanctitatis affectu, nunc imbecillitate car/
nis, & fœminea infirmitate deiecta dubitat, & tactũ
ſui non meretur auctoris, non facit quæſtionẽ: ſiqui/
dem illud de figura eſt, hoc de ſexu: illud eſt de diui
na gratia, hoc de humana natura: quia nos idem ipſi
cum diuina ſcimus, Dei munus eſt: cũ humana ſapi/
mus, cæcamur ex nobis: ſic btũs Petrus CHRISTVM
Mat.16. dum Dei filium cõfitetur, patre reuelante cognoſcit:

cum negat

Digitized by Google

eum negat CHRISTVM, carnis ſentit, & patitur cæcitatem. Inter hæc Iudæi crimina aut male emũt ſua, aut diſtrahunt peius aliena, dum peccata taxant pretio, dum pecunia penſant, & cõpenſant delicta: dũ in ſceleribus ſuis fundunt, quod toto ſcelere congregauerunt: ſic Iudã cõparant traditorẽ domini ſui: & pretio redẽptoris mundi ſanguinẽ penſant: ſic aperti ſepulchri fidẽ claudunt ſacculo, ut negandæ reſurrectionis crimen nũmis criminũ mercarentur. Pecuniam, inquit, copioſam dederunt militibus dicẽtes:
„ Dicite qa diſcipuli eius uenerunt nocte, et furati ſunt
„ eum nobis dormientibus: et ſi hoc præſes audierit,
„ nos ſuadebimus ei: & ſecuros uos faciemus. At illi ac
„ cepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti: & diffama
„ tum eſt uerbũ iſtud apud Iudæos uſq; in hodiernum
„ diem. Apud Iudæos, nũquid apud Chriſtianos? Iudæe quod tu in Iudæa obſcurabas auro, fide toto cla ruit, et eluxit in mundo: Diſcipuli receperunt, non furati ſunt CHRISTVM: tu perfidiã cõparaſti, ſed non furatus es ueritatem: Iudæe reſurrexit CHRISTVS, tu pecuniã perdidiſti. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Iudæe CHRISTVS uiuit: tu et te, & tuos poſteros occidiſti. Mat. 27.

DE RESVRRECTIONE CHRISTI. SERMO. LXXVII.

PLenum ſatis, & perfectæ deuotionis indicium, q tẽpore paſſionis tota creatori ſuo cõpatitur creatura: quæ caro terra tremente nõ tremuit, quæ mens nõ torpuit, quod ingeniũ nõ defecit, cum

Sol ante tempus occidit ? lux refugit ? deniq; fratres
& noſtra occubuere tunc uiſcera, ſenſus eſt cõmor-
tuus, ſermo noſter ſuo eſt cõſepultus auctori, ut eius
totam nunc ſuſcitaretur ad gloriam. Iſta extitit ſilẽ-
tii mei cauſa: iſta debiti mei deuota dilatio fuit. Nec
mirum fratres, ſi prouide ſermo meus toto affectio
nis obſequio ad iſeros etiam ſuum ſecutus eſt largi-
torem: quia ſine ipſo uobis talibus, ac tantis credito
ribus quod redderem nõ habebam: q; ſi cupidus ali-
quis, & auidus exactor de ſolutionis tarditate cõque
ritur, calumniã temporis nobis deſiſtat inferre, quia
diues Dñs meus multiplicẽ fœnoris ipſius auget, &
repẽſat uſurã. Abſoluat ergo nos iã Euãgelicæ larga
lectiõis humanitas, quos officii neceſſitas hoc tantũ
Mat. 28. deduxit, & addixit ad debitũ. Veſpera, inquit, ſabba
» ti q̃ luceſcit in prima ſabbati. In Dño reſurgẽte nõ
humanæ ſolũ conuerſum eſt ius naturæ, ſed etiã ipſe
» creaturæ ordo inſigniter eſt mutatus. Veſpera ſab-
» bati quæ luceſcit. Ecce Dño reſurgente nõ tenebre-
ſcit ueſpera, ſed luceſcit: & fit lucis exordiũ, quod pri
» cipiũ noctis eſſe cõſueuerat. Veſpera ſabbati quæ lu
» ceſcit in prima ſabbati. Sicut mortalitas in imorta
litatem, corruptio in incorruptionẽ, caro in Deum,
ita tenebræ trãſferuntur in lucẽ: ut ſe nox ipſa taliter
non periiſſe gaudeat, ſed eſſe mutatã, quæ obſcurita-
te magis, q̃ tẽpore ſic defecit: quæ interualla, quæ ui-
cem ſuæ felicius perdidit ſeruitutis, ut ĩ perpetuæ lu-
cis profluerct, & erũperet libertatẽ: dicẽte Propheta.
ps. 138. » Et nox illuminatio mea in deliciis meis. Veſpera q̃
» luceſcit in prima ſabbati. Sabbatũ ſecundariũ ſe læ
tatur effectũ, quod iuſſione legis torpebat in otio: &
per diei Dominici primatũ in diuinæ uirtutis opera

mirabiliter excitatur, quod Iudaicæ obſeruationis i/
ertia a uirtute ſalutari red debat extraneũ: dicẽte Do
mino: Non licet ſabbatis ægris curã, afflictis opẽ, cæ/ Luc.6.
cis uiſum, uitã mortuis condonare? & interpretãdo
taliter a Deo diem ſabbati ſanctæ legis ſtudiis depu/
„ tatũ, miſeræ tantũ uentris addixerat ſeruituti. Ve/
„ ſpera ſabbati quæ luceſcit ĩ prima ſabbati, uenit Ma/
„ ria Magdalene, & altera Maria. Vna uenit nomi/
„ ne, quæ nunc alia legitur in diuerſa perſona. Venit
„ Maria, & alia Maria. Quo & unam in duabus nomi
nis unitas figuraret: & mutatam fœminã diuerſitas
panderet perſonarũ: uenit enim, non uenerunt: & cũ
dicit, alia, in utraq; eandem myſtico deſignat affatu,
ut aliam ueniſſe ante fidem, aliam poſt fidem redi/
turam eſſe mõſtraret. Venit mulier, ſed redit Maria:
uenit quæ intulit mortem, redit quæ genuit uitam:
uenit Adam quæ deduxit ad inferos, redit quæ ab in
„ feris CHRISTVM recepit. Venit Maria, & alia
„ Maria. Quare? Videre ſepulchrum, et non CHRI/
STVM quærere: tãtũ uidere ſepulchrum, reatus ſui
titulum, facinoris ſui triſte documentũ, ſuæ cum dia
bolo præſumptionis, ſui quæſtus ferale cõmercium,
ut inde recuperaret fidem, unde perpetuum ſuæ præ
„ uaricationis ſuſtinebat opprobrium. Et ecce terræ
„ motus factus eſt magnus. Si ſic terra tremuit, cum
ſuorum Dominus reſurgit ad ueniam, quemadmo/
dum contremiſcet, cum noxiorum cõſurget ad pœ/
nam? dicente Propheta. Terra tremuit, & quieuit, Pſal.75.
cum reſurgeret in iudicium Deus. Et quæ conſerui,
hoc eſt Angeli, præſentiam ſuſtinere nõ ualuit, quẽ/
admodũ Deum iudicẽ ſuſtinebit? Ecce hiſdẽ lineis
quibus perierat ſalus humana reparatur. Prima ad

perfidiam mulier, prima procuratur ad fidem: pri-
ma currit ad iteremptoré mortis, quæ prima cucur-
rerat ad mortis auctorem: prima audit ab Angelo,
„ quæ prima cum diabolo fuerat collocuta. Angelus
„ Domini deſcendit de cælo: et accedens reuoluit lapi
„ dem: et ſedebat ſuper eum. Nõ ut conferret reſurre
ctionem tali operatione, ſed ut proderet: dicente Do
Ioã. 10. mino. Poteſtaté habeo ponendi animã meã: et pote-
ſtatem habeo iterũ ſumendi eam. Nobis clauſa ape-
rit: nobis occulta reſerat: nec auctoré ſuum qui iã nõ
erat in ſepulchro educit ad lucem, ſed cõſeruos ſuos
qui poſiti erãt in dubitationis obſcuro ad fidé reſur-
rectionis adducit: ipſo atteſtante cum dicit. Non eſt
„ hic: ſurrexit. Reuoluit lapidem: et ſedebat ſuper eũ.
Quare non uoluit, ſed reuoluit? ut quẽ perfidia Pha
riſæorum ad offenſam uoluerat, et ſcãdalũ, Angelus ad
Iſa. 8. et fidem reuolueret, et ſaluté: dicẽte Propheta. Ecce po
28. no in Syon lapidé offenſionis, et petrã ſcãdali. Reuo
Rom. 9. luitur ergo lapis, ut euolueret morté, qui uitã clauſe
Deu. 28. rat aduolutus: dicente ſcriptura. Videbitis uitam ue-
ſtram pendenté coram oculis ueſtris: et nõ credetis.
„ Et ſedebat ſuper eum. Non laſſitudiné recreans, ſed
ſacri, et uitalis ſepulchri ſe eé præſidé ſic demõſtrãs:
et deſtructã eé mortem cæleſtis miniſter officii tali
ſeſſiõis ſuæ declarabat indicio: et eſſe Deum qui paſ-
ſus eſt, Deũ qui intra noſtri corporis eſt receptus an-
guſtias, Deum quem habitu ſuperno ſic reſidens te-
ſtabatur aſſertor: et quid plura fratres? ſedet, quia ab
illo tam uenerabili ſepulchro nũq̃ Angelus recedit.
„ Præ timore auté eius exterriti ſunt cuſtodes: et facti
„ ſũt ſicut mortui. Quos proſternit terror noxios, ad
conſcios mox recurrit. Sic ſic inocui cum reſurgent,

„ terror, et mors iniuſtos, et impius poſſidebit. Erat
„ autem aſpectus eius ſicut fulgur, et ueſtiméta eius ſi/
„ cut nix. Quid facit ueſtis ubi nulla eſt nuditas? quid indumentum ubi tegendi neceſſitas non habetur? ſed Angelus fratres, noſtrum habitum, noſtram formam, noſtram ſimilitudinem, in reſurrectione taliter præfigurat, ubi homo ipſa corporis ſui claritate reſtituit: dicēte Domino. Tunc iuſti fulgebunt ſicut Mat. 13.
„ Sol in regno patris eorum. Reſpōdens autem An/
„ gelus dixit mulieribus. Nolite timere uos: ſcio enim
„ q̄ IESVM, qui crucifixus eſt quæritis. Adhuc crucifixum, et mortuum requirebant: quarum fidem ſæua paſſionis procella turbauerat, et tētationis eas ita pondus incuruauerat, ut cæli Dominum adhuc quæ/
„ rerent in ſepulchro. Non eſt hic. Secundū id quod in loco extitit: hic eſt autem, per hoc q̄ ubiq; eſt, & lo/
„ ci capacitate non clauditur. Venite, uidete locum
„ ubi poſitus erat Dominus. Mulieres uocat Angelus ad uidendum, ut ſacri corporis locus mundaret oculos, quos diabolo claudente uetitæ arboris maculaurat aſpectus. Ingrediuntur ſeplchrum, ut conſepultæ Domino totam fidei reſurgerēt in ſalutem: Si complantati ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & re/ Rom. 6.
„ ſurrectionis erimus. Euntes dicite diſcipulis eius. Reuertere ad uirum mulier iam ſanata, & ſuade fidem, quæ perfidiā ſuaſiſti: refer homini Dominicæ reſurrectionis indicium, cui ante tentationis, & ruinæ conſilium detuliſti.

Digitized by Google

DE SEPTIMA CHRISTI MANIFESTATIONE FACTA DISCIPVLIS AD MARE TIBERIADIS. SERMO.LXXVIII.

POſt illam terris inexpertam, tremẽdã cælis, inauditam ſæculis,inferis non ferendam tempeſtatem Dominicæ paſſionis,uenit ad mare Dominus:et diſcipulos ſuos nocturnis in tenebris reppe rit fluctuantes:fugiente.n.ſole quid de ſplendore lunari,quid de ſtellis ad noctis potuit ſolatium remanere? erat.n.una tetra,et confuſa caligo,quæ non ſolum uiſum corporis,ſed ipſum mentis cæcabat obtutum:nec ſinebat litus fidei,portum ſalutis petere,uel
Io.21. „ repetere nauigantes. Mane,inquit Euangeliſta,iam „ facto ſtetit IESVS in litore:nõ tamen cognouerunt „ diſcipuli quia IESVS eſt. Creatoris iniuriã tota fugerat creatura:necem Domini ſui mũdus euitare cõtendit: ſciens ad totã domũ uindictã pertendere, in qua fuerit ſeruorũ ſcelere dominator occiſus:hinc ẽ ꝙ ſuis ſe deſerentibus fundamẽtis terra tremuit:Sol ne uideret,aufugit:dies ne intereſſet,abſceſſit: petræ quia non ualebant diſcedere per naturam, nouum ſcinduntur per uulnus,facinus tantum ſono,quia uoce non poterant accuſantes: infernus ubi ad ſe penetrare ipſum iudicem uidit,uictus,et eiulans quos tenebat amiſit: hinc eſt ꝙ redditæ corporibus ſuis animæ reſurrecturos mortuos,quos mundus putauerat deperiiſſe,uiuentibus nuntiarunt:ergo taliter cũ mũdi compago tota confuſo ordine fluctuaret,& ad primordiales tenebras, atq; antiquum chaos crederet

ſe auctoris ſui morte deuolutam ſubito reſurrectio
nis ſuæ lumine Dominus diem reducit,& orbem to/
tum priſtinum reformat in corpus,ut quem ſibi tali
ter uiderat eſſe cōpaſſum, ſuam ſecum ſuſcitaret ad
„ gloriam:dicente Euangeliſta. Mane iam facto. Id
„ eſt tranſacta nocte Dominicæ paſſionis. Stetit IE/
„ SVS in litore. Vt ī antiquum terminum reuocaret
uniuerſa:firmaret dubia:iactata compeſceret:turba/
ta componeret:et ſtatione ſua ipſa fundamenta or/
bis,quæ ſic cōmota fuerant,ſtabiliret:quo mox mun
dus ad ſui recurreret auctoris obſequium,qui ad ſui
„ diffugerat auctoris iniuriam. Mane autem facto ſte
„ tit IESVS in litore. Vt Eccleſiam præcipue, in qua
diſcipuli amaris tunc fluctibus iactabātur, ad fidam
fidei ſuæ reduceret ſtationem:deniq; quia eos a fidei
uirtute repererat deſtitutos,& a uirili robore inuene
rat perdeiectos,arguit tales pueros nuncupando: cū
„ dicit. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Ibi
enim erat Petrus qui negauerat: Thomas qui dubi/ **Mat.26.**
tauerat: Iohannes qui fugerat: non ergo ut fortiſſi/ **Ioā.20.**
mos milites,ſed pueros cōpellat ut timidos: & quos **Mar.14.**
idoneos necdum depræhendit ad prælium,ut tene/
„ ros inuitat ad menſam,dicendo. Pueri nunquid ha
„ betis pulmentarium? Vt humanitas ad gratiam pa
nis ad fiduciam, pulmentum reuocaret ad fidem:
corpus enim reſurrexiſſe non crederent, niſi eum to
to hominis ordine cernerent māducantē. Hinc eſt
ꝙ petit eſcas ſaturitas tota rerū: panis ipſe māducat:
quia non ille cibū,ſed ſuorū ſemper eſurit charitatē.
„ Pueri nūquid habetis pulmētariū? reſpōderūt ei:nō.
Et quid habebant,qui CHRISTVM iam ſecum poſi

tum non habebant? qui coram ſtantem Dominum
ſuis adhuc oculis non uidebant: non enim cognoue
,, runt diſcipuli ꝙ IESVS eſt. Dicit eis: mittite in dex-
,, teram partem nauis rete, & inuenietis. Reuocat ad
dexteram, quos turbo paſſionis egerat, et redegerat
,, ad ſiniſtram. Miſerunt, inquit, & non poterant illud
,, trahere a multitudine piſcium. Miſerant in dexte-
ram, miſerant in uirilem partem, ſed ut pueri adhuc
trahere non ualebant: ſenſerunt tamen ex ipſo pon-
dere, ſenſerunt piſces ueniſſe ad iubentis imperium,
,, non humanæ artis incurriſſe capturam. Diſcipulus
,, auté ille qui diligebatur ab IESV ait, Dominus eſt.
Primus qui diligitur uidet: quia ſemper amoris ocu
lus acutius intuetur: & ſemper uiuacius qui diligitur
,, ſentit. Petrus ut audiuit. Quæ res illam Petri ſic tar
dauerat mentem, ut ab alio audiret Dominum, qui
cæteris conſueuerat nuntiare? ubi eſt illud ipſius ſin
Mat.16. gulare: Tu es CHRISTVS filius Dei uiui? ubi eſt?
&.26. in domo aufugerat Caiphæ principis Iudæorum, tar
dius ſuum Dominũ uidebat, qui uocé facile ancillæ
,, ſuſurrantis audiuit. Vt audiuit, inquit, quia Domi-
,, nus eſt, tunica ſe præcinxit, erat.n.nudus. Mirum fra
Mar.14. tres, cũ cõprehenderetur Dominus, Iohãnes abiecit
ſindoné, et Petrus iuentus eſt nudus, quia Iohannem
texit fuga: Petrũ negatio ſic nudauit. Mirũ fratres, &
uere mirum, quia qui in naui nudatus eſt, in mare ſe
demergit indutus: quia innocentia nunq̃ nuda eſt: &
Gen.3. reatus ſemper refugit ad uelamen: deniq; ſicut Adã,
ita & nunc Petrus poſt culpã ſuam geſtit tegere nudi
tatem, qui fuerãt ambo utiq; ante culpam ſancta nu-
,, ditate ueſtiti. Tunica ſe præcinxit: et miſit ſe in ma-

re. Vt mare dilueret, quod negatio taliter ſordida-
uerat. Miſit ſe in mare. Vt eſſet primus in reditu, q
acceperat in ordine principatum. Et tunica ſe præ-
cinxit. Qui præcingēdus erat martyrii paſſione: di-
cere Domino. Alius te præcinget: et ducet quo tu nō Ioã. 21.
uis. Alii autē diſcipuli nauigio uenerunt, non enim
longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducentis, trahē-
tes rete piſcium. Alii nauigio perueniunt, et captu-
ram piſcium trahunt, ut Eccleſiam ſæculi iactatam
procellis, et eos quos Euangelico rete ad ſupernam
lucem rapiunt, et eleuant de profundo, ad Dominū
ſecum fideli labore perducant. Non, inquit, longe
erant a terra. Non erant longe a terra uiuentium,
quos præſentium finis proximos eſſe fecerat iam fu-
turis. Sed quaſi cubitis ducentis. Ex Iudæis, et Gen-
tibus centenariū numerum duplicat, qui duorum ui-
tam, ſalutēq; iungit populorum. Reliquam partem
lectionis ſequenti ſermone, Domino iuuante, tracta-
bimus.

DE RESVRRECTIONE CHRISTI. SERMO. LXXIX.

QVoniam Matthæi, et Marci ſuper Do-
minicam reſurrectionem iam cucur-
rimus lectiones, modo quid hinc iro-
nuerit Lucas beatiſſimus exqramus.
Vna, inquit, ſabbati ualde diluculo ue- Lu. 24.
nerunt ad monumentū mulieres portantes quæ pa-
rauerant aromata. Sæpe diximus quæ circa reſurre-
ctionē CHRISTI geſta ſunt, geſta eſſe reſurrectio-
nis noſtræ in formã: hinc eſt q Euãgeliſtæ ſermone
plus myſtico, q̃ nouo factorū CHRISTI ſeriē prolo

" quuntur. Vna, inquit, ſabbati. Bene una, quia reſur rectióis dies alterā neſcit: lucis æternæ mater noctis tempus ignorat: perpetuus dies perpetuo illuceſcit: reſurgentiū lux mori nō poteſt: lux quæ noctem de- let neſcit extingui. Venerunt, inquit, ad monumen tum portantes quæ parauerāt aromata: & inuenerūt lapidē reuolutū a monumēto: & intrantes non inue- nerunt corpus Domini IESV. Quid eſt, ꝙ quæ ante de monumēto fugerant, nunc audaces redeunt ad ſe pulchrū? intrepidæ pauidū redeunt ad funus? ſepul chri triſtitiā confidenter inuadunt? & nō inuenié̄tes Dñm, cōſtanter q̄runt? cōſtantius imorant? nec illud paueſcūt, ꝙ monumēto nox addita, dū tenebras ge- nerat, addit timorē? Fr̄es mulier mali cauſa: pecca- ti auctor: uia mortis: ſepulchri titulus: iferni ianua: la mēti neceſſitas tota: ob hoc naſcūtur lachrymis: mā cipātur mœroribus: gemitibus addicūtur: et in lamē tis tantū fortes ſunt, quantū uiribus inueniūtur infir mæ: et quātū iparatæ ſunt ad labores, tātū ad lachry- mas ſunt paratæ: hinc eſt ꝙ lachrymis arma uincūt: regna fletibus inclināt: lamentis totā fortitudinē ui- rorū frāgunt. Nō eſt ergo mirū, ſi ad lachrymas, ad funus, ad ſepulchrū, ad obſequiū Dñici corporis fœ- minæ ardētiores Apl̄is hic uidentur, ubi mulier pri- ma currit ad lachrymas, q̄ prima cucurrit ad lapſū: p̄cedit ad ſepulchrū, q̄ p̄ceſſit ad mortem: fit reſurre ctionis nuntia, q̄ fuit mortis interpres: et q̄ uiro por- rexerat interitus tanti nuntiū, uiris ipſa porrigit ma gnæ ſalutis auditū: ut cōpenſet fidei nuntio, quod pſi diæ ademit auditu. Nō eſt hic præpoſterus ordo, ſed myſticus: nō poſtponuntur Apl̄i fœminis, ſed ad ma iora ſeruātur: fœminæ obſequiū CHRISTI ſuſcipi-

Digitized by Google

unt, Apoſtoli CHRISTI ſuſcipiũt paſſiones: illæ por tant aromata, iſti flagella: illæ intrant ſepulchrũ, iſti carcerẽ: illæ ad obſequiũ feſtinant, iſti peruolant ad catenas: ifundunt illæ oleũ, iſti ſanguinem fundunt: mortẽ ſtupẽt illæ, ſuſcipiunt hi mortes: et qd multa? reſident illæ domi, ad acies iſti tẽdunt, ut deuoti milites probent aduerſis fidẽ: uirtutẽ laboribus: iniuriis patiẽtiã: periculis mortẽ: uulneribus tolerantiã: deuotionẽ pœnis: uiſcerũ laceratione cõſtantiã: mulieres ergo ferũt pro CHRISTO lachrymas, Apoſtoli diabolo ſuperato, et uictis hoſtibus, CHRISTO et uictoriã referunt, et triũphũ. Verũ ꝙ Apli reſurrexiſſe Dominũ mulieribus nuntiantibus aut nõ credidiſſe, aut deliramentum iudicaſſe referuntur, grauiter nemo arguat: alte dubitat, qui altius credit: decipi non poteſt, qui non eſt facilis auditui: ignauus nimis eſt, qui poſt exẽplum inuenitur incautus: rudis miles ad aciem concurrit: qui cauſam belli neſcit, uim bellatoris ignorat: peritia eſt, non eſt ſegnities, cum ſenſim miles ueteranus incedit: ſic Adam nouus cito cecidit, dum cito credidit: et dum facile dat aures ad mulieris auditum, ſe, ſuoſq; poſteros peſſimo addixit inimicõ: at ueteranus Petrus fœminani non facile audit: fœminis nuntiantibus credit tarde: et ut ueteranus deliberat, ne ut puer incurrat: deniq; ubi duo ex diſcipulis, qui poſt reſurrectionem CHRISTVM meruerunt itineris habere collegam, reuerſi nuntiabant Dominũ ſe uidiſſe, Apoſtoli quod audiunt non delirum iudicant, ſed uirile: dant aures: ora figunt: aperiunt oculos: corda pandunt: et quæ dicuntur ſic commendant ſenſibus, ut poſt cunctationis æſtus ſitienter bibant auditum fidei de flumine, quod col-

Luc. 24.

Gen. 3.

Digitized by Google

legarum lingua fundebat: ſicut ardorem ſitis frigida pocula reſtinguunt,& refrigerant, ita mētis audi tus lætior fit poſt mœrorem. Fratres quis cauſas capere Dominicæ natiuitatis poteſt? Dominicæ reſurrectionis negotium exiſtimare quis meretur? iſta cogitare, capere, æſtimare, niſi qui ab ipſo Deo acceperit, nō ualebit: ꝗ creator rerum fœmineo creatur partu: ꝗ mundi Dominus in ſeruitute uidetur humana: ꝗ paſtor omnium paſtu indiget: reis ꝗ additur qui abſoluit uniuerſos: ꝗ punitur uita ſæculi: ꝗ mortuorum moritur ſuſcitator: ꝗ claudens omnia ſepulchro clauditur: ꝗ ſupernorum Dominus apud inferos inuenitur: qui ergo iſta capere poteſt, Apoſtolorum cūctationes, trepidationes, timores, fugas, latebras, profunde iudicans non miratur. Ergo fratres ꝗ Apoſtoli dubitant, ꝗ iſta tam tarde tanta credulitate ſuſcipiunt, non miremur nos qui hucuſq; nō credimus: ſed oremus, ut de his tantum ſentire mereamur, quantum dederit ille qui diuina hominem ſentire largitur. Quod remanſit de ſerie lectionis, Deo iuuante, proximo ſermone perſcrutabimur.

DE CHRISTI RESVRRECTIONE, ET SECVNDA MANIFESTATIONE FACTA MVLIERIBVS A MONVMENTO REGREDIENTIBVS. SERMO LXXX.

SErmone proximo quia primā partem perſtrinximus lectionis, hodie quæ ſunt in ſequētibus audiamus. Reſpondens, inquit, Mat. 28.
„ Angelus dixit mulieribus: nolite timere

„ uos: ſcio.n.quia IESVM,qui crucifixus eſt, quæritis
„ non eſt hic:ſurrexit.n.ſicut dixit:uenite,uidete locũ
„ ubi poſitus erat Dñs. Putas ne Petri,Iohãnis,diſcipu
. lorũ omniũ abſentia uritur, caſtigatur ignauia,ꝙ re
ſurgẽti CHRISTO mulieres primæ ſolæ peruigiles
ardenter occurrant? ipſa etiã uirilis portio ſic nota/
tur,ut ad reſurrectionis gloriã muliebris præcurrat
infirmitas? abſit fratres,eſt iſtud cauſa, nõ caſus:my
ſterium,non euentus: ordo, non culpa:nam mulier
hic uirum ſequitur,non præcedit,ubi uir reſurgit in
CHRISTO.Sentias ergo Petrũ non mulieribus ceſ/
ſiſſe,ſed CHRISTO:non ancillæ,ſed Domino:ſa/
cramento,non ſomno:ordini,non timori: deniq; iã
uir erat in CHRISTO, quãdo ad mulieres Angelus
uenit:ut quantum præcellit Deus Angelum,tantum
„ uir mulierẽ ꝑcederet ĩ honore. Nolite timere uos.
Quia bonos amor poſſidet, malos pauor: et impios
„ timor terret,pios ſolat̃ affectio. Nolite timere uos.
Hoc eſt dicere,timeat Iudæus qui tradidit: Pilatus q
addixit:qui illuſit miles:quæ crucifixit impietas:cru/
delitas amara pocula quæ propinauit: ſæuitia ꝗ obſe
dit ſepultum:perfidia quæ emit mendacium: fidem
quæ uẽdidit inhumanitas,quæ Dominũ ſuum reſur/
rexiſſe dolet,non dolet occidiſſe: uos autẽ gaudere
conuenit,non timere, quia reſurrexit quẽ quæreba/
„ tis mortuũ:uiuit quẽ lugebatis occiſum. Scio.n.qa
„ IESVM, qui crucifixus eſt,quæritis. Hoc eſt, quid
quæritis uiuentẽ cũ mortuis? uitã quid quæritis in ſe
pulchro? ite potius ad occurſum uiuentis:et iam no
lite concurrere ad morientis obſequium. Scio quia
„ IESVM, qui crucifixus eſt, quæritis:non eſt hic. Sic
dixit Angelus,qui aperuit ob hoc ſepulcrum,non ut

Digitized by Google

inde exiret CHRISTVS , qui ibi iam nõ erat, ſed ut
» ibi CHRISTVM iam non eſſe monſtraret. Surre-
» xit ſicut dixit. Gemina uirtus eſt, & redire a mor-
» tuis,& futura præſcire. Venite,uidete locum ubi po
» ſitus erat Dominus. Venite mulieres,uenite, uidete
ubi Adam poſuiſtis uos: ubi ſepeliſtis hominem:ubi
uirum ueſtro conſilio contruſiſtis, per quod feciſtis
pro ſeruis ipſis Dominũ ſic iacere:& intelligite erga
uos tantam magnitudinem ueniæ,quãta fuit in Do-
» mino iniuriæ magnitudo. Venite, uidete locũ ubi
» poſitus erat Dominus. Virtus Angelica eſſe Domi-
num qui crucifixus eſt confitetur: et ĩfirmitas huma
na diſcutit utrum ſit Dominus qui reſurgit: CHRI-
STVS ſic humanas ſuſcepit paſſiones, ut totũ quod
» Diuinitatis eſt non amittat. Et euntes cito,dicite di
» ſcipulis eius,quia ſurrexit:et ecce præcedet uos ĩ Ga-
» lilæam:ibi eum uidebitis. Neq; hic mulieribus Apo
ſtoli poſtponuntur,ſed mulier abſoluitur a reatu,dũ
portat uitæ,portat reſurrectionis auditũ,quæ auditũ
» mortis portauerat,& ruinæ. Et exeũtes,inqt,cito de
» monumẽto cũ timore,& gaudio magno. Mulieres
intrãt ſepulchrũ,ut fierẽt ſepulturæ participes, ſociæ
paſſionis:exeũt de ſepulchro, ut ante fide ſurgerent,
» quã reſurgerẽt carne. Exeũtes cũ timore,& gaudio
» magno. Et ubi eſt,nolite timere?quia timor nõ ab-
latus eſt,ſed mutatus:timor abſceſſerat de reatu, ſed
de ſeruitio permanebat: malus timor culpæ, bonus
reuerentiæ timor: Adam datũ perdiderant, ne per-
» derent ipſum redditum pertimeſcebãt. Cum timo-
Pſal.2. » re,& gaudio magno. Scriptum eſt:Seruite Domino
» cum timore:& exultate ei cum tremore. Cum timo

„ re,& gaudio magno. Quia timor Domini ſanctus Pſal. 18.
permanet in ſæculum ſæculi. In ſanctitate ergo ma/
„ net,qui Dei permanet in timore. Currebant nuntia/
„ re diſcipulis eius: et ecce occurrit eis IESVS dicens:
„ auete.Fideliter currentibus occurrit CHRITVS, ut
quod fide crediderant agnoſcerent uiſu: & firmaret
„ præſentia,quas adhuc trepidas habebat auditus. Oc
„ currit eis IESVS dicēs:auete. Occurrit ut Dominus:
ſalutat ut parens:affectu animat:ſeruat timore: ſalu/
tat,ut per amorem ſeruiant, non fugiant per timo/
„ rem. At illæ acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius.
„ Haberi ſe uoluit,qui paſſus eſt ſe teneri. Acceſſerūt,
„ & tenuerunt pedes eius. Vt ſcirent in capite CHRI/
STI uirum eſſe,ſe eſſe in pedibus CHRISTI:et datū
ſibi uirum ſequi,non præire per CHRISTVM. Di/
„ cit eis:nolite timere. Quod dixerat Angelus,dicit &
Dominus,ut quas firmauerat Angelus,CHRISTVS
„ redderet firmiores. Sed ite,dicite fratribus meis ut
„ eant in Galilæā:ibi me uidebunt. Reſurgens a mor
tuis CHRITVS reſumpſit hominem,non reliquit:
uocat ergo fratres,quos corporis ſui fecit eē germa/
nos:uocat fratres, quos patris ſui adoptauit in filios:
uocat fratres,quos benignus hæres ſibi præſtitit co/
hæredes. Sed reſurgente CHRISTO impietas quali
„ ter reſurgat audite. Ecce uenerunt quidam de cu/
„ ſtodibus in ciuitatem:et nuntiauerunt principibus ſa
„ cerdotum omnia quæ facta fuerant:at illi congrega
„ ti cum ſenioribus conſilio accepto pecuniam copio/
„ ſam dederūt militibus,dicētes: dicite quia uenerunt
„ nocte diſcipuli eius:et furati ſunt eū dormiētibus no
„ bis. Qui dant pecuniam,non perdēda cōparant,ſed
ſeruāda: Iudæi uendēte Iuda emerunt,ut perderent

Digitized by Google

CHRISTVM: nunc pecuniam copioſam, ut ſe, legem, templum, patriam perderent, effuderunt. Viri ſanguinum, et doloſi, ſtatuunt pretium falſitatis: perfidiæ conficiunt inſtrumentum: cõmercio crudeli fraudem fidei, ueritatis latrocinium nundinantur: corrumpunt milites, ut furtum uocent, quod erat re-
„ ſurrectionis arcanum. Venerunt diſcipuli eius no-
„ cte: et furati ſunt eum. Non cõtenti interfeciſſe magiſtrum, quomodo diſcipulos poſſent perdere moliuntur: diſcipulorum crimen eſſe faciunt uirtutem
„ magiſtri. Venerũt nocte diſcipuli eius: et furati ſunt
„ eum. Plane amiſerunt milites: perdiderunt Iudæi: ſed diſcipuli magiſtrum ſuum nõ furto, ſed fide, uirtute non fraude, ſancitate non crimine, uiuum non mortuum ſuſtulerunt: hinc eſt ꝙ in Galilæam ut eũ poſſint uidere mittuntur, quia Deus in loco perfidiæ
„ non uidetur. ꝙ autem dixit, Data eſt mihi omnis
„ poteſtas in cælo, et in terra, Quid ipſe in ſe ſibi dederit hoc declarat: probante Apoſtolo cum dicit.
2.Cor.5 Deus erat in CHRISTO mundum reconcilians ſibi. Filius Dei uirginis filio, Deus homini, diuinitas carni, contulit quod ſemper cum patre poſſedit, et
„ ſpiritu. Et ideo ait. Ite: baptizate omnes gentes in
„ nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Vt omnes gentes poteſtas una, eademq; recrearet ad ſalutem,
„ quas crearat ad uitam. Et ecce, inquit, ego uobiſcũ
„ ſum omnibus diebus uſq; ad cõſumationem ſæculi. Eſt ſemper nobiſcum, qui cum patre eſt ſemper: et ueniet nobis per hoc quod aſſumpſit ex nobis: et qd plura fratres? quod naſcitur, ꝙ patitur, ꝙ reſurgit, quod accipit, non eſt, non eſt neceſſitatis ſuæ, noſtræ eſt hoc ſalutis.

DE QVINTA

Digitized by Google

DE QVINTA CHRISTI MANIFESTATIONE FACTA DISCIPVLIS CVM THOMAS ABESSET. SERMO. LXXXI.

DVm rebellis Iudæa creatorem ſuũ debellare contendit,& in auctoris ſui necem leuat impias manus,terris abſtulit pacem,concordiam rerũ ſoluit, elementorum ſic fœdus rupit, ut mundũ totum ad chaos reuocaret antiquum:deniq; diem fugat:noctem inuadit:lucẽ tenebris, cælum rebus aufert:facit tremere terram:miſcet mortuos uiuis:inferos,ſuperoſq; confundit:& diſſipato ordine in creatoris iniuriam pacificum nil penitus, amicum penitus nil reliquit. Hinc eſt q̃ reuerſus ab inferis CHRISTVS ut rebus pacem reddat,exclamat:pax uobis. Luc.24.
» Dum hæc loquuntur,inquit,Diſcipuli, IESVS ſtetit
» in medio eorum:et dicit eis: pax uobis. Bene addidit uobis,quia iam terra ſteterat:dies redierat: ſol recurrerat:& ordinem ſuum compago mundi redditũ iam tenebat:Diſcipulis aũt manebat adhuc bellũ : et collidebat eos acriter fidei,perfidiæq; conflictus : nõ ſic terram,ſicut diſcipulorum corda turbo concuſſerat paſſionis: et ideo animos eorum credulitatis, et incredulitatis acies pertinaci dimicatione uaſtabat: inſiſtebant mentibus eorum cogitationum cateruæ: & excurſibus deſperationis, ac ſpei robuſta licet pectora rũpebantur.Inter miracula innumeroſa ſignorum CHRISTI , et multimoda paſſionis eius genera,inter Deitatis inſignia, et imbecilla carnis , inter mortis damna,& dona uitæ,diſcipulorũ ſenſus,men

teſq; ferebantur:nunc ſpiritus corũ tollebatur ad cœ
lum:nunc eorum animæ collidebantur in terram:et
in intimis eorum tali procella ſæuiẽte portum quie-
tis nullum,nullam ſtationem pacis poterant inueni-
re.Hoc uidẽs ſcrutator pectorum CHRISTVS, qui
iubet uentis,procellis imperat,et ſolo nutu tempeſta
tes tranquillitate cõmutat,mox eos ſua pace confir-
„ mat,dicẽs. Pax uobis:ego ſum:nolite timere. Ego
„ ſum crucifixus ille:mortuus:ſepultus. Ego ſum, Per
„ me Deus,per uos homo. Ego ſum. Non ſpiritus in
„ figura carnis, ſed ipſa ueritas in carne. Ego ſum.
Ego ex mortuis ſum uiuus:ex inferis ſum ſupernus.
„ Ego ſum. Quem mors fugit:inferna tremuerũt:tar
„ tarus Deum confeſſus eſt cum paueſcit. Nolite time
Mat.26 „ re. Petre ꝙ negaueris:ꝙ fugeris tu Iohannes:ꝙ de-
Mar.14. ſeruiſtis omnes:ꝙ infidelibus de me totis cogitatio-
nibus iudicaſtis:ꝙ adhuc non creditis me uidentes.
„ Nolite timere,ego ſum. Qui uos per gratiam uo-
caui:elegi per ueniam:pietate ſuſtinui:charitate por
taui:et modo uos ſola bonitate ſuſcipio, quia culpas
uidere neſcit,pater cum filium recipit: ſuos affectio
„ cum reſumit, Conturbati, inquit, et conterriti exi-
„ ſtimabant ſe ſpiritum uidere. Quare? quia clau-
Ioã. 20. ſis oſtiis intrauerat Dominus.Diſcipuli ergo conſter
nati mœroris ſomno,dabant CHRISTO non qđ
poteſt diuina uirtus,ſed qđ natura recipit humana.
„ Putabant ſe ſpiritum uidere. Namq; ſpiritus homi-
nis in utero ſepta tranſit,penetrat muros, ut clauſo
corpore intret corpus incluſum: ſic anima quando
dat uitæ finem, a corporis dulci contubernio cum
recedit, domorum clauſtris, mundanis obſtaculis
non tenetur: ſubſtantia cæleſtis terrenis ergaſtulis

neſcit includi: iuxta illud. Spiritus neſcis unde ue- Ioã. 3.
niat, aut quo uadat. Diſcipuli ergo poſt reſurrectio-
nem clauſis oſtiis Domino ingreſſo reportaſſe eum
ſoliditatem corporis non credebant: in imaginem
carnis ſolam rediiſſe animam ſuſpicantes, ut dor-
„ mientibus ſolent corporeæ imagines apparere. Exi
„ ſtimabant ſe, inquit, ſpiritum uidere. Ergo, ſicut di
ximus, in Diſcipulis non ſedabantur cogitationum
bella, non ſedabantur, ſed magis, magiſq; cogitatio-
num bella creſcebant: & tumultus mentium ipſis
etiam uiſionibus augebatur: et unde reſurrectionis
aſſerebatur fides, inde totius cunctationis ſcrupulus
naſcebatur. Quod uenerat, erat res: ꝙ clauſis oſtiis
intrauerat, fides non erat: non erat fides, ſed uirtus
erat: humanum non erat, ſed homo erat: ut eſſet ue-
rum corpus in deitatis potentia, nō inanis carnis ſpe
cies in reſurrectionis iniuriam. Ergo ad comprimē-
dos ex hoc naſcentes conflictus cogitationum, reſpō
„ dit CHRISTVS. Quid turbati eſtis? & cogitatio
„ nes aſcendunt in corda ueſtra? Bene aſcendunt, nō
deſcendunt: quia depreſſæ carnis pondere cogitatio
nes humanæ ad altum Dei myſterium conātur aſcē
dere, & conatibus in ipſis franguntur, ruunt, depo-
nuntur ad terram, niſi ille iuuerit, qui donat homi-
„ ni cogitare diuina. Quid turbati eſtis? & cogitatio-
„ nes aſcendunt in corda ueſtra? Videte manus meas,
„ & pedes. Videte, hoc eſt dicere, uigilate: quare?
„ quia non eſt ſomnium quod uidetis. Videte ma-
„ nus meas, & pedes. Quia grauatis oculis caput ad-
huc reſpicere non poteſtis: uidete carnis uulnera,
quia Dei opera non uidetis: cōſiderate inimicorum
titulos, quia Dei adhuc non conſideraſtis inſignia:

Digitized by Google

palpate,ut uel manus fidem faciat,quia uidés oculus ſic cæcatur: oculus non uidet,uideat tactus: digiti ueſtri intrent ueſtigia clauorũ,manus ueſtræ alta uulneris exquirant,aperite manuum foramina, ſulcate latus,renouate uulnera,quia negare non poſſum Diſcipulis ad fidem,quod inimicis in pœnam ſæuienti bus non negaui:palpate,palpate,& uſq; ad oſſa inquiſitores ardui peruenite,ut uel oſſa carnis aſtruant ueritatem:et me eſſe ipſum uel uulnera ſeruata teſtentur.Rogo quare me reſurrexiſſe non creditis, qui innumeros mortuos ſub ueſtris oculis ſuſcitaui? niſi forte uirtus quæ aliis affuit,mihi defuit:iuxta illã uocem quæ mihi pendenti inſultauit in cruce, dicens.

Mat.26. Alios ſaluos fecit,ſeipſum saluũ facere non poteſt: ſi rex iſrael eſt,deſcendat de cruce, et credemus ei. Et quid eſt maius,excuſſis clauis deſcendere de cruce,aut ab inferis calcata morte conſcendere? Ecce & me ipſum ſaluum feci:& ruptis inferni uinculis ad ſuperna conſcendi:& tamen neq; apud uos fidem meæ Deitatis inueni. Aut forte triduana mors abnegat fi

Ioã.11. dem credendi? nonne quatriduanum Lazarum iam fœtentem uobis coram uocauit ab inferis uox mea: mea iuſſio reuocauit ad uitã? Et ſi ſeruus quatriduanus ſurgit:cur triduanus Dñs non reſurgit? Adhuc aũt illis non credentibus præ gaudio, & mirantibus. Votiua gaudia & cum data fuerint uix creduntur:optata cum perueniunt dant ſtuporem:hinc eſt ꝙ Apoſtoli reſurrectionem CHRISTI celeriorem q̃ ſperauerant admirantur: et quod credunt tardius, non eſt perfidiæ,ſed amoris:ſcrutantes.n.taliter fidẽ non abnegant,ſed requirunt:et dum intendunt altius, uerum eſſe quod intuentur,exoptãt. Fratres diſcipulos

ad iſta tardos,ſtupidos ad tanta, nō perfidiæ timor,
ſed cauſæ præſtitit magnitudo:uiſa non uidere , ne/
ſcire ſcita,credita non credere , non incredulitas fa/
cit,ſed miraculum ſingulare.Fratres ad uirtutes na/
tura eſt nimis infans,quæ niſi per Deum creuerit,ca/
pere matura non poteſt:non ualet perfecta ſentire.
Deus ergo quod per nos non poſſumus, ipſe nos ca/
pere per ſe,& ſentire concedat.

DE CHRISTI RESVRRECTIONE, ET QVAR TA MANIFESTATIONE FACTA DVO BVS EVNTIBVS IN CASTEL/ LVM. SERMO. LXXXII.

QVoniā Matthæus ſanctus iam nobis quæ de
reſurrectione Domini cognouerat, ſaluta/
riter indicauit,hodie quid etiam beatus re
» ferat Marcus audiamus. Et cum tranſiſſet, Mar.16.
» inquit,ſabbatum,Maria Magdalene ,& Ma
» ria Iacobi,& Salome emerunt aromata, ut ueniētes
» ungerent IESVM. Mulieres hoc loco fœminea de/
uotione diſcurrunt,quæ non ut uiuenti fidem, ſed ut
mortuo unguenta deferunt ad ſepulchrum: & ſepul/
to parant mœroris obſequia,non reſurgenti diuino
rum gaudia triumphorū.Mortem CHRISTVS,
ut mors moreretur,accepit:CHRISTVS dum occi/
dit,illud quod omnes occidebat occidit : ſepulchrū
CHRISTVS infernum patefacturus intrauit. Soluta
ergo lege tartari,& inferni carcere deſtructo,& ipſo
mortis imperio perempto,iam CHRISTVS non eſt
ungendus ut mortuus,ſed adorandus ut uictor. Mu/
lieres pernoctant:uigilant:inſomnes agunt: obſcura

penetrant erumpentis auroræ: unde et lucē dubiam
,, non minus cordis uidentur ſuſtinere, q̃ corporis. Et
,, ualde mane, inquit, una ſabbatorū ueniunt ad monu
,, mentum orto iam ſole, Si ualde mane, quomodo
orto iam ſole? Sic neſcit Euangeliſta qd dicat? Euā
geliſta quid dicat ſcit, ſed quid audiat qui nō didice-
rit, neſcit: nō eſt erroris iſta relatio, ueritatis eſt: nec
lapſum patitur ſermonis humani, ſed rei geſtæ cæli
Mar. 15. tus aperit ueritatē: dixerat, Ab hora ſexta, uſq; ad ho-
ram nonam tenebræ factæ ſunt: ergo ſol qui præter
horam ut Dño cōpateretur, abſceſſerat, claritate cū
reſurgeret Dominus ante tempus occurrit: et qui ut
ſuo cōmoreref auctori, ipſam meridianam ſuā mor
tificauerat claritatem, ut cōſurgeret auctori ſuo, cun-
,, ctis tenebris antelucanus erupit. Valde mane. Quia
tūc ſol ut mane faceret manicauit: et qui ante noctē
fugerat, nūc ipſe noctem præuenit fugaturus, ut red-
dat luci nox horas, quas terror Dominicæ paſſionis
,, inuaſerat. Dicebant, inquit, ad inuicem. Quis reuol-
,, uet nobis lapidē ab oſtio monumenti? Ab oſtio mo
numenti, an cordis? a ſepulchro, an ab oculis? Mu-
lieres obſeratum eſt pectus, oculi ſunt clauſi, et ideo
patefacti ſepulchri gloriam non uidetis: oleum non
corpori Dominico, ſed lucernæ cordis ueſtri, ſi uide
re deſideratis, infundite: ut luce fidei pateat, qd' clau-
,, ditur incredulitatis obſcuro. Et reſpicientes, inquit,
,, uiderunt lapidem reuolutū: erat quippe magnus ual
,, de. Plane magnus, et magnus ualde, et plus iam ma
gnus merito, q̃ forma, qui creatoris mundi corpus &
,, claudere, et operire ſuffecit. Et introeuntes monu-
,, mentum uiderunt Iuuenem ſedentem a dextris, coo
,, pertum ſtola candida. Introierunt ſepulchrū, ut cō-

Digitized by Google

ſepultæ CHRISTO, CHRISTO cõſurgerent de ſe-
pulchro,et impleretur illud Apl̃i. Conſepulti eſtis ei Coloſ. 2
in baptiſmo:in quo et reſurrexiſtis. Vidēt iuuenem,
ut cernerent noſtræ reſurrectionis ætatē: uidēt iuue-
nem,quia neſcit reſurrectio ſenectutem: neq; ætates
recipit æterna perfectio. Homo ubi neſcit naſci, mo-
ri neſcit:et ubi naſci, moriq; neſcit, ibi ætatũ nec ad-
mittit detrimentum,nec indiget incremẽtis. Vident
iuuenē ſedentē a dextris, quia reſurrectio recipit nil
ſiniſtrũ. Vias,inquit,quæ a dextris ſunt,nouit Dñs: et Prou. 2.
Tũc ſtatuet iuſtos ad dexteram ſuã. Orate fratres, ut ſecūda.lit.
et nos moriamur uitiis,ſepeliamur tẽporalibus pom Mat. 25.
pis,ut æternitati reſurgamus in CHRISTO: et a dex
tris poſiti mereamur audire, Venite benedicti patris Mat. 25.
mei:percipite regnũ quod uobis paratum eſt ab ori
„ gine mundi. Coopertũ ſtola candida. Stola iſta nõ
ex mortali uellere,ſed ex uirtute uitali:ſplendens cæ
leſti lumine,nõ colore terreno:et clara creatoris mu
nere,non arte fullonis,dicente Propheta. Amictus lu pſ. 103.
men ſicut ueſtimentũ: et de iuſtis. Tũc iuſti fulgebũt Mat. 13.
ſicut ſol. Terreni terrenis uelati ſunt ueſtimentis: &
ideo ſicut nouitate ſplendẽt,ita uetuſtate ſordeſcũt:
cæleſtes uero amictu cæleſtis luminis ambiuntur: et
a terreno ſquallore ſuſpenſi,nec fœdantur uetuſtate
unq̃,nec ullis ſordibus obſcurantur, ſed ueſtes quas
ſemel dederit reſurrectio,perpetuo lumine ueſtiun-
„ tur. At illæ exeuntes de monumento fugerunt: in-
„ uaſerat enim illas tremor, et pauor. Angelus ſe-
det in monumento, de monumento fugiunt mu-
lieres: quia ille de cæleſti ſubſtantia confidit, tur-
bantur iſtæ de conditione terrena. Sepulchrum
qui mori non poteſt timere neſcit: mulieres

aũt & de facto tremunt, & ſepulchrum ſicut morta-
les adhuc mortaliter expaueſcunt: hinc eſt q́ nemi-
„ ni quicq́ dicunt. Et nemini quicq́ dixerunt. Quia
mulieribus audire, non loqui datum eſt: diſcere da-
1.Cor.4 tum eſt, non docere: dicente Apſo. Mulieres in Eccle
ſia taceãt. Deniq; eadem Maria poſtea & uadit, & nũ-
tiat, ſed iam non fœminam, ſed Eccleſiam geſtãs: ut
ibi ſicut fœmina taceat: hic ut Eccleſia enunciet, & lo
„ quatur. Poſt hæc, inquit, duobus ex his ambulãtibus
„ oſtenſus eſt. Quare non tribus, quare non quatuor,
ſed duobus? quia duobus populis, ideſt gentibus, &
Iudæis reſurrectionis fides hic prædicanda monſtra
tur: unde, ſicut diximus, probaſ in duabus fœminis,
aut in diſcipulis duobus Eccleſiam unam figurari.
„ Oſtẽſus eſt in alia effigie. Nemo putet CHRISTVM
ſua reſurrectione ſui uultus effigiẽ cõmutaſſe, ut qui
in uulnere erat ipſe, alter eſſet in uultu: ſed mutaſ effi
gies, dum efficitur ex mortali imortalis, & ex corru-
ptibili incorruptibilis, ut hoc ſit mutaſſe ſubſtãtiam,
non mutaſſe perſonam: et acquiſiuiſſe uultus gloriã,
non uultus notitiam perdidiſſe. Et ne feſtinus ſermo
aut fugiat, aut tranſuolet quæſtiones, quod ſequitur
proximo ſermone, Dño reuelante, innoteſcemus.

DE NONA CHRISTI MANIFESTATIONE FACTA RECVMBENTIBVS VNDECIM DISCIPVLIS. SERMO. LXXXIII.

HOdie btũs Euangeliſta ſic rettulit Apoſtolos in ipſo crucis tempore mẽſis deditos, inhiantes epulis, conuiuiis occupatos, Dominicæ paſſionis oblitos.

» Recumbẽtibus,inquit,illis undecim apparuit Domi Mar.16.
» nus. Recumbentibus ubi? ad ſepulchrum Domini,
mox ad mẽſam ſerui? Hæc eſt ſeruorum fides? hæc
diſcipulorũ charitas?hic Petri ardor?hæc eſt Iohan-
nis de ipſo CHRISTI pectore aſſumpta dilectio?hæc
eſt tanto tempore,tantis donis,uirtutibus tantis, affe
ctio conquiſita?ut in ipſo articulo paſſionis , calente
adhuc morte,recenti adhuc funere,exultantibus ini-
micis,inſultãte Iudæa tota,diſcipuli toto tori cultu,
totaq; diſcumbentium uoluptate prãderent? Moyſi Iudæ.
mortuo aſſiſtunt Angeli:agit ſepulchri curam Deus
ipſe: Iudaica caſtra ſiſtũtur:diſſimulatur iter: horri-
da eremi ſtatio duratur:indicitur triginta dierũ plã- Deu.34.
ctus:et longo lamentationis obſequio ſeruile funus
honoratur:et CHRISTVS uerus unus Dominus,
creator rerum,redemptor omnium, poſt illam tra-
gicam paſſionem,poſt mortem , & mortem crucis,
triduanas a Diſcipulis lachrymas non meretur.Ter-
ra tremit:turbatur tartarus:ſcinduntur ſaxa : monu-
menta diſſiliunt:Sol fugit:dies ſepelitur:fit nox totũ:
& ſoli Diſcipuli alto ſigmate,choro uno , toto otio,
deliciis ſecuri epulantur:et hoc fratres reuerſus ab in
» feris ipſe ſic magiſter inuenit. Recumbẽtibus ergo
» illis undecim apparuit Dñs,& exprobrauit increduli
» tatem eorum,et duritiã cordis,quia his qui uiderant
» eum reſurrexiſſe nõ crediderunt. Ad hæc Petre fide-
» lis,Petre deuotiſſime quid dicemus? Recũbentibus
» illis. Nunquid prandentibus? Fratres hoc non erat
diſcumbere,ſed iacere:nec conuiuii erat chorus ille,
doloris erat ille conuentus:ibi panis nõ erat gaudii,
ſed mœroris:ibi crucis felle,nõ uini dulcedine pocu-
la miſcebantur. Erant,inquit , clauſi propter metum Ioã.20.

Iudæorum. Si metuentes, ſi clauſi, certe non prandẽtes: et ſi non prandentes, non erat domus illa, ſed carcer: illud ſigma nõ erat, ſed ſepulchrum: tunc tota ad diſcipulos pœna Dñicæ tranſierat paſſionis: et nõ ſolum lateribus eorũ, ſed et cordibus doloris lãcea tota figebatur: tunc triſtitiæ clauis affixæ manus eorũ, pedeſq; tenebantur: tunc illis acetum, tunc fel amaritudo Iudaica propinabat: tunc illis ſol occidit: dies fugit: tunc illorũ mentes, animaſq; nox profundiſſima poſſidebat: tunc illos in perfidiæ ſcopulos, in naufragium fidei cogitationum tentatio ſæuiſſima collidebat: tũc deſperatio quæ eſt inter omnia mala peior, et in aduerſis uenit ſemp extrema, funereis illos ſternebat ſepulchris: unde, ſicut diximus, non diſcumbẽtes, non epulantes eos Dñs, ſed iacẽtes inuenit, ſed ſepultos: & ideo exprobrat incredulitatẽ eorum, quia tantũ crediderant deſperationi, ut reſurrectioni prædictæ a Domino nil crederent, a ſeruis non crederẽt nunciatæ: atq; in ſe nihil fidei relinquerent, & ſalutis, ſed ſæculo mortui, ſepulti mundo, unam domum illam, unum ſibi eſſe oẽs crederent iam ſepulchrum. Hinc eſt, ꝙ eos Dominus uidens exemiſſe ſe mũdo, „ ad mũdũ reuocat, remittit in mundũ, dicens. Ite in „ mundum uniuerſum: prædicate Euangeliũ uniuerſæ „ creaturæ. Venite in mundum, ut qui putatis uos in uno oẽs domicilio iam iacere, ſubiacere uobis oẽm mundũ repente uideatis: uenite in mundũ uniuerſũ: prædicate Euangeliũ uniuerſæ creaturæ: hoc eſt dicere, eſtote uos ſpes omnibus, qui uobis ipſis deſperationis cauſa fuiſtis: & incredulitas ueſtra quãta ſit tũc probate, cũ uideritis auditui ueſtro mundũ credere, qui credere ueſtro uiſui nõ potuiſtis: & cordis ueſtri

quãta ſit duritia tũc ſcitote,cũ ſenſeritis,nõ uiſo me, orbe toto gẽtes ferociſſimas me fateri, quẽ poſitum uſis in oculis uos negaſtis. Videbitis a terra diuiſos, clauſos inſulis,pẽdẽtes rupibus,ſolitudine remotos, Magorũ ſciolos,Græcoꝝ q̃rulos,Romanoꝝ peritos, fidẽ fide ſola q̃rere, quã manu,digito, ſulcatis meis uulneribus uos q̃ſiſtis:ſed qa meæ paſſiõis,meæ mor tis,meæ reſurrectiõis uos mitto teſtes,altius uos iſta pſcrutatos eſſe cõcedo:dũmodo cũctatio uſa fiat eis
„ qui uobis crediturí ſunt firmamẽtũ. Qui crediderit,
„ inq̃t,et baptizatus fuerit ſaluus erit. Fĩes,qd' ẽ aĩa cor pori,hoc eſt baptiſmati fides:hinc eſt ꝙ qui gñat ex fonte,ex fide uiuit:Iuſtus,inq̃t,ex fide uiuet:Morit er Rom.1.
„ go oĩs qcũq; fuerit ſine fide.Qui crediderit.Quia Tri nitasDeus unus ẽ:qa in Pr̃e,et Filio,et Spũ ſãcto una eſt tota æqualitate maieſtas:qa Deitas Trinitate diui ſa eſt,nõ eſt unitate cõfuſa,ſed Deitate una eſt,eſt tri na pſonis:qa Deus Trinitatis nomẽ ẽ:qa Pr̃, & Filius nõ cẽſendi ſunt ordine,ſed æſtimãdi ſunt charitate: ꝙ Spũs ſanctus nõ eſt habendus inferior,plus, minus ue,nõ ut exterior hñdus ẽ plus minuſue,qa neſcit ex/ teriora Diuinitas:qa xp̃s ſic hõ factus eſt, ut qd' Deus eſt pmaneret:ſic eſt mortuus,ut mortuos totis ſæcu lis ſua reſuſcitaret ex morte:ꝙ nõ ſibi reſurrexit ille, ſed nobis:ꝙ nos cælo intulit,dum ſe ſuſtulit cælo: ꝙ ſedet ad auctoritatẽ iudicis,nõ ad requiẽ fatigati: ꝙ ueniet nõ loco,qui ubiq; eſt ad mouẽdũ:neq; ut mun dũ ſuũ teneat,q totũ poſſidet mundũ , ſed ut mũdus iã ſemper uiſionẽ ſui mereat̃ auctoris.Credat homo etiam peccatorum remiſſionem:quia cæleſtis regio cum ſit latiſſima non capit peccatorem,neq; de ſuo/ rum deſperet homo magnitudine peccatorũ,quia ſi

Digitized by Google

eſt quod Deus donare non poteſt, omnipotens non eſt. Credat & carnis reſurrectioné, ut ſit homo ipſe: ut accipiat ipſe qui peccat pœnam: ipſe præmiū qui laborat. Credat æternam uitã, ne locū habeat mors ſecunda. Quod aūt de humanis corporibus Dæmones, ideſt hoſtes effugantur antiqui, ꝙ ex uno ore uarius fundit ſermo linguarū, ꝙ tacti p CHRISTVM neſciunt ſua uenena ſerpentes, ꝙ uenenata pocula bibentes non ualent nocere per CHRISTVM, ꝙ morbi corporum fugantur CHRISTVM prædicãtis ad tactum, eſt fratres ſummum credulitatis indiciū.
„ Signa, inquit, credentes hæc ſequentur: In noīe meo
„ dæmonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpẽtes
„ tollent: et ſi quid mortiferum biberint, non nocebit
„ eis: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt.
Homo ergo eſto tibi per fidem medicus, ne cogaris extraneis medicis tuo diſpẽdio ſubiacere, & caro qđ gratis poſſides comparare. Orate fratres, ut et in præſenti medicinam ſemper fidei ſentiamus: & in expectatione CHRISTI poſiti in aduentu eius ſecuri de noſtra conſcientia gloriemur.

DE QVINTA CHRISTI MANIFESTATIONE FACTA DISCIPVLIS CVM ABESSET THOMAS, DEQ. SEXTA CVM ADESSET. SERMO. LXXXIIII.

DIebus quadraginta, quibus poſt reſurrectionem ſuã Dñs diuerſo modo refert, & credit ſuis apparuiſſe diſcipulis, haud immerito ſermone ipſis lectionibus, ipſis deſeruit, & nititur ſacramen-

tis,ut Dominicæ paſſionis mœrorē multiplici reſur-
rectionis indicio perfectum ueſtræ charitatis cōuer-
tat in gaudium:et qui ante per uirtutē ſuam noſtro
reſurrexit in corpore, nunc etiā per fidem noſtris re
„ ſurgat in cordibus. Et cū eſſet ſero die illa una ſab- Ioā. 20.
„ batorum,& fores eſſent clauſæ ubi erant Diſcipuli cō
„ gregati propter metum Iudæorum,uenit IESVS: &
„ ſtetit in medio eorum. Cū eſſet ſero : ſero erat plus
mœrore,quam tempore: ſero eſt,mœroris,et triſti-
„ tiæ nubilo mētibus obſcuratis. Sero erat. Quia et
ſi crepuſculum dederat aliquod reſurrectionis indi-
cium, necdum tamen eis Dominus refulſerat plena
„ ſui luminis claritate. Et cum fores eſſent clauſæ ubi
„ erant Diſcipuli congregati propter metū Iudæorū.
Magnitudo terroris,& facinoris tanto turbine Diſci-
pulorum domum ſimul,et corda concluſerat, et ita
totum luminis abdicarat ingreſſum, ut magis, ma-
giſq; mœrore ſenſibus occupatis cæca noctis augere
tur offuſio:nullæ noctis tenebræ caligini mœroris,et
formidinis comparantur,quia nullo poſſunt aut con
ſolationis,aut conſilii lumine rēperari: audi Prophe
tam.Timor,& tremor uenerunt ſuper me:et operue Pſal. 54.
„ rūnt me tenebræ. Et cū fores eſſent clauſæ ubi erāt
„ Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum,ue
„ nit IESVS:et ſtetit in medio eorum. Rogo cur du-
bitatur clauſi corporis arcanum,et obſeratū tota in-
tegritate domiciliū uirginale abſoluta diuinitas po-
tuiſſe penetrare,quæ poſt reſurrectionē corporis no
ſtri craſſata myſterio,foribus ingreditur, et egredit
clauſis:taliq; indicio ſe totius creaturæ demōſtrat aū
ctorem:cui non obſiſtit,cui deſeruit ad omnia crea-
tura? ſed ſi cōceptum,partumq; uirginitas excuſare

Digitized by Google

ſuo neſcit creatori, ſi ingreſſum, egreſſumq; clauſa ia-
nua creatori ſuo non poteſt denegare, quemadmo-
dum lapis monumenti quamuis magnus, quamuis
Iudaica malitia ſignatus, reſurgenti poterat obſiſte-
re ſaluatori? Sed ſicut Virginitas, & ianua clauſtris
ſuis fidem faciunt Deitatis, ita reuolutus lapis fidem
reſurrectionis affirmat, qui nullum reſolutus Domi-
no ſuo præparauit egreſſum, ſed noſtræ fidei præ-
,, ſtat, & admittit ingreſſum. Venit IESVS: et ſtetit
,, in medio eorum: & dicit eis: pax uobis. Diſcipulo-
rũ corda fidei & dubitationis, deſperationis & ſpei,
defectus & magnanimitatis, cõtinui conflictus præ-
lia ſuſtinebant: talium ergo cogitationum bella in-
ſpector præuidens ſecretorum pacem primitus ſe ui
dentibus reddit, ut qui taliter ablatus materiam reli
querat confligendi, redditus oculis eorum cauſam
,, totam certaminis amputaret. Gauiſi ſunt, inquit, di
,, ſcipuli uiſo Domino. Gauiſi ſunt: quantum poſt te-
nebras gratior lux eſt, ſerenitas poſt tempeſtatis ob-
ſcura, tantum eſt acceptius gaudium poſt mœro-
,, rem. Dicit eis iterum: pax uobis. Quid repetitæ pa
cis largitas iſta manifeſtat? niſi quia quietem, quam
ſenſibus indixerat ſingulorum, uult inter eos etiam
repetitæ pacis donatione ſeruari, quos utiq; non mo
dica habituros eſſe nouerat in poſterum de ſua cun-
ctatione certamina: dum unus ſe in fide perſtitiſſe
iactaret, dubitaſſe alter mœreret: ut ergo & arrogan
tis iactantiam, tumoremq; reſecaret, & eius qui in-
firmatus fuerat ſanaret, & excluderet paſſiones, cau-
ſæ, non Diſcipulis quicquid acciderat pius modera-
tor aſcribens, imperio pacis ſuæ bella naſcitura cõ-
preſſit: ne alter alteri improperaret, quod ipſe, cui to

Digitized by Google

tum debebatur, donauerat in futuro. Petrus negat: Mat. 26.
Iohannes fugit: Thomas dubitat: cuncti relinquunt: Mar. 14.
quibus niſi pacem ſuam CHRISTVS dediſſet, et Pe Ioã. 20.
trus qui primus erat omnium, putaretur inferior: & ſequens indebite forſitan extolleretur aduerſus pri-
» mum. Sicut miſit me pater, ſic et ego mitto uos.
Miſſi ſermo non minorat filium, ſed declarat: quia non mittentis poteſtatem hic, ſed miſſi uoluit in-
» telligi charitatem, cum dicit. Sicut miſit me pater.
» Non Dominus, ſed pater. Sic et ego mitto uos. Non auctoritate adhuc iubentis, ſed toto diligentis affe-
ctu: mitto uos ad tolerantiam famis: ad onera uincu-
lorum: ad ſquallorem carceris: ad perferenda om-
nia genera pœnarum: ad ſubleuandum cunctis exe-
crabile mortis iugum: quæ omnia charitas utiq; hu-
» manis mentibus imperat, non poteſtas. Quorum re
» miſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinue
» ritis, retenta ſunt. Dedit poteſtatem remittendi pec
cata, qui in ſufflatione ſua infudit ipſum cordibus eo
» rum, & largitus eſt remiſſorem. Hæc cum dixiſſet:
» inſufflauit eis dicens: Accipite Spiritum ſanctum:
» quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Vbi ſunt qui per homines hominibus remitti peccata non poſſe præſcribunt? qui ſemel diabolica im-
pulſione collapſos opprimunt, ne ſe erigant? qui languoribus curam, uulneribus crudeli ſpiritu ſub-
trahunt, negantque medicinam? qui peccatori-
bus remittendi & redeundi deſperatione impia reſultant? Remittit Petrus peccata, & toto cum gaudio ſuſcipit pœnitentes, atq; omnibus ſacer-
dotibus hanc a Deo conceſſam amplectitur po-
teſtatem: qui poſt negationem niſi pœnitentiam Mat. 26.

repetiſſet, Apoſtolatus gloriam, & uitam pariter per didiſſet: et ſi Petrus per pœnitentiam rediit, quis ſine pœnitentia ſubſiſtit? Thomas autem cum audiſſet a
» condiſcipulis ſuis ꝙ uidiſſent Dñm, rñdit. Niſi uide-
» ro fixuram clauorum: & miſero manũ meam in la-
» tus eius, non credam. Cur Thomas ueſtigia fidei ſic requirit? cur tam pie patiẽtem, tam dure diſcutit re ſurgẽtem? cur ea uulnera quæ manus infixit impia, deuota dextera ſic reſulcat? cur latus quod impii militis lãcea patefecit, refodere manus nititur obſequẽtis? cur dolores perſecutorum furoribus irrogatos, famulantis curioſitas renouat imitis? cur tormentis Dñm, cur pœnis Deum, cur cæleſtem medicum probaturus de uulnere diſcipulus ſic requirit? cecidit poteſtas diaboli, patefactus eſt carcer inferni, diſrupta ſunt uincula mortuorum, moriente Dño ſunt euulſa monumenta, & reſurgente Dño tota mortis eſt mutata cõditio, ab ipſo Domini ſacratiſſimo ſepulchro lapis reuolutus eſt, linteamina reſoluta ſunt, & reſurgẽtis ad gloriã mors fugit, uita rediit, caro amplius caſum neſcitura ſurrexit, & cur tibi ſolus Thoma ſola uulnera præſentari ad indicium fidei nimis callidus explorator expoſtulas? quid ſi iſta cũ aliis aboli ta fuiſſent, quod periculum fidei tuæ curioſitas iſta peperiſſet? nulla pietatis monimenta, nulla Dominicæ reſurrectionis inueniri æſtimas potuiſſe documẽta, niſi manibus tuis ſulcares Iudaica crudelitate exarata ſic uiſcera? Quæſiuit fratres pietas iſta, exegit iſta deuotio, ut reſurrexiſſe Dominũ nec ipſa in poſterum dubitaret impietas: ſed Thomas nõ ſolũ cor dis ſui, ſed omnium hominum curabat incertum: et prædicaturus hæc in gentibus, quemadmodum tãtæ

fidei

fidei aſtrueret ſacramentum executor ſtrenuus per/
quirebat.Certe prophetia magis,ꝗ̃ cunctatio fuit:nã
cur talia peteret,niſi a Domino ad indicium reſurre
ctiõis ſuæ ſeruata ſola uulnera prophetali ſpiritu co/
gnouiſſet? deniq; ſponte præſtitit cæteris, quod iſte
„ tardius ĩplorat. Venit,inquit,IESVS: & ſtetit in me
„ dio:& oſtẽdit eis manus,& latus. Nam qui ingreſſus
fuerat clauſis oſtiis ,et merito a diſcipulis ſpiritus eẽ
putebatur,nõ aliter ipſum ſe,niſi ipſa corporis paſſio
ne,ipſis uulnerũ notis, taliter dubitãtibus poterat ap
„ probare:deniq; uenit,et dicit Thomæ. Infer digitũ
„ tuum huc : & uide manus meas: & affer manum tuã,
„ & mitte in latus meũ:& noli eſſe incredulus,ſed fide/
lis. Vt effundant toto orbe iteꝝ te aperiẽte hæc uul/
nera fidẽ,quæ aquã in lauacrum,ſanguinem in om/
„ nium pretium iam fuderunt . Reſpondit Thomas,
„ et dixit:Dominus meus, & Deus meus . Veniant , &
audiant hæretici: et,ſicut dixit Dñs,nõ ſint increduli,
ſed fideles:ecce nõ ſolũ corpus humanũ, ſed perpœ/
nalis corporis paſſiones Deũ,et Dominũ eſſe CHRI/
STVM, Thoma uociferãte,manifeſtant:et uere Deus
eſt qui uiuit ex morte: reſurgit ex uulnere : qui talia,
et tanta cum ſuſceperit,uiuit,et regnat Deus per om/
nia ſæcula ſæculorum : Amen.

IN ILLVD IOHANNIS. IAM DIE FESTO MEDIANTE. SERMO. LXXXV.

ET ſi aliqua uidẽtur occulta ſui profun/
ditate myſterii,nulla tamen eſt Eccle/
ſiaſtici cultus infructuoſa ſolẽnitas:di/
uina feſtiuitas non pro noſtris eſt uo/

luntatibus conſecranda, ſed pro ſuis eſt percolenda uirtutibus: Chriſtianus animus quæ ſunt traditione patrum,& ipſis roborata temporibus, neſcit in diſputationé deducere, ſed uenerari ea toto deſiderat de-
Ioã,7. „ uotionis eloquio. Iam die feſto, ait, mediante aſcé-
„ dit Dominus in téplum. Quod téplum? Neſcitis qa
1.Cor.3 templum Dei eſtis? & Spiritus Dei habitat in uobis?
Aſcendit hodie Dominus noſtri pectoris in téplum, qui tam clementer noſtri corporis deſcendit in formá: ꝗ auté aſcéſus Dei ſit in humani cordis excelſo.
Pſal.83. beatus Propheta aſſerit: cũ decãtat. Beatus uir cuius eſt auxiliũ abs te Domine: aſcenſus tui in corde eius.
„ Iam die feſto mediante aſcendit Dñs in téplum. Merito die feſto mediãte aſcédit Dñs in templum, quia nobis erat perfectum diem feſtum præſtaturus e cælo: quicquid ſublime, quicquid ad cælum tendens in cordibus habebatur humanis, uſ ad infernũ Dñicæ pondus incuruauerat paſſionis: id nãq eſt, ꝗ CHRI-
Act.1. STVS quadraginta diebus reſidet, & remorać in terris: &, ſi dici fas eſt, patris occurſum differt, patris ſuſpédit amplexũ, donec totum ſe releuet, & reformet ſuæ aſcenſionis in gloriã. In cuius ergo téplo hic nó aſcenderit CHRITVS, cælum nó aſcendet ille cum
„ CHRISTO. Aſcendit in téplum, & docebat: & mira
„ bantur Iudæi, dicétes: quomodo hic literas ſcit, cum
„ nó didicerit? Bene mirãtur CHRISTVM quod nó didicerit ſcire, quãdo ipſi probantur, quæ didicerit,
Ioã.3. & doceãt, legis præcepta neſcire: dicéte Domino. Tu es doctor in Iſrael, et hæc ignoras? Mirantur Iudæi iam rebelles: nolunt credere: mirari norunt: detrectant ſapere: neſcire poſſunt. Mirabantur Iudæi, di-
„ centes: quomodo hic literas ſcit, cum nó didicerit?

ꝙ uirgo peperit derogas,nõ miraris: ꝙ Deus noſtro ſentitur,& operatur ĩ corpore abrogas,nõ fateris: ꝙ cæcus uidet,ſurdus audit,claudus currit, ſurgit mortuus,et tota CHRISTVS arcana Dei loquitur,nõ miraris:hoc ſolum ꝙ ſciat cum nõ didicerit, hoc miraris. Hic eſt ipſe qui non didicit literas, ſed donauit:hic eſt qui ſenſum condidit, per quem literæ finguntur: peritus legis, auctor omniũ cur literas non didicerit,admiratur: Deus utiq; adeſt origo cunctorum;qui facit eſſe quod non fuit: cum non didicerit docet. Deeſſe videntur non pauca.

DE ANNVNTIATIONE, ET CONCEPTIONE DIVI IOHANNIS BAPTISTAE. SERMO .LXXXVI.

VNdanus ſermo ut humano profertur ex ſenſu, humanis ſeruit, & obſecundat ingeniis:Diuinus uero ſermo ĩ poteſtate dantis eſt,non dicentis. Audiſtis quemadmodum Zacharias ille ſummi ſacerdotii ſplendor dum exorat, obmutuit: tacuit pater uocis: Ego,inquit, uox clamantis in de- Ioã. 1.
ſerto: genitor clamoris obmutuit, & egreſſus ſilentium retulit,qui reſponſa relaturus intrauerat.Videtis ergo quia ſilentium meum quod antea contriſtauit uos uenit de antiquo pontificali uſu, non de nouitatis incurſu. Ille ubi ſenſit linguæ ſuæ uincula ſui ianuam clauſiſſe ſermonis, imperauit nutu, ne quis cauſas taciturnitatis inquireret, quia cæleſte myſterium dicere non didicerat, qui didicerat ſcire:

Digitized by Google

ſed hoc ad tempus, quia ſacerdotis differtur ſermo, non aufertur:recõditur,nõ negatur: myſterio ſuſpẽditur,non fugatur:deniq; Zacharias ipſe q̃ tacet, nõ eſt pœna,ſed ſignũ:nec eſt terrena debilitas,ſed cæleſte ſecretum:Deus qui loqui dat,tacere facit: & imperat ſilentium,qui inferit uerbum : dominatur diuinus ſermo,non ſeruit: quia Deus Verbum : & ideo non cum iubetur, loquitur, ſed cum iubet:nõ cum exigitur, ſed cum donat:non cum cogitur, ſed cum uenit : unde fratres et cum uenit audite,& cum non uenit ſuſtinete : & cum ſe donat accipite : & cum ſe negat orate : quia hoc doctor accipit,quod meretur auditor.Ergo tam uobis,q̃ mihi præteritus ſuſpẽ-
Mat.9. ſus eſt ſermo,ut profluuiũ mulieris,& uerecundi uulneris cauſam,& illius pudorem ſic noſtra uerecũdia celaret,ut quod illa tacuit,etiã noſtro ſilẽtio claude retur:ſed cœptũ reuertamur ad uerbũ.Hieroſolymi-
Ioã.5. tanus fons abundat cum impellit Angelus,non cũ ſitit hauritor,ſic ſacerdotis ſermo exuberat,quando dat Deus,non cũ perorat ſacerdos:hinc eſt q̃ Zacharias ipſe qui prophetias loq̃batur populis, tacet ſibi, ut nos ingrati Deo non ſimus,ſi nos ſemel tacere uoluit,quibus ſemper inoffenſum largitus eſt uerbũ:ille non dedignatur à filio uerbum recipere,cui dederat lucem:& uos filii orate nobis uocem, ut poſſitis audire ſermonem:reparate gaudiũ meum,ut aſſuetã poſſitis lætitiã poſſidere:& implere illud Apoſtoli, Quis
2.Cor.2 eſt qui me lætificet,niſi qui contriſtatur ex me? Veniat ergo,ueniat in mediũ beatus Zacharias,qui nos tacens pio conſolatur exẽplo:& ſilẽtio ſuo nos de noſtro non ſinit triſtes eſſe ſilentio.Veniat,ueniat præcurſor Verbi, ſacerdotii ſpeculũ, ſãctitatis exemplũ,

Euāgeliſtarū princeps, clauſula prophetarum. Fuit, Luc. 1.
inquit, in diebus Herodis regis Iudææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias. Dum dicitur ſub quo rege quis ſacerdos ſit, temperatur mala: adeſt ſemper in mœrore ſolatiū: nec conſolator deeſt, cui imminet perſecutor. Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidam nomine Zacharias. Vſq; ad Herodē Iudaicæ genti ſacerdotalis ſanctitas, ſenū grauitas, patrū pietas præſidebat: ius erat lex diuina: ambitio nil ibi, nil temeritas, præſumptio nil ualebat: quia gerebatur totum diuino ordine, non humano: ſed Herodes ueniens ex gente aliena inuaſit regnum: uiolauit ſacerdotium: confudit ordinem: mutauit mores: ſpreuit ſenes: infecit iuuenes: tribus miſcuit: deleuit ſtēmata: corrupit genus: tulit qcqd erat et diuinæ, et humanæ funditus diſciplinæ: ſed hoc quid ad Zachariā ſanctū? ne quid ergo tale et in ipſo Zacharia crederetur admiſſum, Euangeliſta cogitur ſic referre. Fuit in diebus Herodis regis Iudææ ſacerdos quidā nomine Zacharias de uice Abia. Quia uſq; ad ipm̄ ab atauis, auis, patribus, tranſfuſum genus manſit ſacerdotii: tempus legis, ſacrificii omnis ſeruata eſt diſciplina, eo ꝙ impietatem regis, iniquitatem temporis, ambitionis rabiem, temeritatis furorem, ſacerdotis et meritum ſuperauit, et uita: ſed quid ſequitur audiamus. Factum eſt ut incenſum poneret ingreſſus ī templum Domini: et omnis multitudo populi orabat foris in hora incenſi. In hora incēſi fratres, iam ſol Iudaico occūbebat in templo, ut in Eccleſia matutinus exurgeret: et Iudaicæ doctrinæ inſtabat ueſper, quia Euangelii imminebat aurora: legis obſcu-

rabatur dies, ut totus reluceret in gratia: hinc eſt q
Zacharias in hora incẽſi, hoc eſt in extremo tempo-
re legalium cærimoniarum prophetali ſpiritu incẽ-
ſum infert: offert preces: deſideria ingerit; uota com
mendat: tempus admonet: promiſſa repetit: exigit
CHRISTVM. Et omnis multitudo orabat foris.
Vt ergo populus qui ſtabat foris intromitteretur, ex
orat, quia quos lex adducit ad ianuam, gratia intro-
mittit in templum. Apparuit, ĩquit, ei Angelus Do-
mini ſtans à dextris altaris incenſi: et uidens Zacha-
rias turbatus eſt: & pauor cecidit ſuper eum. Ergo
non eſt mirũ ſi turbatur ſacerdos: ſi ſtupet doctor: ſi
paueſcit antiſtes: ſi tacet minima, cum uidet maxi-
ma: ſi deſerit uerba, cum ſigna conſpicit; et ne ſolus
Zacharias timuiſſe uideatur, audi alium prophetam
Abac. 3. dicentem. Domine audiui auditum tuum, et timui:
cõſideraui opera tua, & expaui. Qui cum Deo loqui-
tur expaueſcit? unde loquatur Angelus ignorat? &
quid tenemus? unde ſacerdos taceat iam dicamus.
Et reſpõdens ei Angelus dixit: Ego ſum Gabriel, qui
aſto ante conſpectũ Dei: & miſſus ſum ad te hæc lo-
qui: & hæc tibi euãgelizare: & ecce eris tacens, nec po
teris loqui. Quæ tacẽtis culpa, ſi imperat ſilentium
uis iubentis? Ergo & nos tantilli qui tacuimus, quod
tacuimus habetote non obliuionis fuiſſe, ſed tempo-
ris: diuini negotii, non rationis humanæ. Ergo tri-
ſtes non ſimus; quia, donante Deo, ſilentium momẽ-
ti continuato ſermone pẽſabitur: & modicum quid
triſtitiæ noſtræ magnum uertetur in gaudium. Gra
tias ago Deo meo, qui mihi in amoris lucrum uer-
tit damnum ſermonis: nam quanta ſit in me chari-

Digitized by Google

tas ueſtra,pallor prodidit:teſtatus eſt clamor:oſtenderunt lachrymæ:oratio effuſa monſtrauit.

DE EISDEM. SERMO. LXXXVII.

SIcut nimio dolore,& infirmitate lõga luminibus obſcuratis, niſi ſenſim refuſa fuerit fit inimica lux,certe cum ſolis ſit cõdita lux oculis, ſolis ſit oculis lux amica, ꝑ quos utiq; reliquo corpori uel traditur,uel nẽgatur: ita diurno perfidiæ morbo contenebratis mẽtibus, niſi paulatim fuerit fidei clãritas reſtituta, ſubito ipſo fidei ſplendore magis perfidiæ craſſeſcit caligo:longo uſu aut producitur, aut obtunditur ſemper natura: hinc eſt ꝙ Dominus tetro infidelitatis nubilo cordibus iam cæcatis, ut irradiaret partus uirginei ſacramentum,deſperatæ,& annoſæ ſterilitatis ante præmiſit conceptum:ut qui uidebat poſt ſenectutem longam arida membra reuiuiſcere, & tranſacto curriculo iam uitæ ueteranæ in primam refloreſcere pubertatem, atque ipſam naturam in occiduam ætatem ad naſcentis ſerui inſignia ſuſcitari,pudicitiæ florem,pudoris titulum,caſtitatis inſigne, uirginitatis clauſtra manere poſt partum poſſe crederet: poſſe auctore ipſo ex utero procedente ſeruari.Et ut præfationi noſtræ,ac ſimilitudini, quam de oculis ſumpſimus uetuſto languore defeſſis,ipſa de qua loquimur modo,adſit,et aſtipuletur auctoritas,ac probet oculos hominum nocti male aſſuetos,obſcuratos,promotos ſenſim reuoca-

Digitized by Google

toſ ad lucem,in Iohãne Dominus accendit ſui lumi-
nis,& præmiſit lucernã, ut deguſtato lumine in ſe iã
diuini Solis iubar ipſum perferrẽt: ipſam Deitatis ca
perẽt claritatẽ:iuxta illud quod dictũ eſt de Iohãne:
Ioã.5. Ille erat lucerna ardens,& lucẽs:ut ille denſas noctis
placido lumine aperiret tenebras: ipſe noctis neſciũ
diẽ iã deſiderãtibus ad lucẽ perpetẽ redonaret.Hinc
Mat.2. eſt ꝙ et Magos adhuc noctis icolas,et totis obſtupe-
ſcentes oculis,tenuiter micans ſtella aſſueſacit ad lu
cẽ:et gradatim pertrahit ad ipſum fontẽ luminis, et
dierũ.Et re uera fr̃es cõgruit,quia totius anni metas
tẽpoꝝ quadriga percurrit,ac nobis Dñi nr̃i natalitia
feſta reuocat,et gaudia iã reducit,nunc de Iohannis
ortu,de partu ſterilis iã loquamur:ut cõpẽdio credu
litatis iſto ad illud ubi partus eſt ſine partu, ubi crea
tur auctor ipſe procreãtis, ubi naſcitur ipa origo ge
nerantis,iter hiemales,ac nubibus,et nebulis dubias
luces, lucerna præuia, ſtella duce puenire poſſimus,
Luc.1.„ Fuit,inquit Euangeliſta,ſacerdos quidã noĩe Zacha-
„ rias:& uxor eius Eliſabet: & non erat illis filius,eo ꝙ
„ eſſet Eliſabet ſterilis:& proceſſiſſent ambo in diebus
„ ſuis. Sterilitas ſenectute exaggeratur extrema:& ab
ſpe generandi totum ſubducitur quicquid eſt corpo-
ris,& naturæ:& ne uel cogitatio ſobolis ulla remane
ret,ad id peruentum eſt temporis,et ætatis,quo trã-
ſacto calore uitali mortale frigus ſterilis iam uiſce-
ra poſſidebat: ut genitor ipſe cognoſceret inde iam
per hominem nõ poſſe naſci hominem,unde abſceſ
ſerant res humanæ.Sic ſic fratres duris hominũ præ
cordiis credulitas aſſeritur: et inſeritur fides: & tunc
totum diuinum creditur,cum fuerit nil humanum.

Digitized by Google

" Sorte exiit ut incenſum poneret Zacharias ingreſ-
" ſus in templum Domini. Bene dixit ingreſſus in tẽ-
plum, non ingreſſus templum: quia ipſe erat Dei fa-
miliarius templum, portans in ſui pectoris puritate
tota legis arcana: & apponens non tam thuris, q̃ pu-
ræ ſupplicationis incenſum. Gratius namq; Deus in
ſuo, q̃ in hominis opere requieſcit: & non tam liben-
ter odoratur Arabicæ arboris guttã, q̃ ſynceri cor-
" dis, & pectoris ſanctitatẽ. Apparuit ei Angelus Do-
" mini, inquit, ſtans a dextris altaris incẽſi. Dicere ſuf-
fecerat, apparuit ei Angelus, quid magnopere a dex
tris altaris? ut eſſe in ſanctis Angelis auditor intelli-
gas nil ſiniſtrum: dicente ſcriptura. Vias quæ a dex- **Prou. 4.**
" tris ſunt nouit Dominus. Apparuit ei Angelus. Cũ **iuxta. lxx.**
iam defecerat totus homo, ut ante Iohannes naſcere
tur ex ſterili, q̃ CHRISTVS naſceretur ex uirgi-
ne: dictum eſt de Iohanne. Ecce ego mitto Angelũ **Mat. ii.**
meum. Felix, quæ ut i Deum creſceret, in ſenibus ſic
defecit natura: felix, quæ ſterilitatis damna uirginea
fœcunditate mutauit: felix, quæ uno concepit in par
tu, quicquid in toto orbe confundere deplorabat: fe-
lix, quæ facta eſt uitalium germinans mater, quæ
erat ante origo miſeranda mortalium: ad dolores
pariens cum dolore: ad gemitus edens ipſa cum ge-
mitu: ad pericula producens hominem cum pericu-
lo generantis: & in ipſo ortu occaſum nuntians per
lamenta, et lachymas: ſemper deuorans partus ſuos
ſciens ſe tantis mœroribus generare morituros. Pa-
ſcebatur ergo ſterilitate magis natura, ne ipſa fœcũ-
ditate grauius deſæuiret, fletus potius editura, quam
pignora: quæ utiq; lachrymis, mœrore, gemitu, tãto

tẽpore ſuum quærebat, et interpellabat auctorẽ: intelligens hoc ſibi accidiſſe per culpá, nõ eſſe ab auctore piiſſimo inſtitutũ cũ crearetur. Hinc eſt ꝙ Dominus conditor ipſe naturæ uiá uirginei conceptus, uirginei partus, iuiſibili ueſtigio, et ignoto calle perrãſit, et iter humani ortus diuino greſſu ãbulat, nõ humano, ut naſcendo ipſam naturá a ſeruitute mortis, cui taliter addicta fuerat, primitus liberaret: et fonte purgato ſupernã riuulis redderet puritatem. Merito Iohãnes ĩ utero exultat, qui originis ſuæ libertatem ante noſſe, q̃ eſſe meruit: ante meruit ſentire, q̃ uiuere. In hora incenſi per Angelũ aperitur ſterilitas: cõceptus iubetur: promittitur partus: et iter ſacraria natiuitas ſacra procuratur: hinc eſt ꝙ adhuc ĩ utero cũ mẽbrorũ cõpage pene cõcepta ĩ Iohãne eſt prophetia: ante nũtu Dei loquitur, q̃ perueniat ad uocis officiũ. Verũ ne dũ profunda, et mira latiſſimæ lectiõis breuiato cupimus ſermone cõcludere, quæ maxime dicenda ſunt tranſeam, proxime, ſi Deo placuerit, de ſequentibus differemus.

DE EISDEM. SERMO. LXXXVIII.

SEmper debere anxiũ eſt fratres: ſemp triſte fœnoris uiculis alligari: ſed me, quẽ uobis mea ſæpe facit promiſſio debitorẽ, ſatis ſibi de talis debiti natura, et obligatione blanditur, quia dat, nõ accipit qui promittit: et qui dando debet, ſibi magis ipſum facit obnoxiũ creditorẽ: atq; ubi qui credidit debet, et qui debet credidit, ibi neceſſitudinis, non

necessitatis probatur esse contractus:et in tali fœno-
re animæ non oneris, sed honoris prædulcis currit
usura. Posteaq̃ Zachariæ sacerdoti apparuisse Ange
lum Domini Euangelicus sermo descripsit, adiecit
,, dicens. Et turbatus est Zacharias uidens, et timor Luc. 1.
,, irruit super eum. Si de iudicis potestate sollicitus est
qui semper de apparitoris turbatur, et contremiscit
aduentu: et mandati meritum de persona uenientis
æstimat, et metitur: et quãuis bene cõscius pauet, do-
nec causas uenientis agnoscat, et intelligat qualita-
tem; quid faciet? quo pauore trepidabit, cum pote-
statẽ supernã senserit hominis imbecilla natura? cũ
respexerit homo Angelũ: et diuinæ sedis ministrum
uiderit? Caro nunq̃ de sua conscientia est secura: si-
cut Zacharias ipse, de quo loquimur nunc, cõproba-
uit: qui in ipo tempore placationis offendit: qui dum
credit, dubitat: dicente Angelo: quia non credidisti
uerbis meis: dũm postulata promeretur, incurrit: cõ-
demnatur, munera ipsa cum suscipit: qui uocem, cũ
uocem percipit, tunc amittit. Hinc est q Angelus an
teq̃ mandata pandat, dona tradat, referat impetra-
ta, metum discutit, fugat timorem, cõfortat animos
ancipiti cogitatione turbatos, ut mens quæ migra-
uerat a se nimio pauoris excessu, in semetipsam re-
uersa beneficiorum tantam sentiret, et caperet largi
tatem, dicẽs. Ne timeas Zacharia, quoniã exaudita
est depcatio tua: et uxor tua Elisabet pariet tibi filiũ:
,, et uocabis nomẽ eius Iohãnẽ. Putas ne sacerdos tã-
tus sic ẽ populi, sic uniuersitatis oblitus, ut de ꝯceptu
ueteranæ cõiugis, de partu desperatæ sterilis rogaret?
ut sibi soli legatus omnium tunc adesset? ut aduoca
tus omnium pro se singulariter oraret? ut tantũ põ-

Digitized by Google

tificatus officiũ intra domeſticas arctaret curas? in ter familiares clauderet, et occuparet anguſtias? et i cenſum totius plebis in ſolum deſiderium proprii pi gnoris addiceret ueteranus antiſtes? ac tali deſide rio grandæuus, et ipſum tempus iam reſpiciens, ad partum ſuccéderetur intempeſtiuum? abſit fratres, abſit, ut hoc de ſancto Zacharia fidelis anima ſuſpi cetur: et quidem Angelus in hoc fuiſſe refert totius „ ſupplicationis effectum, dicens. Exaudita eſt depre „ catio tua: et uxor tua Eliſabet pariet tibi filium. Si Angelus ad petita reſpõdit, ſacerdos pro ſolo pigno re ſupplicauit, ſi pro omnibus egit ſupplicatio ſacer dotis, cur Angelus de ſolo pignore rettulit impetra ta? Quid tenemus, quid diu ſuſpẽdimus animos au ditorum? q̃ non ſibi ſoli, ſed omnibus affuerit iſte uenerandus antiſtes, quam reſpõderit Angelus uni uerſis, quam Deus proſpexerit in uno iſto germine ſacerdotis, quem genitoribus utiq;, & ipſi ob hoc de legerat naturæ, ut eum daret uniuerſitati, largiretur ſæculis, populis condonaret, & fieret ſacramenti fi lius inter ſacraria delatus, inter ſacramenta conceſ ſus, eſſet antiſtes de uenerando generatus antiſtite, eſſet Angelus ore Angeli ſancta dilatatus in uiſcera,
Ioã. 1. eſſet uox CHRISTI, Ego uox clamantis in deſerto, eſſet uox CHRISTI, ad CHRISTVM ſua reſeruatus ad tẽpora, eſſet p̃co iudicis p̃ſentiã clamaturus, eſſet pœnitẽtia populos CHRISTI uocaturus ad ueniã, q̃ ſacerdos ergo iſte iã ſui neſcius, iã ſibi mortuus, ex traneus cõiugi, ſoboli iam negatus egerit omnibus, omnibus ĩpetrarit, mox Angelo referẽte diſcamus. „ Et multi, inquit, in natiuitate eius gaudebunt. Non eſt unigenitus, qui eſt cũctorum creatus ad gaudiũ,

„ Erit.n.magnus coram Domino. Qui corã Deo magnus eſt, quantus ſit penes homines quis probabit?
„ Et uinum, & ſicerã nõ bibet. Qui natus eſt ſancto de corpore ſacerdotis, & ſũma ſenectute, ab oĩbus uitiis defæcato, atq; exemplo iuuentutis incendiis, uinũ neſcit, ignorat ſicerã, quæ pariunt luxus ebrietatis, & uitia: & tota diſſipant morũ decora, ornamenta uirtu-
„ tum. Et uinum, & ſicerã non bibet, ſed ſpiritu ſancto
„ replebitur adhuc in utero matris ſuæ. Iuxta illud Apoſtoli, Fratres nolite inebriari uino, inquo eſt lu- Eph. 5.
„ xuria, ſed replemini Spũ ſancto. Et ſpiritu ſancto re-
„ plebitur adhuc in utero matris ſuæ. Beatus Iohannes, qui ante in Dei Spiritu meruit intonare, quã hominis uagiret in fletu: beatus, qui ante diuina poſſidere meruit, q̃ ſortiretur humana: beatus, qui ante meruit cælum ſcire, q̃ terrã: beatus, qui ãteq̃ uideret præſentia, futura meruit nuntiare: beatus, qui ante Deum capere potuit, q̃ ſuo ipſe caperetur a corpore: beatus, & ſingulariter eſt beatus, qui anteq̃ ſaperet quærere, meritum conquiſiuit: beatus, qui non peruenit ad gratiam per laborem, ſed ad labores ipſius
„ gratiæ dignatione deſcendit. Et multos, inquit, fi-
„ liorum conuertet. Ad quem? dicat Angelus, ut qui blaſphemat, quia negat hæreticus cõmuteſcat: dicat Angelus, ut audiat fidelis, & gaudeat: credat hæreti-
„ cus, & recurrat. Conuertet. Ad quem? Ad Domi-
„ num Deũ, inquit, ipſorũ. Quis eſt hic Deus? de quo Propheta dicit. Hic eſt Deus nř: & non eſt alius abſq; Baruc. 3
eo: qui inuenit omnẽ uiam diſciplinæ: & dedit eã Iacob puero ſuo: & Iſrael dilecto ſuo. Quando dedit? tunc utiq; quãdo legalibus ĩ tabulis totius uitæ regulam, totã diſciplinæ deſcripſit & normã. Attẽtus eſto

auditor, ut ſcias quis eſt hic Deus nr̃, abſq; quo alius non eſt. Quis eſt? Poſt hæc in terra uiſus eſt: & cum hominibus cõuerſatus eſt. Quis eſt alius uiſus ĩ terra niſi CHRTVS; qui nr̃a eſt cõuerſatus in carne? et qs eſt alius, cõuerſatus cũ hominibus, niſi ille qui cũ hominibus humano eſt cõmoratus in corpore? & ſi hic eſt Deus nr̃, & nõ alius abſq; eo, hæretice cũ hunc nõ habueris, quẽ habebis? Nõ eſt alius, inquit, abſq; eo: et hunc nõ dicis, ergo ubi eſt pr̃? Propheta dicit: non eſt alius abſq; eo: et ubi eſt? in filio utiq;, quia præter
Ioã. 14. filiũ nõ eſt pater: Ego in patre, dicit, et pr̃ in me eſt. Vnde et Propheta nõ dixit, nõ eſt alius: ſed nõ ẽ alius abſq; eo: hoc eſt dicere, eſt, ſed in ĩpo eſt: ſed dicis, et ſi in ĩpo eſt, quomõ eſt alius? Hæretice, ſic eſt alius pſona, ut ſit ipſe ſubſtãtia: ſic eſt ipſe ſubſtãtia, ut nulla ſit cõfuſio Trinitatis: ſic eſt unitas Trinitatis, ut nulla ſit in Deitate diſtãtia: ſic in ſe eſt, et ſine ſe tota Trinitas nõ eſt, ut inſit ĩ Patre, et Filio, Spũ Sãcto perſonalitas diffinita, nõ ſeparata diuinitas. Et ĩpe præcedet ante illum. Ante quem? ante CHRISTVM, qui eſt Deus ipſorum, Deus nr̃, Deus omniũ, Deus abſq; quo alius nõ eſt. In ſpũ, et uirtute Eliæ. Nemo cũ hoc au-
.ſ. eos qui dit, μετεμψόχουσ imputet; hic ſpiritũ dicit illũ, quẽ p
aiaꝝ demi diuinã gratiã meruit, nõ quẽ carnis eſt cõſecutus ad
grationes uitã: et uirtutẽ dicit illã, quã de ſupnis habuit, nõ illã
aſſerunt. quam propter corporis adeptus eſt firmitatẽ. Iohãnes ergo Eliæ uenit in ſpiritu, & in eius uirtute graditur, qui totum uictu, ueſtitu, honore, caſtitate, abſtinentia, et omnibus Eliam uirtutibus repſentat, et CHRISTVM. Præparare Domino plebẽ perfectã. Quam ĩ uobis Deus, et Dominus noſter præparare, et confirmare dignetur in gloriã nominis ſui.

DE EISDEM. SERMO.LXXXIX.

OMnia quæ a Deo creata ſunt nobis, bona ſunt, & bona ualde: dicente ſcriptura. Et uidit Deus omnia quæcũq; fecit, & ecce ualde bona. Ergo omnia quæ a Deo creata ſunt, bona ſunt, & ualde bona: ſed inter uitia, uirtuteſq; media ſic habẽtur, ut ex ipſis, & periti doctrinæ materiã ſumant: & erroris cauſam inueniant imperiti: ſapientes namq; creatorem creaturæ cõtẽplatione cognoſcunt: ſtulti uero dũ creaturas ipſas Deos exiſtimant, ſapere nequeũt creatorem: hinc eſt ꝙ ſolem, lunã, ſtellas, aurum, lapides, ligna, Deos ſibi fecerunt gentiles, quæ Chriſtiani addicta ſuæ ſapiunt ſeruituti. Nec mirumſic eſſe mediam creaturã, quãdo ipſe creator omniũ CHRISTVS eſt fidelibus in ſalutem, ĩfidelibus in ruinam, Euangeliſta dicente. Hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum. Apoſtoli etiam aliis habẽtur in mortem, aliis habentur in uitam: Paulo probante cũ dicit. Quibuſdã ſumus odor mortis in mortem: quibuſdã autẽ odor uitæ in uitã. Ergo & Euãgelicæ lectiones fiunt bonis ĩtelligẽtiæ ſalutaris, malis uero erroris occaſio. Antehac Euangeliſta beatiſſimus cũ referret Iohãnem Baptiſtã Herodis aſtrictũ uinculis, adulteriis Herodiadis extinctũ, truncatũ in ꝓmiũ ſaltatricis, ſenſimus aliquos fuiſſe ꝑmotos, cur Deus ſacrilegæ ſanctũ, adulteræ uirginẽ, Angelũ addixerit ſaltatrici: ſ̃res uirtutes Iohãnis, Herodis crimina abũdãter alio ſermone tractauimus: nũc eloquamur ꝙ̃ uinculoꝝ cauſa, carceris ꝙ̃ neceſſitas, ꝙ̃ mortis utilitas fuerit in Iohãne. Iohãnes nõ potuit mori cõi

Gen. 1. iuxta.lxx.

Luc. 2.

2. Cor. 2

ĩfra ſer. cxxvii.

ſorte, q̃ natus ẽ priuilegio ſingulari: cũ CHRISTVS
Deus naſceretur in carne, Iohãnes Angelus eſt gene
ratus in terris, ut ita officia terrena officiis ſe cæleſti/
bus miſcerent, ſicut humanis ſe diuina miſcebant: &
in terra Deo Angelus, Domino ordo cæleſtis obſe/
quii non deeſſet: ſed audiamus ordinẽ naſcentis Io/
„ hannis, ut cauſas mortis eius iuenire poſſimus. Fuit,
„ inquit, in diebus Herodis regis Iudææ, ſacerdos qui/
„ dã nomine Zacharias de uice Abia: & uxor eius de
„ filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabet: erãt autem
„ ambo iuſti ante Deum, incedentes in omnibus man
„ datis, & iuſtificationibus Domini ſine querela. Ora
tores magni, & excellẽtes ingenio, quotiens illuſtriũ
uirorũ parant narrare uirtutes, auos, atauoſq; cõme
morant, ut ad honorem p̃ſentium accedat dignitas
antiquorũ: et laus patrũ filiorum redundet ad glo/
riam: maior eſt innata gloria, q̃ q̃ſita: præcedit quod
uenit ab origine, quod ſequitur ex labore: gloriã bea
tius ẽ habere, q̃ quærere: hinc eſt ꝙ Euãgeliſta ut ex/
tollat Iohãnis gloriã, Zachariæ patris, Eliſabet ma/
tris genus dicit: auos memorat: ſcribit merita: loqui/
tur titulos: gradus digerit: uitam pandit: dilatat inſi/
„ gnia: prædicat ſanctitatem. Fuit, inquit, ĩ diebus He
„ rodis regis Iudææ. Tempus memorat regis nefan/
di, qui ſacrum ſacerdotii uiolauit morem: confudit
ordinem: ſtatutum ſoluit: abſtulit inſtitutum: et hoc
accedit ad meritũ Zachariæ: quia cum in omnes pe/
ne Herodes auſus ſuæ temeritatis extẽderit, auſus ſit
nil in iſto: uirtutibus ſit huius oppreſſus, ut ſacerdotis
ĩmaculata ſucceſſio ad gloriã germinis ſeruaretur.
„ Et uxor eius de filiabus Aaron. Aaron primus Pon
tifex in lege, fuit ſacerdotii origo: propterea merito
p̃termiſſis

Digitized by Google

prætermiſſis omnibus eius filia dicit̃,cuius in ſe me/
moria prætulit ſanctitaté, quã tãtĩ generis pia cuſtos
glorioſiſſime tranſfudit in filium : ſed huius matris
» laudes Euangeliſta deſcribit. Erant,inquit,ambo iu
» ſti ante Deum. Eſt noua felicitas,eſt coniugium ſin
gulare,quando manet in duobus mens una, una ſan
ctitas in duobus:conſtabat mente , quod diſtabat in
ſexu:et in moribus erat unũ , quod geminabat aſpe/
ctus:ac uirtus reddebat pares,impares dederat quos
» natura. Erant,inquit,iuſti ambo ante Deum. Place/
re iudiciis humanis,coram hominibus eſſe iuſtũ, eſt
uirtutis humanæ,maximi eſt et laboris : ante Deum
qui ſcrutatur corda,cogitationes diſcutit, uidet men
tium motus,eſſe iuſtum humani laboris non eſt,mu
neris eſt diuini.Si magnus eſt qui non peccat in car/
ne,quantus eſt qui corde non peccat? Iohãnes ergo
ſupra carnem eſt natus de iſtis , qui ante Deum nec
corde,nec corpore peccauerunt:adiecit Euangeliſta
» dicens. Incedentes in omnibus mandatis, & iuſtifi/
» cationibus Domini ſine querela. Incedentes : ince/
dit qui non ſtat in triuiis peccatorum:qui peregrinũ
ſe hoc ſentit in ſæculo:qui aſperas uirtutum intrat in
trepidus manſiones,qui montes iuſtificationũ, man
datorum colles indefeſſus uiator aſcendit: ut præſen
tia parentis Dei , patriæ cæleſtis beatitudine perfrua
» tur. Incedentes in omnibus mãdatis,et iuſtificatio/
» nibus. Hi in omnibus,in q̃bus nemo , uel pauci. In
» omnibus mandatis,et iuſtificationibus. Quis fumi
neſcius cupiditatum tranſit incẽdia? quis uitæ lubri/
cum nunq̃ lapſus euadit? per uitiorũ gurgites quis
impollutus ĩcedit? carnis negocia,uitæ cauſas, actus
mundi quis peragit,et non erit in querela,cum naſci

Digitized by Google

ipſum plenum ſit & lachrymis, & querelis? Nãq; par
turiẽs queritur ex dolore: et natus in lachrymas que
ritur ex natura: ſed in Zacharia, et Eliſabet reatus
occidit, periit querela, omnis eſt amputata cauſatio,
quia in illis parabat unde tota ſanctitas naſceretur:
„ ſed hoc ex ipſa iam lectione luceat. Et non erat eis,
„ inquit, filius, eo q; eſſet Eliſabet ſterilis. Sterilitas iſta
non erat maledicta, ſed myſtica, in qua partus nõ ab
latus eſt, ſed dilatus: neq; erat pignori clauſa, ſed tem
pori: colebatur tempore, uirtute ſerebatur, matura-
batur ætate, ſenectute creſcebat, ut in filio ſingulari
tota fœcunditas penſaretur, quando in uno naſceba
tur numeroſitas congeſta uirtutum. Beata ſterilitas
quæ unum ſeruabatur ad partũ: et expectabat Iohan
nem, cui quia prima omnia debebantur, primogeni
„ ti dignitas non periret. Et ambo proceſſerãt in die-
„ bus ſuis. Proceſſerant, non deceſſerant: uixit in ſan-
ctis ætas, non defecit, ſed proceſſit: aut quid illis defi-
cit, quibus accedunt ſemper incrementa uirtutũ? Er
go in Zacharia, & Eliſabet ſtupet ſexus: frigeſcit ca-
ro: membra ſopiuntur: tempus præterit: ætas tranſit:
aboleſcit totũ quicquid eſt & humani ordinis, et ne-
gotii coniugalis: ut diuino munere, non partu ex ho
minibus Angelus naſceretur. Promiſeramus de or-
tu Iohannis cauſas mortis eius expromere: ſed quia
nos hodie longius ſermo protraxit, et ad probatio-
nem rei ſatis nobis neceſſaria ſunt quæ ſequuntur,
quæ modo dicta ſunt ortus eius deputentur ad glo-
riam: noſq; ingrati non ſimus uobis, qui differimus
debitum, nõ negamus: nam debitoribus dilatio cre-
ſcit ad gratiam creditoris. Expectate ergo quod pro
mittit debitor, & expectate ſecuri, quia promiſſa ne-

Digitized by Google

gari nequeunt, quando ſterili tam largiter nega/
ta ſoluuntur.

DE EISDEM. SER/ MO. XC.

ERigi nos ſanctorum lapſibus, ſancto/
rũ trepidatione fundari, cunctatio nos
hodie Zachariæ docuit ſacerdotis: qui
cum nõ credit Dei promiſſa, ſed diſcu
tit, et opera diuina nõ fide percipit, ſed
humana ratione diſquirit, infidelitatis culpam lõga
ſilentii condemnatione perſoluit: audierat ab Ange
„ lo. Exaudita eſt deprecatio tua: et uxor tua Eliſabet Luc. 1.
„ pariet tibi filium. Qui tunc reſpondit: unde hoc
„ ſciam? ego enim ſum ſenex: et uxor mea proceſſit
„ in diebus ſuis. Nonne quantum ſenectute longa
ſpem poſteritatis amiſerat, tantum longo uitæ uſu
fuerat edoctus, ꝙ Deus impoſſibile nil haberet? le/
gerat tanti temporis ſacerdos, ſciebat ueteranus pon
tifex lege naturam, non auctorem naturæ poſſe con
ſtringi: & tempus homini poſſe, ſuo non poſſe præ/
ſcribere conditori: nouerat de Abrahæ, & Saræ e/ Gen. 21
mortuis extrema ſenectute corporibus, & a patris,
matriſque nomine famoſiſſima ſterilitate ſummo/
tis, Iſaac ad totam fœcunditatem Iſraelitici germi/
nis erupiſſe: cui non obfuit tantum defuiſſe natu/
ram, quantum naſci profuit auctoris beneficio, non
naturæ: didicerat Rebeccæ, & Annæ effœtis diu, diu Gen. 25.
naturæ ſuffragio deſtitutis, dediſſe Deũ qđ ſterilitas 1. Reg. 1.
„ abnegauerat: edoctus ergo tãtis qd ẽ ꝙ dicit? Vñ hoc
„ ſciã? Ego. n. ſenex ſum: & uxor mea proceſſit in die/

„ bus ſuis. Fratres ſatis ad Deum trepida, ſatis ad diui
nas uirtutes hominis eſt imbecilla natura:nec talem
ſe in cauſa inuenit,qualem ſe æſtimat ante cauſam:
et ſatis ſe ignorat ante,q̃ ſe rebus probet, et experiať
exemplis:petit cælũ:petit alta:ſcrutatur ſuperna: mo
uet cælum : pulſat cælum: ſed cum cælum mouerit,
cæli pondera non poterit ſuſtinere:ambit fidei ſubi-
re uerticem:ardet cælum ſua penetrare uirtute : ſed
ætherias in uias ubi incedere humanis greſſibus in-
choat,et cum ſuã deorſum reſpicit ad naturam,non
tantum fidit de præteritis,quantum trepidat de rui-
Mat. 14. na:ſic beatus Petrus cum per æquora diuinos imita-
tur inceſſus,& nouus uiator molle iter duris greſſi-
bus calcat,ante de lapſu ſupplicat,q̃ gaudeat de do-
nato:ſic nunc Zacharias,qui cum diu fleret Diabolũ
poſſe,regnare mortẽ culpa hominis unius: naſci ho-
✠ mines ad labores,ad gemitus,ad pericula, optare li-
cet ærumnoſa,moritura: nec poſſe pignora prome-
reri:ſtare inter acies criminum:obſideri uitiorũ ca-
teruis:infirmitatum quati,& quaſſari ſemper impul-
ſu:uidere eminus uexilla uirtutũ,ſpem legis , gratiæ
libertatem,nec tñ illuc quemq̃ propriis poſſe uiribus
peruenire:uelle bona,& non facere : crimina odiſſe,
nec uincere:debere iam miſereri Deum:debere iam
taliter ſubuenire captiuis.Põtifex ergo iſte cum Dei
aures continua,& tali querela, tali lamentatione pul
ſaret,Deus ſic pia,ſic iuſta poſcẽti, ex germine ipſius
reſponſionis ſuæ ſumpſit,et inſtituit mirabile docu-
mentum:quo crederet poſſe Deum dare uitam mor
tuis,ſalutem reddere deſperatis,ſi ſenectuti mortuæ
ſobolem,ſi ſterilitati dediſſet filium deſperatæ: ſicut
„ Euangelicus aperit ſermo:cũ dicit. Exaudita eſt de

Digitized by Google

„ precatio tua:& uxor tua Eliſabet pariet tibi filiũ. Redemptionis huius nuntium, huius ſalutis præuium: qui Deum non ſicut tu uoce adeat, nõ gemitibus flectat, non ad impetrandũ noſtra ille ſicut tu ſuffragia requirat, ſed ipſe in noſtro ordine conſtitutus, & Angelico honore fultus, Deum ſatis ab oĩbus deſideratum, nec ulli unq̃ cognitum, etiam ipſis Angelis inuiſum, manu teneat: amplectatur gremio: & iam cõſpicuum mundo ulnis felicibus tradat: palmis beatiſſimis aſſignet humanis oculis peruidendum: Deũ cognitum faciat uniuerſis: perducat Dominum ad conſortia ſeruulorum: miſceat reis iudicem: cenſorẽ in ſe teſtetur noxiorum ſuſcepiſſe perſonam: ac ſic probet condemnationis humanæ ſententiã ceſſaturam, quãdo ipſe agitur, ipſe currit per ueniã, qui reos erat daturus ad pœnam. Vt luceat hoc myſterium pietatis imenſæ, Zacharia tuus filius ſuum dominum pœnitentiæ demergit in baptiſma: in remiſſionẽ diluit peccatorum: quia uoluit fons dilui, cognitor ſuſcipere ueniã, iudex ipſe ſuam ſubire ſententiam, ne damnaret reos: ne uindictam proferret in noxios: aſcẽdit crucẽ, deguſtat mortem, ſepulturam patitur, intrat infernũ, qui puniri uoluit, ne puniret: qui amari magis uoluit, q̃ timeri. Quod ubi Zacharias fratres audiuit, tantum ſe meruiſſe ſuis precibus ſacramentũ, rei ipſius conſideratione territus, ſacramenti ipſius æſtimatione turbatus, nec ſe mereri tãtum credidit: et Deum dubitauit ad hæc talia, & tanta deſcendere:
„ hinc eſt ꝙ dicit. Vnde hoc ſciã? ego .n. ſenex ſum:
„ et uxor mea ꝓceſſit in diebus ſuis. Hoc ẽ dicere: quomodo me habere filiũ ratio non permittit humana, ita naſci, & mori Deum maieſtas non ſinit ſempiter

Digitized by Google

na.Cui Angelus ueniabiliter nõ credenti pœnam ſi/
gni tantũ dedit,non pſidiæ:cautelæ eſt tarde de Deo
humilĩa credere:de Deo tardius contumelioſa ſenti
„ re:adiecit Angelus dicens. Ego ſum Gabriel. Vt ex
noĩe tanto,et ex merito miniſtri tanti,Pontifex pro/
„ miſſionis fidẽ penſaret,et crederet qualitatem. Ego
„ ſum Gabriel:qui aſto ante Deũ:et miſſus ſum loq ad
„ te. Dum dicit nomen,deſignat meritum: cum ſe re
fert aſtare,ſe miſſum refert: ſeruitutẽ fatetur, ne pro
„ gatiua nominis debitũ celaret obſequiũ. Ego ſum,
„ inquit,Gabriel,qui aſto ante Deũ: et miſſus ſum loq
p̄s.146 „ ad te:& hæc tibi nuntiare. Vere magnus Dñs ,et ſa/
pientiæ eius non eſt numerus:infirmantem curat de
uulnere:nutantẽ de ultione cõfirmat:de ſupplicio fi/
„ dei perficit argumentũ:dicendo. Et ecce eris tacẽs:
„ et non poteris loqui. Vt ex te,& in te credendi regu
lam cõſequaris:et uernaculo exemplo Deũ poſſe cre
das facere quod promittit:nam cũ uult tuæ uocis or
ganum claudit:et cũ uult tui aperire oris officiũ,pro
fecto poteſt:et cũ uult fœcundam ex ſterili facere,ex
fœcũda ſterilẽ cum promittit,poteſt:cũ uult largiri
partus officia,obſequia naturæ cũ uult , præualet de/
negare.Egit ergo Angelus,ut tali documento Ponti
fex eruditus non dicat amplius,Vnde hoc ſciã? Qui
totius creaturæ indicio potuit approbare,ꝙ Deus , q
cælum,terram,mare,& oĩa quæ in eis ſunt,ex nihilo
legerat ſubſtitiſſe,credere debuit,ꝙ potuit ex aliquo
facere quod uult:et deſperato reddere,qd' promittit:
et qui totũ fecit ex eo quod nõ erat,ex eo qd' ẽ qcqd
„ uult facere non laborat. Et erat plebs expectans Za
„ chariã:et mirabantur ꝙ tardaret in tẽplo : egreſſus
„ aũt Zacharias nõ poterat loqui ad illos:et cognoue/

,, rūt, inquit, ꝙ uiſionē uidiſſet in templo. Ille aūt erat
,, innuens illis: et permanſit mutus. Egreditur pontifex
geſtans in ore ſterilitatis indiciū, portans in pectore
cōceptionis figurā, ut cū mater pareret filiū, daret fi-
lius uocē, tunc Verbi pater ederet ſacramētū: & ante
natus daret patri ueniā, quā dilueret crimina uetuſta
populorū: et quia qui nō credidit tacuit, merito Pro-
pheta quia credidit, gloriatur: dicendo. Credidi, pro- ps. 115.
pter qđ locutus ſum. Fratres dat uerbū fides: negat in
fidelitas uerbum: Si nos ergo fratres, ſicut dixi, ſan-
ctorū lapſus erigit, firmat trepidatio beatorū, nihil
unq̄ Deo eſſe īpoſſibile iudicemus: neq; inquiramus
quēadmodum facturus ſit quod promittit, cuius uo
luiſſe, feciſſe eſt: cuius dediſſe, eſt promiſiſſe.

DE EISDEM. SERMO. XCI.

AVrū de terra legere q nouerūt, ubi di-
uitē ſenſerint uenā, ibi qcqd artis eſt,
qcqd laboris impēdūt: et nos qa in ſan
cto Zacharia cæleſtē nouimus latere
theſaurū, in ipſo totū qđ ſermonis ē nr̄i, qđ ur̄i audi
tus eſt occupemus: q̄tenus cōe lucrū ſit, qđ fuerit cōi
,, labore q̄ſitū. Fuit, inqt, in diebus Herodis regis Iu- Luc. 1.
,, dææ ſacerdos qdā noīe Zacharias, ex uice Abia. Hoc
,, iā diximus. Et uxor eius de filiabus Aarō. Sic cœpit
Euāgeliſta, ut in cōiuge ſacerdotis ſeruata ſacerdota
,, lis ſtēmatis generoſitas mōſtrareť. Erāt, inqt, ambo
,, iuſti ante Deū. Ambo iuſti, qa ī ambobus erat una iu
,, ſtitia. Ambo iuſti. Quia cōſtabat inter eos nō de di
,, ligētia, ſed de ſctitate cōiugiū. Ambo iuſti. Quia ſe
,, xu diſpares, pares meritis hēbanť. Ambo iuſti, Quia

Digitized by Google

ut erat in duobus una caro, ſic erat in duobus unus
ſpiritus. Imitentur coniuges, ut quos coniungit affe-
„ ctio, iungat et uirtus. Erãt, inquit, iuſti ambo ante
„ Deum. Ambo iuſti ante Deum: et ubi eſt illud? Nõ
ps. 142. iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens? Ante
homines forte quis putetur iuſtus, quia homines ut
culpas corporum norunt, ſic uitia mentis ignorãt: an
te Deum uero, cui pectoris clauſtra patent, quem co
gitationum ſecreta non latent, quis innocens habet,
& iuſtus? eſt ne homo qui corde non peccet? nõ co-
gitatione delinquat? non offendat dubitatione? nõ
Num. 20 lapſum trepidationis incurrat? Moyſes dubitat: Aa-
Exo. 32. ron deuiat: Petrus negat: & qs iuſtus? et qũo ambo iu
Mat. 26 „ ſti ante Deum? Ante Deum, ſed ſemper. Ambo
„ iuſti ante Deum. Non labore, ſed gratia: audi Apo-
Rom. 3. ſtolum. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. et iterũ:
Ephe. 2. Non ex nobis, Dei donum eſt: non ex operibus, ne qs
1. Cor. 4 glorietur: et iterum. Quid habes quod nõ accepiſti?
ſi aũt accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?
Euangeliſta ergo ſic refert, non quid non habuerit,
ſed quid acceperit: non quid quæſitũ ſit, ſed quid do-
„ natum. Erant, inquit, ambo iuſti ante Deum, incedẽ
„ tes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Dei ſi-
„ ne querela. Incedentes dixit: ut eos oſtẽderet cucur
riſſe uirtutibus, non ſteriſſe: et ambulaſſe in uia iuſti-
tiæ, non ſediſſe: nec remanſiſſe in itinere mandatoꝝ,
„ ſed ad mandatorum plenitudinem perueniſſe. In-
„ cedentes in omnibus mandatis, et iuſtificationibus
„ Dei ſine querela. Beati, fratres, quos culpa non per-
cutit: non uulnerat crimen: ſed beatiores iſti, quos te
„ tigit nec querela. Sine querela. Si pueritia, ſi adole
ſcentia, ſi iuuentus, ſine querela extitit, ubi tota que-

rela eſt, qualis horum ſenectus? ſi tale initium, qualis finis? aſcendiſſe iuſtificationum uertices, colles mandatorum, nec in aliquo titubaſſe, eſt gratiæ ſingularis: eſt unicæ felicitatis inſigne. Et non erat, inquit, illis filius, eo q̃ eſſet Eliſabet ſterilis. Non dixit non erant illis filii, ſed non erat illis filius, quia ſingularis futurus erat, qui erat de talibus naſciturus: audi Dominum dicentẽ. Non ſurrexit maior in natis mulierum Iohanne Baptiſta. Eo q̃ eſſet Eliſabet ſterilis. Sterilis corpore, ſed fœcunda uirtutibus: tarda ſoboli, ſed non tarda Deo: non germini clauſa, ſed tẽpori: non negata pignori, ſed ſeruata myſterio. Et ambo, inquit, proceſſerant in diebus ſuis. Proceſſerant: ſic deſcribitur ſacramentum ſenectutis, quæ nõ dum decidit meritis, non ætate deficit, ſed procedit: nec ſentit detrimenta corporis, quæ ſumit augmẽta uirtutis. Fratres, Eliſabet ſanctæ partus non ablatus eſt, ſed dilatus, donec tranſiret tempus carnis: paſſio corporis: coniugii neceſſitas: uoluptatis cauſa: cupiditatis ſenſus: et totum quod humanam cõfundit, grauat, onerat conſcientiam: mundabatur. n. longo tempore ſacrificii domus: ſanctitatis hoſpitium: metatus metatoris CHRISTI: Angeli domiciliũ: aula Spiritus ſancti: dei templum. Neſcitis, inquit Apl̃s, q̃a templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in uobis? Denique ubi tota corporis ſedata querela eſt, & in totũ facti ſunt ſine querela, mox ſterilitas fugit: reuiuiſcit ſenectus: fides cõcipit: parit caſtitas: naſcitur maior homine: par Angelis: tuba cæli: præco CHRISTI: arcanum patris: Filii nuntius: ſignifer ſuperni regis: peccatorũ uenia: Iudæorum correctio: uocatio gẽtium: et ut proprie dicã, legis, et gratiæ fibula: quæ diploidẽ

Mat. 11.

1. Cor. 3

ſũmi ſacerdotis ſctõ pr̃i iũgebat in pectore. Euãgeli/
ſta ergo uirtutes pr̃is, mr̃iſq; deſcribit, ut ex gñatorũ
tãtis meritis dignitas germinis noſceret: et probaret
maior hoĩe, q in ortu ſuo excedebat legẽ natiuitatis
humanæ: ſed ſi pceſſurus eſt, iã naſcat Iohãnes, qa in
ſtat natiuitas xp̃i: ſurgat nouus lucifer, qa iubar iã ue
ri ſolis erũpit: det uocẽ pco, qa adeſt iudex: clamet tu
ba, quia uenit Rex: et qa pceſſurus eſt Deus, Angelus
iã pcedat. Verũ qa qd ſupra hoĩes eſt homo referre
nõ ſufficit, uirtutes naſcẽtis Angeli Angelus iã loqua
,, tur. Dixit Angelus ad Zachariã: ne timeas Zacharia:
,, exaudita eſt depcatio tua: ecce Eliſabet uxor tua pa/
,, riet tibi filiũ: et uocabis nomẽ eius Iohãnẽ: et erit ti
,, bi gaudiũ, & exultatio: & multi in natiuitate eius gau
,, debunt: erit. n. magnus corã Dño: et uinum, & ſicerã
,, nõ bibet: et Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero
,, matris ſuæ: et multos filiorũ Iſrael conuertet ad Do
,, minum Deũ ipſorum: et ipſe præcedet ante illum in
,, ſpiritu, et uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrum in
,, filios: et incredulos ad prudentiã iuſtorũ: parare Do/
,, mino plebẽ perfectã. Vacat humanus ſermo, ſilet p
dicatio tractatoris, quando Angelico pconio Iohan
nis profertur gloria: uirtus inſonat: laus collaudatur:
nec eſt quod illi adiiciat homo, cui Deus contulit to
,, tum. Spũ ſancto, inquit, replebit adhuc ex utero ma
,, tris ſuæ. Videtis quẽadmodũ Iohannes ante perue/
nit ad cælum, q̃ tangeret terram: ante accepit diuinũ
ſpũm, q̃ haberet humanũ: ante ſuſcepit diuina mune
ra, q̃ corporis mẽbra: ante cœpit uiuere Deo, q̃ ſibi:
immo ante uixit ille Deo, q̃ Deus uiueret illi: iuxta il
Gal, 2. lud Apl̃i. Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me
CHRISTVS. Sexto mẽſe ſuæ mr̃is exultat in utero:

Digitized by Google

et in uterũ Virginis ueniſſe nũtiat CHRISTVM.Feruens nuntius, qui ante geſtiuit nũtiare,q̃ uiuere: impatiẽs dux,qui anteq̃ perueniret ad corpus, peruenit ad regem:ante rapuit arma,q̃ mẽbra:ante aciem petiit,q̃ lucẽ:et ut uinceret mundũ,uicit ante naturã:ipſe ſine uiſceribus uiſcera mr̃is exuſcitat : et quia tardabat corpus,ſolo ſpũ implet euangelizantis officiũ. Quid dicam? Iohannes anteq̃ CHRISTVM præcederet,ſe p̃ceſſit:Patris,mr̃is,filii corda unus , atq; idẽ implet Spũs ſanctus:ut uno ſanctitatis organo reſonet natiuitatis Dñicæ cãtilena:nec mirũ fratres,ſemper ortus regios honorat feſtiuitas, dulcis gratificat ſymphonia.Et nos fratres,natiuitatẽ CHRISTI glorificemus canticis:honoremus muneribus: qa mentitur fidei,ſi qd' facit Magus,nõ facit Chriſtianus. Mat.2.

DE EISDEM SERMO. XCII.

SEnſim nos ſermo Euãgelicus ad altiora p̃mouet:ad ſupna prollit.Nec mirũ fr̃es,ſi Eliam currus ætherius euexit ad cælũ,cũ cotidie iſta Euãgelio⁊ quadriga hominũ genus cæli pferat,& trãſmittat ad regnũ: 4.Reg. ecce iã nos ipſa fr̃es,de partu ſterilis ad Virginis partũ,& a Iohãnis ortu,ad ortũ nr̃i fecit p̃ximos Saluatoris.Sed qd' ſupeſt adhuc deZacharia põtifice patiẽtius audiamus,ut ad eunabula nr̃i regis regali itinere puenire poſſimus:q ob hoc cæleſtis quadrigæ ſidã cõſcẽdimus ſeſſionẽ,ut ſollicitas,& arduas cõpen„ diorũ ſemitas uitaremus:ſic.n.lectũ eſt. Et factũ eſt, Luc. 1.
„ ut ipleti ſũt dies officii eius abiit in domũ ſuã.Ita uni tẽplo aſtabat tribus tota:parebãt millia ſacerdotũ:pp

quod ipſa obſeruatio pontificalis officii erat diuiſa per plurimos, diſpenſata per tempora, diſtributa per uices, ne aut ordinem ſacerdotii multitudo confuſa turbaret: aut alter agendo iugiter alteri debitum ne„garet officiũ. Poſt hæc autem cõcepit Eliſabet uxor „eius. Erat illis coniugii facultas, erat illis licentia donata generandi, quibus inerat adhuc legis adoleſcentia: inſtabat adhuc religionis infantia. Lex fratres illicita prohibuit, licita non negauit: intra donum tenuit, ſupra donum conferre nil potuit: naturam rexit, ſupra naturam hominem non erexit. Lex fidei ianua, gratiæ nuntia, Euangelii præuia, pædagogus religionis infantiæ, remiſit in ſacerdotio legalis coniugii caſtitatem, ut in pontificatu gratiæ uenturam perpetuæ uirtutis gloriam nuntiaret: ſecundũ hanc ergo indulgentiam Eliſabet annoſitate iam mortua ſanctum reuiuiſcit in partum: et arida, atq; exarata rugis membra medullis uitalibus in uiſcera fœcunda uiridantur: ipſum quoq; tempus, ipſum quo deſierat reuocatur ad corpus: et uetuſtate nimia domus uteri dilapſa in faciem nouam repente reparatur: ſtupet ordo: deficit conſuetudo: miratur ipſa natura: et ex apparatu manſionis hoſpitis meritum, dignitaſq; innoteſcit. Verum Iohannes in generali habitaculo ſatis ſe miratus eſt eſſe peregrinum, qui ſe excluſum tempore, abdicatum natura, receptum ſe „ in eo auctoris beneficio didicit, non parentis. Et ce„ labat ſe menſibus quinq;, dicens: quia ſic mihi fecit „ Dominus. Bene totum feciſſe Dominum cõfitetur, quæ ſibi collatum per hominẽ nil uidebat. Et occultabat ſe menſibus quinque: quia et ſi erat diuini muneris, ſui tamen tẽporis non erat quod habebat.

„ Celabāt ſe menſibus quinq;. Erubeſcit anus fœta:ue
recundatur uetula primi partus: & puerperam ſene/
ctus abſcondit extrema, ne ſterilitatis opprobriū ri/
ſus fœcundæ ſenectutis augeret. Quod aūt riſui ſub/
iaceat ſenilis,& ueterana conceptio, perſimilis huius
ſterilitatis,& ætatis Sara probat: quæ ſibi cum reddi Gen. 18.
partum,donari filium,cui iam uita prope deerat Do
mino promittente cognoſceret,& ipſa de ſuo partu
riſit: et quod riſui poſſet eſſe omnibus prægnans, et
onerata canities,ipſius germinis teſtatˀ ex nomine:
dicente ſcriptura. Et uocauit nomen filii ſui Iſaac. Gen. 21.
Quod interpretari riſum docuit adiiciens. Riſū mi/
hi fecit Dominus. Hinc eſt ꝙ Eliſabet ſacrū uult cela
„ re myſterium,dicendo. Quia ſic mihi fecit Domi/
„ nus. Vt modo conceptus fatiget uerecundia,quā diu
negati partus ærumna afflixit: pater tacet ex pœna:
ex uerecundia mater celat. O quanto ſilentio uox na
ſcitur. O quanta taciturnitate tuba ſæculis inclamatu
ra generatur. O quod ſecretū diuini iudicis dat præ/
„ conem. Quia ſic mihi fecit Dominus in diebus qui
„ bus reſpexit auferre opprobrium meum inter homi
„ nes. Honor coniugii,matrimonii dignitas, eſt pro/
creatio dulcium liberorum:ſatis.n.graue eſt, & ſatis
triſte,et uirginitatis carere præmio, et filiorum ſola
tia nō habere:ſuſtinere onera matrimonii: et ad fru
ctum matrimonii nō uenire. Hinc eſt ꝙ gaudet a ſe
„ ablatum ſterilitatis opprobrium, dicendo. Quia ſic
„ mihi fecit Dominus in diebus quibus reſpexit aufer/
„ re opprobrium meū inter homines. Quia hoc apud
homines miſerum computatur, apud Deum uero
reatus nullus eſt, ubi parentis culpa nulla eſt, ſed iu/
dicium denegantis:certe ſi hoc affert aliqua corpo/

ralis infirmitas,neceſſitas in cauſa eſt,non uoluntas. Sed iam nunc omnis ignaua carnis intelligentia ſit remota, tota corporei ſenſus abiiciatur infirmitas, et;quæcunq; eſt ingenii humani omnis excludatur intentio,fidei pateát oculi,cordis reſerentur aures,mẽtis currat,et occurrat inceſſus,ut peruenire ad myſterium Virginei conceptus,ad ſacramentũ partus Virginei penetrare poſſimus:adiuuante Dño IESV xp̃o, qui ex ea genitus nũc in cæleſtia regna cũ Deo p̃re, Spũ ſancto uiuit per infinita ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

DE EA QVAE VNXIT DOMINVM VNGVENTO. SERMO.XCIII.

AD prandium,& ad Phariſæi prãdium CHRISTVM ſollicitus forſitan miretur auditor.Phariſæi domum CHRISTVS intrauit,non accepturus Iudaicos cibos, ſed diuinam miſericordiã largiturus:neq; accubuit pocula ſaporata melle,floribus odorata ſũpturus, ſed pœnitẽtis lachrymas ex ipſis oculorum fontibus potaturus:Deus delinquentium gemitus eſurit:ſitit lachrymas peccatorũ.

Luc.7. „ Rogabat,inquit,Dominum quidam Phariſæus ut manducaret cum illo:et ingreſſus domũ Phariſæi diſcubuit:& ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit ꝙ accumberet Dñs in domo Phariſæi,attulit alabaſtrũ unguenti:& ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius:& capillis capitis ſui tergebat:& oſculabať pedes eius:& ungebat ũguẽto.

Videris qa ad Phariſæi mẽſam uenit CHRISTVS, non ut carnalibus repleretur eſcis,ſed ut in carne ne

gociũ cæleſte mõſtraret:neq; ut ,pbaret poſita huma nitus ante ſe,ſed poſt ſe geſta diuinitus approbaret. CHRISTVM nãq; ſemper agnoſcimns p humanos actus diuinas exercuiſſe uirtutes:dũ noua,&ꝓ̃ter uſus mortaliũ cũcta eſſe q̃ ab eo ẽt corporaliter geſta ſũt cõprobantur.Phariſæus ad mãducandũ uocat xp̃m: quid ibi q̃rit mulier nõ uocata? clauſtra domus non prorũpit extraneus:cõuiuii ſecretũ nõ p̃ſumit nõ inuitatus intrare:cibos paratos relaxãdis mẽtibus poſt laborẽ ꝑturbare nõ audet arbiter luxurioſus:et qd ẽ ꝙ hæc mulier ignota,imo male nota, onuſta luctibus, plena lachrymis,clamoſa plãctu,neſcio ianitore,nullo cõſcio,ipſo ignorãte paſtore,domus aditus ꝑcurrit oẽs? trãſit totas miniſteriorũ cateruas? ipm̃ cõuiuii ꝑuolat ad ſecretũ? et facit domũ lætitiæ domũ lamentationis,& plãctus? Fr̃es nõ rogata uenit illa,ſed iuſſa:intrauit exhibita,nõ p̃ſumens:ipſe ſic fecit eã ſiſti ſibi,qui illã cæleſti ſn̄ia iuſſit abſolui. Deniq; dum Phariſæus ueſte clarus,primus ĩ ſigmate,in ipſis oculis xp̃i tumẽs,epulis homini,nõ Deo placiturus, feſtiuus infundit̃,uenit mulier,et uenit retro:qa reus animus poſt tergũ ſtat ad ueniã:qa per culpam nouit ſe uultus fiduciã ꝑdidiſſe:uenit ſatiſfactura Deo,nõ homini placitura cũ uenit:uenit pietatis illa,nõ uoluptatis exhibitura cõuiuiũ:deniq; & pœnitẽtiæ ponit mẽſam:fercula cõpuctionis apponit:panẽ doloris ĩfert: potũ lachrymis tẽperat in mẽſura:et ad delicias Dei tatis totas,totã pulſat cordis ſui,et corporis ſymphoniã:organi plãctibus dat clamorẽ : citharã ꝑ ſuſpiria lõga modulat̃:gemitus aptat in fiſtulã : et dũ pectus ipſã cõſciẽtiã arguẽs ſæpe ꝑcutit,facit placitura Deo cymbala ꝑſonare:dũq; tal̃r apportat diuinis oculis ci

,, bos,totas miſericordiæ copias ſic reportat. Ecce mu
,, lier q̃ erat ĩ ciuitate peccatrix. Exaggerat Euágeliſta
mulieris facinus,ut accumulet indulgẽtiã largitoris.
,, In ciuitate peccatrix. Ciuitate peccauerat, qa fama
ſua famam totius tetigerat ciuitatis:ſicq; iam nõ pec
catrix ſolum,ſed ipſius ciuitatis facta fuerat ipſa pec/
catum.Hæc cognouit ꝙ niſi ab illo ſolo ciuitatis pec
catũ nõ poſſet auferri,qui ſolus mundi uenerat abo/
,, lere peccatum. Et ut cognouit quia accumberet Do
,, minus in domo Phariſæi. Non ad ſtantem,nõ ad ſe
dentem audet uenire peccatrix:Deus cum ſtat, corri
pit:cum ſedet,iudicat:proſtratis cõiacet,cum decum
,, bit. Vt cognouit ꝙ accumberet Dominus in domo
,, Phariſæi. Inclinem ad miſerandum ſupernam didi
cit maieſtatem:& ideo credidit, ꝙ eſſet ad ueniam ſi
bi promptus,qui Phariſæi uenerat tam promptus ad
,, mẽſam. Attulit alabaſtrũ unguenti. Portauit oleũ,
quia medicinã lethali uulneri a ſuperno medico per
,, quirebat. Stans retro ſecus pedes eius. Ad pedes tẽ
dit ſemper citam ueniam qui requirit.Et bene ſtans,
quia iam cadere non poteſt,qui ad pedes CHRISTI
,, meruit peruenire. Stans retro ſecus pedes eius. Vt
CHRISTI ueſtigiis innixa percurreret per uiã uitæ,
,, quæ per uiam cucurrerat mortis. Lachrymis riga/
,, bat pedes eius. En mutatur ordo rerum: pluuiã ter/
ræ cælum dat ſemper: ecce nunc rigat terra cælum:
immo ſuper cælos,& uſque ad ipſum Dominum im
ber humanarum proſilit lachrymarũ:ut iuxta Pſal/
miſtam et de aquis fletuũ cantetur illud. Et aquæ q̃
ꝑs.148.,, ſuper cælos ſunt laudent nomen Domini. Lachry/
,, mis rigabat pedes eius. O quanta uis in lachrymis
peccatorum:rigant cælum:terrã diluunt: extinguũt
gehennam:

gehēnam:delent in omne facinus latam diuina pro-
„ mulgatione ſententiam. Et capillis capitis ſui terge
bat. Dominicos pedes lauat lachrymis: crinibus ter
git:uacat ab excuſatione paupertas,inhumanitas ue-
niam non habebit: quia in totum ſibi natura ſufficit
„ ad obſequium creatoris. Et capillis capitis ſui terge
„ bat. In peccatricis caput purgandis criminibus re-
fluebat unda,ut ſuo fonte mulier i nouum baptiſma
„ ſuorum dilueret illuuiem peccatorum. Et capillis
„ capitis ſui tergebat. Vt iuxta Pſalmiſtam, Verticem Pſal.67.
capilli,ex quo ambulauerat in delictis ſuis,in ſancti-
„ tatem tali uerteret ſeruitute. Et oſculabatur pedes
„ eius. Præceſſerant interueniētes lachrymæ,ut oſcu-
la deuota ſequerentur:quia lachrymæ ſatiſfactionis
ſunt documentum:oſcula ſunt reconciliationis indi
„ cia. Et ungebat unguento. Mulierem ſuper caput
Domini fudiſſe oleum alio Euāgeliſta referente co- Mat.26.
gnouimus: nō eſt ergo quod facit hæc mulier mol-
lis,& carnalis obſequii, ſed plenæ humanitatis eſt ſa
cramentum:quia in capite CHRISTI Deus eſt,in
pedibus euangelizantium pacem.Orate fratres,ut &
nos in unguine Domini cōmereamur aliquatenus
computari:& ungamur unguēto quod pedibus fun-
ditur ſaluatoris: quia ſicut oblatio eſt, cum offertur
unguentum:ita Chriſma perfectum eſt,de Domini-
cis ueſtigiis cum redundat. Cuius autem mulier iſta
typum præferat, uel q̄ magnum præfiguret arcanū,
donante Deo tunc dicemus, quando ea quæ ſunt in
ſequentibus exponentur.

Z

DE EADEM. SERMO.XCIIII.

QVoniam ſermone proximo partem primã hodiernæ percurrimus lectionis, admirati pariter ſumus quo feruore, qua fide, quali auſu, quanta obſequii nouitate, peccatrix mulier ipſius ueſtigia cõtigerit Saluatoris: modo quid Phariſæus tacens dixerit, quid CHRISTVS, cui loquuntur tacita, reſponderit, audiamus.
Luc.7. „ Videns, inquit, Phariſæus qui uocauerat eum, ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet Propheta, ſciret utiq; quæ, & „ qualis eſt mulier quæ tangit eũ. Phariſæe quod cõſpicis non eſt ignorantia, ſed poteſtas: eſt diuini iudicii, non erroris humani. Phariſæe erras, neſcire magis potuit ſi fuiſſet Propheta: quia prophetia non eſt humani arbitrii, muneris eſt diuini: unde Propheta ſcit non quantum uult, ſed quantum dederit ille qui „ tribuit prophetiam. Hic ſi eſſet propheta, ſciret utiq; „ quæ, & qualis eſt mulier quæ tangit eum. Mulieris malæ tactus urit malecõſcium: parem polluit: ſuſpectum notat: hominem malæ uoluntatis infamat: cæterum peccatrix fit bona, fit ſancta, fit innocens, cum tetigerit ueniæ largitoré. Stercora cõtingunt, ſed nõ inquinãt ſolé: medicũ cũ tangit uulnera, putredo nõ polluit: iudicé quãuis tãgat reus, nõ poteſt maculare cũ ſupplicat: ſic peccator cum Dñm tangit, nõ Dñm ſordidat: ſed ipſe et peccato caret oi, et rapit ſubito ſanctitaté. Probat hoc mulier in profluuio ſanguinis cõſtituta, q̃ ut tangit fimbriã Dñi, nõ fimbriã polluit, ſed ipſa mox inquinaméto uetuſtæ caruit paſſionis.
„ Hic ſi eẽt Propheta ſciret utiq; quæ, et q̃lis é mulier „ quæ tãgit eũ. Phariſæus CHRISTVM Prophetã cre

deret:ſi expoſita oculis,nota populis ſi uideret.Quid putas crediturus erit, cũ mox eũ mentis ſuæ arbitrũ, cordis ſui iudicẽ,teſtẽ cõſcientiæ ſuæ, cogitationum ſuaꝝ didicerit cognitorẽ? Putas ne uel tũc fatebitur Deũ,quẽ modo poſt uirtutes tãtas iudicat nec magiſtrũ? „ Hic ſi eẽt Propheta,ſciret utiq; quæ,et q̃lis eſt „ mulier q̃ tangit eũ. Mulier habebat uulnus, ſciebat illud:et ideo taliter tanti uulneris medicũ perquirebat: Phariſæus ꝑfidiæ morbo ſaucius, ſupbiæ flãma febriens,ꝑ phreneſim ſe neſciebat inſanũ.Hinc eſt q̃ xp̃s illuc primũ curã uertit,ubi ignota ſæuiebat infirmitas:ut cæleſtis medicus uno medicamine duos cu„ raret ægrotos. Videns Phariſæus qui uocauerat eũ, „ ait intra ſe,dicens. Cui, q̃a ĩtra ſe cogitauerat Phariſæus,xp̃s publica uoce reſpõdit:et dũ phariſæi cordis patefecit arcanũ,ipſum ſe eſſe totius ꝓpheriæ demõſ„ trat auctorẽ. Reſpõdens,ĩquit,Ieſus ait:Simon ha„ beo tibi aliq̃d dicere. Tibi,cui opus eſt medicina,et neſcis q̃rere medicinã: tibi q̃ Deũ magiſtrũ uocas,et Dei deſeris diſciplinã: ignoras q̃m magiſtro magnã facit iniuriã,q̃ ſe diſcipulũ fatet̃ eius, cuius nõ ſequit̃ inſtitutũ? nã ſicut diſcipuli ꝓbitas laus eſt magiſtri, ita magiſtri uitupatio diſcipulus neſciens diſciplinã. „ Simon habeo tibi aliq̃d dicere: Rñdit,magiſter dic. Iterũ,magiſter dic,& nõ Deus dic. Iã iã Deũ ſenties, „ quẽ uocas magiſtrũ. Duo,inq̃t,debitores erãt cuidã „ fœneratori:unus debebat denarios q̃ngẽtos, et alius „ quinquaginta: nõ habẽtibus illis unde redderẽt,do„ nauit utriſq;:q̃s ergo eũ ãplius diligit? Rñdẽs Simon „ dixit:æſtimo q̃ is cui plus donauit:et Dñs:recte iudicaſti. Audiſtis quẽadmodũ cæleſtis creditor totum debitum charitate compenſat, & ad incrementũ to-

tius fœnoris amoris ſolius exigit,& requirit uſuram. Plectēdus debitor qui dilectione ſola ſuam negligit redimere cautionem. Vis ſcire homo quid Deo debeas? Quod factus es, Dei creditū eſt: ꝙ es rationis capax,Dei fœnus eſt:ꝙ diſcretionē mali, boniue poſſides,accepiſti:& ꝙ uiuendi normā acceperis per chirographum legis ſtipulanti Deo ſpopondiſſe te non potes diffiteri:ſed dum te per uitia carnis in lutū inſtar ſuis demergis,& quadrupedū more uiuens qua præditus es ratione priuaris,& in gurgite criminum boni, maliue perdita diſcretione confundis, & diuinæ legis ſubſtantiā diſſipas,mundana uoluntate captiuus,factus es glorioſi fœnoris debitor luctuoſus: cui deficientibus uirtutū lucris criminū multiplicatur uſura.Sed licet in hac re cecideris,licet fueris in iſta deuolutus,uide ne deſperes:homo remanſit tibi unde piiſſimo ſatiſfacias creditori: abſolui uis? ama:
1.Ioā.4. charitas cooperiet multitudinem peccatorū. Negationis crimine quid peius? & tamen Petrus amore ſolo ualuit hoc delere: probāte Domino cum dicit.
Ioā.21. Petre amas me? Inter omnia dei præcepta amor ob
Mar.12. tinet principatū.Diliges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota uirtute tua. Ama ergo homo Deū,& ama totus; ut poſſis omnia ſine labore uincere peccata. Teneræ militiæ,delicati cōflictus eſt, amore ſolo de cunctis criminibus reportare uictoriā: ſicut ex ſequētibus eluceſcit. Conuerſus,inquit, ad mulierē,dixit Simoni. Quid eſt ꝙ conuerſus ad mulierē Simoni loquitur CHRISTVS? quia cū pœnitentē reſpicit, arguit oblatrantē. Dixit Simoni:uides hanc mulierem?intraui in domū tuam,aquā pedibus meis non

,, dediſti:hæc aũt lachrymis rigauit pedes meos:& ca/
,, pillis capitis ſui terſit : oſculũ mihi non dediſti : hæc
,, autẽ ex quo intraui nõ ceſſauit oſculari pedes meos:
,, oleo caput meũ nõ unxiſti:hæc autẽ unguento unxit
,, pedes meos: propterea dico tibi:dimittuntur illi pec
,, cata multa,quoniã dilexit multũ: cui autẽ minus di/
,, mittitur,minus diligit. Probatũ eſt quia dilectio de
let,et abluit uniuerſa peccata. Quid eſt autẽ ꝙ dixit,
,, Cui minus dimittitur,minus diligit? Ergo peccãdũ
ſatis eſt,ut maior charitas cõparetur? Abſit. Chari/
tas de præteritis ſubuenit,non liberat de futuris:cha
ritas neſcit peccare cũ diligit:charitas non eſt chari/
tas ſi delinquit:charitas Dei cuſtos eſt ſanctitatis.Fra
tres ſi nos eſſe peccatores nouimus, et eſſe nolumus
peccatores, pedibus CHRISTI demus lachrymas:
ſpargamus capillos:figamus oſcula: pietatis oleũ to/
ta deuotione fundamus :ut dicat nobis:dimittuntur
uobis peccata multa, qa dilexiſtis multũ. Imitemur
hanc mulierẽ,quã conſpicimus nõ ſolũ caruiſſe pec/
catis,ſed ad totũ ſanctitatis uerticẽ perueniſſe. Quæ
ſit autẽ hæc mulier, quia hodiernus ſermo charita/
tis nos diſtulit,ſicut iam promiſimus,in ſequentibus
Deo auctore pandemus.

DE EADEM. SERMO. XCV.

OMnia quæ a CHRISTO corporaliter
geſta referunt̃,ſic ſubnixa ſunt hiſto/
rica ueritate,ut plena ſemp ſacramẽ/
tis cæleſtibus approbẽtur.Et qa quod
erat i facie lectionis iã perſtrinximus
ſermone repetito:orate ut,ſicut promiſimus, iterna

eius Spiritu Sancto reuelante pandamus. Inhonora
eſt dictio quæ Dei facta humana tantum expoſitio-
Luc.7. „ ne depromit. Rogauit, inquit, Dominum quidam „
„ Phariſæus ut manducaret cum illo. Phariſæus fra- „
tres, catholicus dicitur Iudæorũ: nam & reſurrectio- „
nem credit: & a Sadducæo reſurrectioné negáre diſ- „
ſentit: hinc eſt ꝙ rogat CHRISTVM, ideſt reſur- „
rectionis auctorem, ut manducet cum illo, quia qui
conuiuit CHRISTO mori neſcit: utiq; uiuit ſemper. „
„ Rogabat Dominum ut manducaret cum illo. Ro-
gas Phariſæe ut manduces cum illo: crede, eſto Chri
Ioã.6. ſtianus, & manducas ex illo. Ego ſum, inquit, panis q
de cælo deſcendi. Semper Deus maiora tribuit, q̃ ro
gatur: nam ſe manducandum dedit, qui rogabatur
ut manducandi ſecum fiduciam largiretur: & tamen
ſic hoc dedit, ut illud quod poſtulatus eſt non nega-
Luc.22. ret. Nõne promittit hoc & ſpõte diſcipulis ſuis? Vos
qui perſeueraſtis mecum manducabitis, & biberis in
menſa mea in regno meo. Chriſtiane, qui ſe tibi hic
manducandum dedit, quid ſuum tibi denegare pote
rit in futurum? et qui tantum tibi uiaticum parauit
ad uictum, quid in illa tibi manſione perpetua nõ pa
rauit? Manducabitis in menſa mea in regno meo.
Audiſti Dei conuiuium: ſollicitus non ſis de qualita-
te cõuiuii. Qui peruenire regis meretur ad mẽſam,
manducabit quicqd regni dominatio poſſidet, & po
teſtas: ſic qui ad conuiuium uenerit creatoris, habe-
bit in deliciis ſuis quicqd cõtinetur in creatura. Sed
„ ad cœpta redeamus. Et ingreſſus domum Phariſæi.
Quam domum? Nempe ſynagogã ingreſſus accu-
buit. In ſynagoga, fratres, tunc accubuit, quando oc-
cubuit CHRISTVS: ſed corpus ſuũ Eccleſiæ trãſ-

miſit ad menſam, ut eſſet cæleſtis caro manducatu/
ris gentibus ad ſalutem. Niſi mãducaueritis carnem Ioã.6.
filii hominis,& biberitis eius ſanguinem, non habe/
bitis uitam in uobis. Quemadmodum autem man/
ducetur caro CHRISTI, quomodo bibatur & ſan/
guis eius, norunt illi qui ſunt ſacramentis cæleſtibus
inſtituti. Et ecce,inquit, mulier quæ erat in ciuitate
» peccatrix. Quæ mulier? Eccleſia ſine dubio. In ci
» uitate peccatrix. Ciuitate qua? illa de qua dixerat
» Propheta. Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fide Iſa.1.
lis Sion. Et alibi. Vidi iniquitatem,& contradictionẽ Pſal.54.
in ciuitate:& iniquitas,& labor in medio eius, & iniu
ſtitia:& non defecit de plateis eius uſura, & dolus. In
ciuitate ergo perfidiæ ſepta muris, ſuperbiæ turribus
cõmunita, diſtincta iniquitatum plateis, obſerata cõ
tradictionum portis, depicta doli fucis, indurata ſili/
cibus uſurarum, negotiorum doloribus aggrauata,
infamata lupanaribus, id eſt idolorum templis, mu/
lier hæc, id eſt Eccleſia, grauiſſimũ trahebat reatum
ex tanta præcedentium colluuie peccatorũ: ſed ubi
audiuit ueniſſe CHRISTVM ad domum Phariſæi,
id eſt ad ſynagogam, ibi, hoc eſt ad Iudaicũ paſcha
paſſionis ſuæ myſteria tradidiſſe, aperuiſſe ſui cor/
poris,& ſanguinis ſacramẽtum, manifeſtaſſe noſtræ
redemptionis arcanum, ſcribas uelut peſſimos deſpi
ciens ianitores (Væ uobis legisperitis qui tuliſtis Luc.11.
clauem ſcientiæ) irruptis contradictionum fori/
bus, contempto ipſo chori Phariſaici principatu,
ardens, anhelans, æſtuans, ad totum legalis conui/
uii penetrale peruenit: ibique repperit CHRI/
STVM inter amoris epulas,& dulcia pocula traditũ

Digitized by Google

Iudaicā occubuiſſe per fraudē: iuxta illud Prophetæ.
Pſal. 57. Quoniā ſi inimicus exprobraſſet mihi, ſupportaſſem
utiq;:& ſi is q oderat me ſuper me mala locutus fuiſ-
ſet, abſcondiſſem me utiq; ab eo: tu uero homo una
nimis, dux meus, et notus meus, qui mecū dulces ca-
pi ebas cibos, in domo Domini ambulauimus cum
» conſenſu. Vt cognouit accubuiſſe Dominum in do
» mo Phariſæi. Id eſt in Synagoga omni dolo, tota
fraude addictū, paſſum, cruci fixū, & ſepultū, tamen a
feruore fidei tanta iſta nō retardatur iniuria, ſed por
tat unguētū: portat Chriſtiāi chriſmatis oleū:& quia
CHRISTI faciē uidere nō meruit corporalē, ſtat re
tro non loco, ſed tēpore: inhæret eius ueſtigiis, ut ſe-
quatur:& iam deſiderii plus, quā conſcientiæ lachry-
mas fundit: ut quē abeuntē uidere nō meruit, merea
tur uidere redeuntē. Lachrymas ergo ad pedes Do-
mini profluo amore perfundit, dū pedes euāgelizan
tiū regnū eius bonorū operū manibus tenet: lauat la-
chrymis charitatis: confeſſionis labiis oſculatur:& to
tum miſericordiæ profundit unguentū: donec cōuer
ſus ad eā, quid eſt conuerſus? hoc eſt reuerſus, dicat
Simoni: dicat Phariſæis: dicat negātibus: dicat popu-
lo Iudæorū. Intraui domū ueſtrā: aquā pedibus meis
non dediſtis. Et hæc quādo dicet? quādo uenerit in
Mat. 25. maieſtate patris ſui: & ſegregabit iuſtos ab iniuſtis:
quaſi paſtor qui ſegregat oues ab hædis:& dicet. Eſu
riui:& non dediſtis mihi potum: hoſpes fui, et nō ſu-
ſcepiſtis me. Hoc eſt dicere, aquam pedibus meis nō
dediſtis: hæc autem dum meorū pedes lauat, pedes
ungit, pedes oſculatur, fecit ſeruis quod uos Domi-
no non feciſtis: fecit pedibus, quod capiti uos nega-

ſtis : impendit minimis, quod uos ueſtro denegaſtis auctori. Tunc dicet ad Eccleſiam. Dimittuntur tibi peccata multa, quia dilexiſti multũ. Quia tunc erit remiſſio peccatorũ, quãdo tolletur materia tota peccãdi: quãdo corruptio induet incorruptionem : quãdo mortalitas imortalitatem cõſequetur: quãdo peccati caro caro totius efficietur ſanctitatis: quãdo terrena ſeruitus cæleſti dominatione mutabitur: quando militia humana diuinum promouebitur ad regnũ. Orate fratres, ut et nos in parte Eccleſiæ cõſtituti ad ea quæ numerauimus peruenire mereamur : auctore ipſo CHRISTO cui eſt honor, et gloria una cum Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum: Amen.

DE PARABOLA ZIZANIORVM. SERMO. XCVI.

SI dicta, uel facta CHRISTI paſſim carnalibus ſenſibus ſubiicerẽtur, torpeſceret animus: mens uacaret: dormiret ingeniũ: cor tabeſceret: extingueret̃ qcqd
» humani uigoris eſt, et caloris. Propo- Mat. 13.
» ſuit, inqt, illis parabolã. Sicut in lapide friget ignis, latet ignis in ferro, ipſe tñ ignis ferri, ac lapidis colliſione flãmatur: ſic obſcurũ uerbũ uerbi, ac ſenſus collatione reſplendet. Certe ſi myſtica nõ eſſent, iter ĩfidelẽ fidelẽq;, inter impiũ atq; piũ, diſcretio nõ maneret: et eſſet deuotus, ſicut contumax: iners, ſicut qui laborat: peruigil, ut ille qui dormit: nunc uero cũ petit anima, mẽs pulſat, q̃rit ſenſus, ſperat pietas, fides exigit, meret̃ intentio, apparet et ſudantis fructus, et pœna deſidis, et iuſtitia largitoris ſimul: quia plus acce-

Digitized by Google

pta ſapiunt,q̄ poſſeſſa:inuēta magis,q̄ ſubiecta delec
tant.Hinc eſt ꝙ doctrinā ſuā CHRISTVS parabolis
uelat:tegit figuris:ſacramentis operit:reddit obſcu/
„ rā myſteriis. Propoſuit, īquit, illis parabolā. Illis:
hoc eſt nō ſuis,ſed extraneis:inimicis utiq;,non ami/
cis:ſpectātibus ad calumniā,nō audiētibus ad ſalutē.
„ Ideo in parabolis,inquit,loquor eis:quia uidētes nō
„ uident:et audientes nō audiunt,neq; ītelligunt.Qua/
re?quia qui calūniatur p̄terita,uidere p̄ſentia nō me
retur: neq; dignus eſt agnoſcere gratiā, qui legē ne
Luc.ii. cognoſceret abſcōdit. Væ uobis,inquit, legiſperitis,
quia tuliſtis clauē ſcientiæ:ipſi nō ītroiſtis: et eos qui
„ introibant prohibuiſtis. Propoſuit,inquit, illis para
„ bolā dicens.Simile eſt regnū cæloꝝ homini. Et qd
offendit CHRISTVS, ſi in ſimilitudinē hominū fa/
ctus eſt,ut pereunti humano generi ſubueniret? Scā
dalizat Dñs,ſi,ut manumittat ſeruos,inueniatur ī ha
bitu ſeruitutis? quādo quicqd eſt maieſtatis futuræ,
quicquid aduentus,et regni,ecce homini cōparatur.
„ Simile eſt, inquit, regnū cæloꝝ homini qui ſemina/
„ uit bonū ſemen in agro ſuo: cū autē dormirent ho/
„ mines,uenit inimicus eius, et ſupſeminauit zizania
„ in medio tritici:et abiit. Audiſtis quēadmodū ſator
mūdi reꝝ principia bona ſeuit:nec ullū malū ab ori
ginis proceſſit auctore: ab inimico ſuperſeminatum
eſt malū:malū non eſt a rerū parente procreatū. Et
Gen.1. uidit Deus,īquit,oīa q̄cunq; fecit,et ecce bona ualde.
Bona,et ualde bona: nam quē Deus faciens uocauit
mundū,inficiens reddidit inimicus immundū:et ho
minē quē Deus ī paradiſo deliciarū collocauit ad ui
tam,inimicus in hac laboris uita detraxit ad mortē:
& affectum quem carni Deus inſeruit per naturam,

Digitized by Google

inimicus in parricidium per inuidiam commutauit? Gen.4.
Cain probat hoc qui primus germano ſanguine terram tinxit:& i exitium fraternum mortis dignus extitit dedicator:ſic ex diſcordia nata mors ſemper humanam ſcindit,& ſeparat charitatem. Et quia longũ eſt ire per ſingula, uel paucis aperire compellimur, inimicus qualiter bonis mala, uirtutibus uitia, uitalibus mortalia, noſtram ſemper ſuperſeuerit ad ruinam. Nonne ex uno homine Deus omnem repleuit terram? et ſemine ex uno pius ſator totũ genus hominum tantam multiplicauit ad meſſem? ſed inimicus mox homines in unum redegit omnes: & ſuperſeminando mala quod bene ſatum fuerat deleuit diluuio, non rigauit. Sic legem diuinis, & ueracibus ſatam præceptis, humanis, & mẽdacibus fucauit inuentis:ut de ſacerdote fieret perſecutor:de doctore deprauator exiſteret:de defenſore legis redderetur inimicus. Sic creaturas ad agnitionem conditas creatoris ut neſciretur Deus Deos eſſe mentitus eſt. Hinc ſapientes ſæculi fecit ſtultos:ſpeculatores mũdi docuit nihil uidere : profeſſores ſcientiæ fecit ſcientiam non habere:inquiſitores rerum omnium dimiſit ignaros. Sic Euangelicam ſegetem ſatam cæleſti ſemine hæretica zizania ſuperſeminando confudit inimicus: ut manipulos fidei gehennæ faſciculos faceret, ne triticũ fieret cæleſtiũ horreorũ. Et quid plura? poſteaq̃ eſt ipſe in dæmonẽ cõuerſus ex Angelo, ne qua creatura ĩ ſuo ſtatu cõſiſteret, arte, dolis, machinis, fraude contendit. Sed iá pñtis parabolæ uerba pandamus. „ Simile eſt regnũ cælorũ homini. Cui? „ utiq; CHRISTO. Qui ſeminauit bonũ ſemẽ. Quia in ipſo rerum ſemine neſcit malũ cõditio creatoris.

In agro ſuo. Hoc eſt ĩ mũdo:dicẽte ipſo Dño. Ager hic mũdus eſt. Cũ aũt dormirẽt hoĩes. Id eſt ſancti patres,Patriarchæ,Prophetæ,Apoſtoli,Martyres, in ſopore mortis tẽporaliter dormientes,quia ſanctorꝝ mors ſomnus eſt:peccatorꝝ uero mors eſt,quia in inferno pœnæ uiuunt:uitæ pereũt peccatores. Veniẽs inimicus eius. Id eſt diabolus. Supſeminauit zizania. Superſeminauit,nõ ſeminauit.Præcedunt creatoris bona,mala diaboli poſt ſequunť:ut malũ quod eſt ex diabolo ſit accidens,non natura. Superſeminauit zizania in medio tritici. Quia diabolus hæreſes iter fideles, inter ſanctos peccatũ, inter pacificos lites,inter ſimplices dolos,inter innocentes nequitiã gratis ſerere conſueuit:nõ ut acquirat zizania, ſed ut triticũ perdat:nec ut reos capiat,ſed ut adimat innocentes.Hoſtis plus ducẽ,ꝗ militem petit:nec obſidet mortuos,ſed impugnat uiuentes:ſic diabolus nõ peccatores quærit capere quos poſſidet ſubiugatos, ſed ut iuſtos capiat ſic laborat. Superſeminauit zizania in medio tritici:& abiit. Quia diabolus impellit quĩdẽ uiribus ad ruinã, ſed poſtea ꝗ ꝓſtrauerit derelinquit: diabolus nõ quærit hominẽ,ſed hominis interitum ꝗrit. Fr̃es ille malis noſtris gaudet: ſurgit ruinis noſtris:nr̃is uulneribus cõualeſcit:noſtrũ ſanguinẽ ſitit: nr̃a ſaturať ex carne: noſtris uiuit ex mortibus. Diabolus hominẽ non uult habere,ſed perdere: quareť quia ad cælũ unde ille cecidit,nõ uult,nõ fert,nõ patitur hominẽ peruenire. Et quia nos ſermo trahit longius hodie,reliqua differamus:ut & cõem releuemus laborẽ, & quæ dicẽda ſunt plenius exequamur. Deus autem noſter et mihi dicendi gratiam, et uobis audiendi deſiderium donare dignetur.

Digitized by Google

DE EADEM. SERMO. XCVII.

QVia feſtinus antehac ſermo ut cõmu/
nem tẽperaret laborem, ad totũ para
bolæ prætereũtis nõ ualuit peruenire
ſecretũ:nunc reliqua Domino reuelã/
te pandamus. Propoſuit, inquit, illis Mat. 13.
parabolã,dicens.Simile eſt regnũ cælorũ homini,q
ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo:cum autem dor
mirent homines, uenit inimicus eius:& ſuperſemi/
nauit zizania ĩ medio tritici:& abiit. Cum autẽ dor
mirent homines:inſidiator in noctibus latitat:in die
bus uigilantes fugit:appetit dormientes: fortis con/
flictum petit:prouocat palã ſpectantibus omnibus:&
corã populis uult habere uictoriã:maximæ infirmi/
tatis indiciũ eſt dormientibus irruiſſe. Cũ autẽ dor
mirent homines,uenit inimicus eius. Malus nũq̃ nõ
ſtultus:quid hic egit inimicus? eſto quod dormierit
ſerui, nũquid & dñs dormiebat? eſto ꝗ oculos ſer/
uorum ſopor clauſerit poſt laborem, nunquid & do
minantis oculos ulla uicerat laſſitudo? inimice, lu/
cis refuga, uigilaſti,laboraſti,ſed non latuiſti:nã dor
mientibus ſeruis Dñs ipſe te uidet:deſertor cæli præ
uenisti,feciſti,ſed non profeciſti:Deo perire non po
teſt quod ipſe cuſtodit: fraudis auctor in Dñm nõ cõ
mittis, ſed in ſeruos, dum facis ut negligẽtiæ illorũ
quod tuæ fraudis eſt aſcribatur. Ille ille te uidet,qui
totius & fraudis teſtis eſt,& laboris.Manent ergo la/
boris ſui fructus benefacientẽ:manẽt & nequitiæ ſuæ
pœnæ fraudantẽ: illi triticũ ad horreum cæleſte por
tabunt,tu tibi zizaniorũ tuorum portabis faſciculos
ad gehẽnam. Cum autẽ dormirent homines,uenit

„ inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania. Vt quid? ut periret Dñica meſſis:& hoc ad lucrũ quid pertinebat inimici? niſi ꝙ inuidiæ ſpiritus hominũ damnũ ſuũ cõputat lucrum:& quod perierit hominibus, hoc ſe æſtimat acquiſiſſe; ſed diabolus hoc ideo, ut diximus, tenebris celantibus eſt molitus, ut adulteratæ meſſis noxa redũdaret ad ſeruos:& hinc pœnã ſumerent, unde ſperauerant palmã. Deniq; uigilantes ſerui præ timore iſta cur euenerint expaueſcunt: hoc metuentes, ne zizaniorũ germina ad illorũ redirent offenſam, quorũ conſcientia præter iactum boni ſeminis nil habebat: hinc eſt ꝙ auditũ ſui Dñi præueniunt, ne ſecuri de inocentia, reatum de ſilentio ſuſtinerent: cum uocatur innocens ad reatũ, dum purgari æſtuat, urget,& ſtimulat cognitorem. Cum autẽ
„ creuiſſet herba,& fructum feciſſet, tunc, inquit, apparuerunt & zizania. Quod latet i herba, manifeſtatur in ſpica:& quod celatur in gramine, aperitur in fructu: ſic quos credentes putamus pares, fide diſpares inuenimus: ſic iudicii prodit meſſis, quod Eccleſiæ
Mat. 7. germen occultat: iuxta illud dictum Dominicũ. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Flores multi multitudinem fructuum pollicentur, ſed examinati uentorum flabris ad fructum pauciſſimi perſeuerant: ſic credentes in CHRISTO multi Eccleſiæ uidentur in pace: ubi autẽ perſecutionis procella perflauerit, pauci martyrii reperiuntur in fructu: ſed Euphemia ſancta plus ſoluit in fructu, q̃ promiſit in flore: quæ manente uirginitatis flore, copioſum martyrii peruenit
„ ad fructum. Acceſſerunt, inquit, ſerui patris familias dicentes ei. Acceſſerunt, fratres, mente, non corpore; non loco, ſed fide: dixerunt nõ clamore uocis,

„ ſed cordis tacito cum dolore. Domine nonne bo-
„ num ſemen ſeminaſti in agro tuo? Seminaſti, non ſeminauimus: nos quod per te facimus, tibi ſemper noſtro aſſignamus auctori: & tu in iis, quæ nobis facieda præcipis, ipſe operator aſſiſtis: ergo ſi nos operis tui facis eſſe pro tua dignatione conſortes, nõ nobis ſolis quod zizania naſcuntur aſcribas: Domine, aut tecum nos munit innocentia: aut nobiſcũ te reatus attingit: nos noſtro operi non potuimus inuidere: magnis ſudoribus offenſam nõ potuimus nos parare: tu quod uis, unde uis, quando uis, habes: nos præter tuam gratiam nil habemus: per quam ſtamus: uiuimus: mouemur: & ſumus: & ſine qua iacemus: deſicimus: & perimus: ergo nos hæc nobis ſic laborauimus ut perirent? Sed quis hoc fecerit, qui ſolus non dormis nobis dormientibus tu uidiſti: & ſi tu uidiſti iuſte iudex (factum quis ſcit? ille qui uigilat, nõ ille qui dormit) ergo tu prode eum, ut nos quos ſic anxios conſpicis, facias ſic ſecuros. Ait Dominus: ini- Act. 17. ps. 120.
„ micus homo hoc fecit. Inimicus homo hoc fecit: & tu quare hoc cum uideres Domine permiſiſti? quare? quia timere fraudes non poteſt, cui nil poteſt deperire: & quia plus eſt myſtica diſcernere, q̃ prohibere myſteriũ: maius eſt reparare perdita, q̃ illæſa reſeruare: ſimul quia oportet zizania eſſe, ut qui pro- i. Cor. ii.
„ bati ſunt manifeſti fiant. Serui autem dixerunt ei.
„ Vis imus: & colligimus zizania? Sic deuoti ſerui indefeſſum promittunt laborem: nec patiuntur Dominicæ meſſis uidere uel tẽporaliter fœditatem: ſed Dominus quem tẽpora nõ fatigant, et quando uult poteſt abolere ſuæ meſſis iniuriam, uetat dicendo.
„ Non. Et quare prohibuerit mox reuelat. Ne forte

Digitized by Google

" colligentes zizania, eradiceetis ſimul cũ eis & triticũ.
Sic imperiti erãt cultores,ſic operis neſcii,ſic diſcre-
tionis ſcientiã non habentes,ut euellẽtes zizania era-
dicarent & triticũ? ubi ſunt prophetæ per Dei ſpiri-
Mat.16. tum prophetantes? ubi Petrus cui pater reuelat? ubi
Gal.2. Paulus in quo operatur, & loquitur CHRITVS? ubi
2.cor.13 oẽs Sancti,plane ſancti,ſed ſerui,tantũ ſcientes,quan
tum ſingulis ſcientiarũ largitor indulſit? Sed dicis:
hic occultũ nil erat,nil erat ibi occultũ, quãdo aliud
uidebatur in ſpecie , aliud habebatur ĩ flore: & quod
hodie erat zizania,cras ĩ triticũ uertebatur: ſic hodie
habetur hæreticus,qui craſtina fit fidelis:& qui ad p̃-
ſens peccator cernitur, ad futurũ iuſtus aſſiſtit. Hinc
eſt etiã quod auctor utraq; referebat ad meſſem, id
eſt uſq; ad iudiciũ diuinæ patiẽtiæ ſuæ,& noſtræ pœ-
nitẽtiæ tẽpus, ut qui ſe de malo cõmutarit ad bonũ,
Dominicũ deputetur ĩ triticũ cæleſtibus horreis ag-
gregandus:qui ſe de fideli fecerit infidelem,gehẽnæ
deputetur incendio. Et quid plura? ſi zizaniis nõ Dei
patientia ſubueniret,nec Matthæũ de publicano Euã
geliſtam,nec Paulũ de perſecutore Apoſtolũ Eccle-
ſia poſſideret.Deniq; Ananias eradicare triticũ tunc
Act.9. quærebat,quãdo ad Saulum miſſus de Paulo talia q̃-
rebatur:Dñe quãta mala fecit ſanctis tuis:hoc eſt,era
dica zizania:quid ad lupum ouis? quid ad contuma
cem deuotus? quid ad perſecutorẽ talis prædicator
miſſus? ſed cũ Ananias uideret Saulũ,Paulũ Domi-
nus tunc uidebat:cum Ananias perſecutorẽ diceret,
tũc Dñs prædicatorẽ ſciebat: & cum ille eum zizania
iudicaret inferni, CHRISTVS eum uas electionis,
triticum in cæleſti horreo iam ponebat.Vade,ĩquit,
quia uas electionis eſt mihi. Deſit fortaſſe quippiã.

De parabola

DE PARABOLA GRANI SINAPIS. SERMO. XCVIII.

AVdiſtis hodie fratres quemadmodũ
grano ſinapis tota regni cæleſtis com
parata eſt magnitudo: et quid ẽ ꝙ po
teſtatem tãtam, ſic parua, ſic minima,
immo minimorum minima ſimilitu
,, do concludit? ſic enim ait Dominus. Cui eſt ſimile Luc. 13.
,, regnum Dei? et cui ſimile æſtimabo illud? Cum di
cit, Cui eſt ſimile? quaſi quærentis indicat, et produ
cit affectum: et ille ſolus uerbum, ſcientiæ fons, dicen
di flumen, qui omnium corda rigat, ſenſus aperit, in
genium dilatat, in inuenienda ſimiludine nunc labo
,, rat? ſed quid inuenerit audiamus. Simile eſt, inqt,
,, regnum cælorum grano Sinapis. Quærens in cæ
lo, & in terra, nil inuenit niſi granum Sinapis, in quo
potentiam totam ſupernæ dominationis includat?
& illud regnũ ſingularitate potens, æternitate felix,
diuinitate fulgens, diffuſum toto cælo, tota terra di
latatum, in grani ſinapis coarctat, et concludit angu
,, ſtias? Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis.
Spes iſta eſt credẽtium tota? expectatio iſta eſt fide
lium ſumma? iſta eſt felicitas uirginum longis con
tinentiæ laboribus comparata? iſta eſt gloria mar
tyrum totius effuſione ſanguinis conquiſita? hoc eſt
quod nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor 1. Cor. 2
hominis aſcendit? hoc eſt quod ineffabili ſacramen
to diligentibus Deum promittit Apoſtolus eſſe præ
paratum? Fratres non facile Dominicis moueamur
in dictis: nam ſi infirmum Dei fortius ẽ hominibus, 1. Cor. 1
et ſtultum Dei ſapiẽtius eſt hominibus, hoc minimũ

Dei tota magnitudine mundi magnificentius inue/
nitur,ſi modo hoc granum ſinapis nos ſic noſtris ſe
minemus in mentibus,ut intelligentiæ magnam no
bis in arborem creſcat:et ſenſus altitudine tota leue
tur ad cælum:ac totos ſcientiarum diffundatur in ra
mos:atq; ita ora noſtra feruētia uiuido fructus ſui ſa
pore ſuccendat:et ita igne ſeminis ſui toto nobis ar/
deat,& flāmetur in pectore : atq; noſtræ ignorantiæ
totum nobis auferat ſua deguſtatione faſtidium: Si
» mile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod acce
» ptum homo miſit in hortum ſuum:et creuit:et factū
» eſt in arborem magnam:et uolucres cæli requieue/
» rūt in ramis eius. Grani ſinapis,ſicut dicit,inſtar eſt
regnum Dei,quod de ſupernis affertur uerbo:ſuſcipi
tur auditu:fide ſeritur:credulitate radicatur: ſpe cre/
ſcit:confeſſione diffunditur:uirtute tenditur,& dilata
tur in ramos:ad quos uocat aues cæli, ideſt ſpiritua/
les ſenſus,atq; in ipſis eas quieta ſuſcipit māſione.Ve
niat hæreticus,ueniat,quia redeūtibus Eccleſiæ ſem/
per pateſcit ingreſſus:ueniat,audiat,& pietati Domi/
nicæ iam deſinat oblatrare:ſi cæleſtis regni maieſtas
omnis ad grani ſinapis ſimilitudinem uenit; qd que
ritur,q̃ Deus ad hominem,dominus ſerui deſcendit
in formam? ſic.n.uenit hæretice,ut tibi totum per fi
dem creſceret,cui iam totum defecerat per naturā.
» Simile eſt regnum cælorum grano Sinapis. Sed Si
napis reuertamur ad granum: ſic tota regni ſumma
manet,et conſiſtit in regno cælorum : CHRISTVS
eſt regnum cælorum,qui uelut granum Sinapis in
hortum Virginei corporis miſſus , orbe toto crucis
in arborem creuit,ac tantum dedit fructus ſui ſapo/
rem cum teritur paſſione,ut quicquid eſt uitale ſuo

Digitized by Google

ſaporaret,et condiret attactu:nam ſicut in integri-
tate grani ſinapis,ſinapis uirtus habetur occulta, ap-
paret uero uirtus eius uehementiſſime ſi teratur: ita
CHRISTVS corpore teri uoluit; qui ſuam no-
luit latere uirtutem:et nos fratres teramus iſtud gra
num ſinapis,ut eius uim in hac ſimilitudine ſentia-
mus. CHRISTVS rex,quia tota ipſe eſt origo re
gnandi: CHRISTVS regnum,quia in ipſo eſt re
gni ſui tota maieſtas: CHRISTVS homo, quia
totus homo reparatur in CHRISTO: CHRI-
STVS granum ſinapis,unde magnitudo tota Dei,
tota hominis exiguitate minoratur: et quid plura?
omnia ipſe factus eſt, ut in ſe repararet omnes.
CHRISTVS homo accepit granum ſinapis,hoc
eſt regnum Dei accepit homo CHRISTVS,
quod habuit ſemper Deus CHRISTVS: miſit in
hortum ſuum ſponſam: huius horti ſæpe meminit
in Canticis Canticorum dicendo. Hortus clauſus: Cant.4.
hortus eſt Euangelii uomere orbe toto diffuſa cul-
tura:clauſus ſtimulis diſciplinæ: ab omni peſſimo
gramine Apoſtolico labore purgatus:fidelium plan
tariis, liliis Virginum, roſis Martyrum, Confeſſo-
rum uiriditate amœnus: flagrans floribus ſempi-
ternis:hoc itaque granum ſinapis in hortũ ſuũ miſit
CHRISTVS,ideſt promiſſione regni ſui, quod
radicatum eſt in Patriarchis: natum eſt in Prophe-
tis:creuit in Apoſtolis:in Eccleſia fecit arborem ma
gnam: multiplices dedit in donationibus ramos,
quos enumerat Apoſtolus, dicendo. Alii datus eſt i.Cor.12
ſermo ſapientiæ:alii uerbum ſcientiæ:alii cura ſani-
tatum:alii operatio uirtutum:alii prophetia: alii di-
ſcretio ſpiritũ:alii genera linguarũ. Audiſtis fratres

Digitized by Google

iſtud granum ſinapis in arborem quam prorupit:au
diſtis quas fundauit radices:audiſtis quales, quãtoſq;
ſe iam diffuderit,& ſecauerit in ramos:in quibus cæ-
li,non aeris aues,in pennis ſapientiæ, et prudẽtiæ uo
latu,fidei ſecuritate requieſcant:et tu audi, ſi uis ter-
renas beſtias non timere,ſi uis euitare aues rapaces,
uoraces uultures,hoc eſt aues aerias,quæ ſunt oẽs ne
quitiæ ſpirituales,eleuare a terra:terrena deſere : ſu-
Pſal.67. me alas columbæ propheticæ deargentatas:ſume pẽ
nas diuini ſolis fulgore radiatas:euola in ſpecie auri:
ut in tantis,& talibus ramis iam nullis laqueis atten-
tanda requieſcas ſemper,et de uolatu tali ualida ; &
de tanta manſione ſecura . De ſimilitudine ſequenti
ſequenti uerbo,Dño docente,declarabimus.

DE PARABOLA FERMENTI. SERMO.XCIX.

BEne cucurrit hodiernæ ſeries lectio-
nis,ut Euangelica mulier , mater no-
ſtra acciperet a Domino fermentum,
per quod nobis hodie hoc templũ tã-
tam ſanctitatis erigeretur, & ſurgeret
Luc.13 „ in maſſam:ſic.n.cœpit Dominus. Cui ſimile æſtima
„ bo regnum dei ? ſimile eſt fermẽto,quod acceptum
„ mulier abſcondit in farinæ mẽſuris tribus,donec fer
„ mentatum eſt totum. Bonus Dominus,amator ſuo
rũ CHRISTVS,regni ſui ſimilitudines iterat,uariat
comparationes,quas non de occulto ſumit , non ca-
ptat de cæleſtibus,ſed p̄fert de cotidiano uſu,de com
muni conuerſatione proponit , ut ad omne genus
hominum perueniat, quod eſt omnibus profuturũ:

iuxta illud Prophetæ: Audite hæc omnes gentes: au/ Pſal.48.
ribus percipite omnes qui habitatis orbem: quiq; ter
rigenæ, & filii hominum, ſimul diues, et pau/
per. Si quid de Diuinitatis occulto, ſi quid de ſecreto
regali, ſi quid de penetralibus diuitū afferret in me/
dium, hoc neſciret pauper: non caperet mediocritas:
notum ſimplicitas non haberet: nunc uero loquitur
nota diuiti: uſitata pauperi: omnibus uitæ ipſius ne/
ceſſitate uernacula, quia homo in dei uocatione quæ
ritur, non diſcernitur in eius uocatione perſona: ſed
» lectam ſimilitudinem replicemus. Cui ſimile, inqt,
» æſtimabo regnum Dei? Sic dicendo appendit ani/
mos auditorum, et attonitos reddit ſtupore toto, qd
regno Dei, quid imperio diuino ualeat comparari:
atq; illis mente per multa, & magna peruagantibus,
cæli Dominus in hoſpitio pauperis, in manu panicoc
tariæ mulieris regni ſui inuenit, & format exem/
» plum, dicendo. Simile eſt fermento, quod acceptū
» mulier abſcondit in farinæ menſuris tribus, donec
» fermentatum eſt totum. Ante regnum ſuum gra/
no Sinapis comparabat, nunc illud efficit ſimile fer/
mento: ante Sinapis granum memorat accepiſſe ui/
rum, mulierem nunc aſſerit accepiſſe fermentum: di
cit ante exiguum ſemen uirum ſeuiſſe in magnæ ar
boris incrementum, mulierem modo fermentum
breue ad profectum totius maſſæ abſcondiſſe mani
feſtat: uere, ſicut dixit Apoſtolus Paulus, Neq; uir ſi/ 1.Cor.ii
ne muliere, neq; mulier ſine uiro in Domino. Ad
unum regnum diuerſum ſexū uaria ſimilitudo per/
ducit: neq; uirum ſeparat a muliere uocatio Chriſtia
na, quos Deus coniungit: natura ſociat: & mira ſimi/
litudine ſimiles reddit habitus: forma componit: et

facit Deus,ut ſit homo unus,duo:duo,unus:alter , ip-
ſe homo in copula coniugali:ne ſit aut ſingularitas
deſtituta,aut confuſa coniunctio.Sed quare has ſimi
litudines regni ſui Dominus per uirum producit , et
fœminam? quare maieſtatem tantam tam uilibus,
tam diſparibus format exemplis? Fratres pretioſum
latet in hac uilitate myſterium , dicente Apoſtolo.
Eph.5. Myſterium hoc magnũ eſt:ego autẽ dico in CHRI-
STO,& in Eccleſia : comparationibus iſtis humani
generis negotium geritur principale : per uirum , et
mulierem mundi cauſa ſæculis tractata finitur. Adã
Gen.3. primus homo,mulier prima Eua ab arbore ſcientiæ
boni,& mali,ad Euangelici ſinapis arborem dedu-
cuntur,ut oculos quos illecebroſa arbor aperiendo
clauſerat,Sinapis arbor grani ſui collyrio, et acritu-
dine ipſa dum claudit,aperiret:ut ora quæ ueneno-
ſæ arboris guſtus infecerat,ſalutaris arbor flammeo
guſtus ſui ſapore ſanaret : et iſta arbor igneo paſtu
ſuo conſcientiam toto cõuerſationis ſuæ ardore ſuc
cenderet,quam frigidam illa toto iam rigore perfe
cerat.Neq; hic iam uel alget , uel confunditur nudi-
tas,ubi hominem totum tegit uenia: fidei facit cale-
re ueſtitus:ſed hoc per granum ſinapis quod accepe-
rat uir,confertur fœminæ. Quid uero per fermentũ,
quod accepit mulier conferatur homini,ſollicitius
" perſcrutemur. Simile eſt, inquit , regnum Dei fer-
" mento,quod acceptum mulier abſcondit in farinæ
" menſuris tribus. Res de uſu geritur:uir in agro ſi-
napis arborem ſerit,domi mulier fermentum pro-
curat,et panes præparat alimoniæ, quia uirum foris
expectat labor:intus mulierem domeſtica cura con
Gen.18. ſtringit:hinc eſt ꝙ Sara ſterilis,& anus ex iſta præpa

Digitized by Google

ratione fermenti,& ex tribus menſuris,tres ſubcine-
ritios panes Dominicæ hoſpitalitati offert, myſtico
et apponit obſequio,ut ſterilitas mundi tota ſenectu
te concluſa,in menſuris tribus, hoc eſt in æqualita-
te Patris,et Filii,et Spiritus ſancti, fermentum fidei
collocaret:et Domino ſuo tres panes poneret con-
feſſione Trinitatis: atque pro munere hoc totum
Chriſtiani germinis fœcūdaretur ad prolē: ſed ad
propoſita redeamus.Mulier accepit a Deo fermen-
tum fidei,quæ acceperat a diabolo perfidiæ fermen
tum:abſcondit in menſuris tribus, hoc eſt in tribus
hominum temporibus:quod eſt ab Adam uſque ad
Noe:a Noe uſq; ad Moyſen: a Moyſe uſq; ad CHRI-
STVM: ut mulier quæ corruperat fermento mortis
in Adam totam maſſam generis humani, fermento
reſurrectionis totam carnis noſtræ maſſam redinte
graret in CHRISTO: ut mulier quæ cōfecerat panē
gemitus,& ſudoris,panem uitæ coqueret, & ſalutis:
& eſſet omnium uiuentium mater uera per CHRI-
STVM,quæ erat in Adam mater omnium mortuo-
rum.Ob hoc namq; CHRISTVS naſci uoluit, ut ſi-
cut per Euā uenit ad oēs mors,ita per MARIAM re
diret omnibus uita:quæ MARIA huius fermenti im
plet typum,ſimilitudinem præfert, cōſignat figurā,
dum de ſupernis ſuſcipit fermentum Verbi:et huma
nam carnē in aluo Virginis,immo in alueo Virginis
cæleſtem totam conſperſit in maſſam:ſed quid alle-
gorici ſenſus in hac ſimilitudine maneat iam proda
mus.Mulier quæ accepit fermentum Eccleſia eſt:fer
mentū qđ accepit,cæleſtis doctrinæ eſt ſacramentū:
menſuræ tres in quibus perhibetur abſcondiſſe fer-
mentum,lex,Prophetæ,Euangelia, ubi diuinus ſen-

Digitized by Google

ſus myſtico abſconditur,et celatur in Verbo, ut fide
lem non lateat,lateat infidelem.Quod autem dixit:
„ Donec fermẽtatum eſt totum. Illud eſt quod Apo
i.Cor.13 ſtolus dicit.Ex parte ſcimus,et ex parte ꝓphetamus:
cum autem uenerit quod perfectum eſt, ceſſabunt
quæ ex parte ſunt.In conſparſione ſcientia nunc di/
uina eſt:aſpergit ſenſus:leuat corda:incrementat in/
genia:et doctrinarum more ad ſapientiæ cæleſtis di
latat,ſuſcitat,diffundit augmentum:fermentat̃ totũ
qñ adueniente CHRISTO. Deeſt finis.

DE SYROPHOENISSA, SIVE CA/NANAEA. SERMO. C.

HOdie beatus Marcus cum Syrophœ/
niſſæ mulieris cõmendat prudentiã,
fidem refert,credulitatis extollit ardo
rem,ſollicitis auditoribus non paruã
Mar.7.„ generat quæſtionem:dicendo. Et in/
„ de ſurgens Dominus abiit in partes Tyri,et Sidonis:
„ et ingreſſus domum,neminem ſcire uoluit,et nõ po
„ tuit latere. Voluit,et non potuit:uelle, et non poſſe,
non eſt diuinæ maieſtatis,eſt infirmitatis humanæ:
ps.134. ſcriptum eſt.n.Omnia quæcunq; uoluit Dominus fe
cit in cælo,et in terra,in mari,et in omnibus abyſſis:
Rom.9. et Apl's.Voluntati eius quis reſiſtit? Succũbit neceſſi
tati quæ non eſt libera,et abſoluta uoluntas. Lepro/
Mat.8. ſus dicit ad Dñm.Si uis potes me mundare:et Euan/
geliſta dicit.Voluit,et non potuit:quid ait btũs Mar/
cus? Nunquid extollenda ita eſt mulieris fides,ut in
clinetur Domini poſſibilitas,& uoluntas? aut eſt tan
ta ſagacitas fidei,ut nolente Deo diuinum ualeat in/

ueſtigare ſecretum? tale mihi uidetur et illud eſſe, cum Dominus Hæmorrhoiſſæ fidem in ſuæ uirtutis uult prodere, ac probare documento, interrogãdo: Quis me tetigit? cui Diſcipuli dicunt: Turbæ te com- Mat. 5.
primunt, et dicis, quis me tetigit? Diſcipulis uidebatur, ꝙ omnes tangerent Dominum ſolo corpore cõprimentes: et tali carnali inceſſu omnes ſimiliter iungerentur: ſimiliter ille, qui aliter ſenſerat, & aliter inquirebat, perueniſſe mulierem ad maieſtatem ſuã, ad ſuam penetraſſe uirtutem mente, non corpore, non cõmuni tactu, ſed fide, iſta ſciebat: unde clamat non homo, ſed Deus: non caro, ſed ſpiritus: Quis me tetigit? ut eum proderet uirtus operis, quem tunc humanitas occultabat: ſed quid ſit, uoluit, et quid ſit, non potuit, euidẽtius inquiramus. Promiſſionis ſuæ memor CHRISTVS Iſraelitici populi primũ uene-
rat ad ſalutem, ut quod Abrahæ promiſerat, et ſemi Gen. 22.
ni eius, Dauid, eiuſq; poſteris, fidele redderet perſolu ps. 131.
tum: ſed quia indignos ſe ſua perfidia præſtiterunt, obtinuit, rapuit, traxit fides gentium, quod infidelitas ſpreuit, et perdidit Iudæorum: audi ipſum dicentẽ. Nõ ſum miſſus niſi ad oues perditas domus iſrael: Mat. 15.
ſed oues luporum cõtagione iam rabidæ, et ipſis beſtiis propria feritate ſæuiores, laniare, et uiolare ſuũ ſemper uoluere paſtorem: atq; ideo uelle ſuũ CHRISTVS implere non poterat, non impoſſibilitate ſua, ſed nequitia perditorũ: et quod aliis detulerat, aliis
conferre cogebatur, dicẽte ipſo. Regnum cælorum Mat. 11.
uim patitur: et qui uim faciunt diripiunt illud. Vim fecit fides gentium, ut raperet hæreditatem patris: ipſam hæreditatem totam diriperet filiorum: ſicut
„ euidentius præſenti lectione monſtratur. Mulier

Digitized by Google

„ enim ſtatim ut audiuit de eo, cuius habebat filia ſpi-
„ ritum immundum, intrauit, et procidit ante pedes
„ eius: erat autem gentilis Syrophœniſſa genere:& ro
„ gabat eum, ut dæmonium eiiceret de filia eius: qui
„ dixit illi: Sine prius ſatiari filios: non enim eſt bonũ
„ tollere panem filiorum, et mittere canibus. Non di
xit, non eſt bonum mittere canibus, ſed non eſt bo-
num tollere filiis, et mittere canibus: quia dare pa-
nem canibus, et ſi humanitatis non eſt, humanæ ta-
men eſt rationis. Canis dormientibus dominis no-
cte et cuſtos, et peruigil, prodit extraneũ, turbat fu-
rem, occurrit latroni, ut curam releuet, et ſollicitudi
nem ſeruulorum. Verumtamen quomodo tulit pa-
nem filiis, quibus totiens, & taliter obtulit? tribuit?
ingeſſit? ſed illi oblatum, conculcare ad ſcelus, non
ad uitam ſumere ſunt conati: et tamen cõminutum,
et conculcatum à filiis, canis tota fide, toto deſiderio
„ lambere feſtinauit. Hinc eſt ꝙ ſic reſpondit. Vtique
„ Domine: nam et catelli ſub menſa comedunt de mi
„ cis puerorum. Merito quæ ſe canem confeſſa eſt, in
hominem commutatur: et iuſte conuertuntur in ca-
nes, qui ſe filios eſſe noluerunt: merito adoptatur in
filiã leuatur, honoratur ad menſam, quæ ſe ſub
menſa laudabili, et prouida humilitate deiecit:
iuſte toto nunc epulatur micas ex pane, quæ
ſuis meritis ſe intellexit, et confeſſa eſt
uix mereri. Et quid plura? Hinc eſt ꝙ
propter iuſtitiam ſuam Domi
nus, nec Iudæis dare po
tuit, nec gentibus
denegare.

Deeſt aliquid.

IN ILLVD LVCAE, NOLITE TIMERE EOS QVI OCCIDVNT CORPVS, ETC. DEQ. MORTE CONTEMNENDA. SERMO. CI.

AVdiſtis fratres quemadmodum mili-
tes ſuos CHRISTVS regia exhor
tatione compellat, ut deſpectu mor-
tis interfectores corporis non paue-
ſcant: denique eos in amicorum iura
tranſcribit, qui ſtudio triumphi, qui amore liberta
tis, ſanguinem cum gaudio, & ſine trepidatione fu
» derint: ſic enim ait. Vobis autem dico amicis meis Luc. 12.
» ne terreamini ab his qui occidūt corpus, et poſt hæc
» non habent amplius quid faciant: oſtendam autem
» uobis quem timeatis: timete eū qui poſtq̃ occiderit,
» habet poteſtatem mittere in gehennam. Vobis aūt
dico amicis meis ne terreamini: quia libertatem pro
bat uirtus, metus indicat ſeruitutem: nā liber ad glo
riam, ſeruus natus eſt ad timorē: merito ergo ad Dei
amicitias ſublimatur, qui propter Deū humanas de-
ſpicit mortes: neſcit timores. Si amicos morū facit
imitatio, morū ſimilitudo cōiungit, cōuenienter eos
amicos uocat CHRISTVS, quos imitatione ſua mū
di iacula, et ipſam mortis formidinē cōſpicit, & ꝓui-
» det calcaturos. Vobis aūt dico: ideſt non oībus, ſed
» amicis. Vobis aūt dico. quos mors abſoluit iſta, nō
» finit. Vobis dico. Quos corporis reſolutio ꝓmouet
» ad melius, nō trāſducit ad pœnā. Vobis dico. qbus
» morte uita ĩchoat, nō finit. Vobis dico. Quoꝝ mors
ꝑtioſa fit nō ſui qualitate, ſed cā: dū uitæ magis lucra
ĩuenit, q̃ uitæ ꝑdat uſurā: ſed audiamus qd dicat ami

»cis ſuis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus. Audiant qui de bono mortis ueterum uetuſta uolumina detriuerunt, nihil tamen inde capere uirtutis, aut conſolationis aliquid inuenire ualuerunt: quia et ſi totis eloquentiæ uiribus ad tolerantiam mortis armarunt animos, ſiccarunt lachrymas, ſuſpiria ſuſtulerunt, negaueruut gemitus, incluſerunt dolores, nihil tamẽ aut de ſpe certa, aut de perpetua uita, aut de uera ſuis lectoribus ſalute conquiſierunt: quis homini, quis ſapienti dicat? mori naturæ eſt: neceſſe eſt deperire: nobis uixerunt ueteres, uiuimus nos futuris: nemo ſibi: quod non poteſt tolli uelle uirtutis eſt: ſuſcipe uoluntarius ad quod urgeris inuitus: mors antequam ueniat non eſt, cum autem uenerit, ueniſſe neſcitur: nec ergo amiſiſſe te doleas, quod cum amiſeris non dolebis: ſed hæc talia cũ dixerint, dicunt totum de ſententia, non de uita, quia unde, & quãdo, et quomodo tibi, et per quem mors uenerit neſcierunt: nobis autem auctor uitæ prodidit mortis auctorem: Deus namq; uitam fecit, Diabolus machinatus eſt in uitam: diuino eloquio ſic pro-

Sap. 1. dente: Deus mortem non fecit: inuidia autem Dia-

Sap. 2. boli mors introiuit in orbem terrarum. Sed dicis, quare Deus opere Diaboli opus ſuum paſſus eſt deperire? O homo, ſi interrogata ſcire uelles, uacares paululum, dares animum, aperires aures, ut negotium principale arbiter ipſe tu tam curioſus agnoſceres: ſed tu occupatus aliis ſemper, tibi nunquam, quare neſcias rerum cauſas, negotia tota ſæculorũ, iudiciorum profundum, & impenetrabile ſecretum, deſes, & otioſus accuſas: nonne ut apices literarum, ut elementa cognoſceres, addictus magiſtro, ſcholis

affixus, totus patiens laboris,& pœnæ, nec domũ no
ueras,nec parentes? quam utile tibi eſt ad quod tibi
magiſter addicit:ingeritur ſchola:et tibi pœnis tuis,
labore ſuo doctor ſupplicat,ut iſta uelis ſcire:ut talia,
et tanta digneris audire:probãt hoc Apoſtoli, et ma
xime Paulus,qui uapulando docuit,non cædendo,ut
eximius magiſter quot ſunt homini mores, tot fer/
ret,et exciperet paſſiones:et nos eia in pũcto tempo/
ris rerum principia,cauſas ſæculi dicamus,quia iube
mur:et quomodo nos iubemur? et tu audis nõ quo/
modo debes:& nos iſta ſeruitus,neceſſitas talis excu/
ſat:te libertas tanta,uoluntas talis,indubitanter accu
ſat:quod dicimus,officii noſtri eſt:quod minus dici/
mus,eſt faſtidii tui.Quæris homo, cur non mortem
Deus mox cum ipſo extinxit auctore,et lethale uirus
ſua prouidentia tunc nõ prouidit,ne ad totius orbis,
et præcipue ad ſuæ imaginis perniciem perueniret?
Cælum quod tu uides homo firmatũ aere toto, por
tat aquas multas,nec portatur ab aliquo ipſum,quia
ſola illud appendit iuſſio:ſola ſuſtinet uis præcepti:
diuino eloquio ſic prodente. Qui extendit cælum ſi/ p̃s. 103.
cut pellem:qui tegit in aquis ſuperiora eius. Terra
quæ tanto calcatur pondere,atq; onere montium,ac
mole ſolidatur,ſupernatat liquido fundamento: di/
cente Propheta:Qui fundauit terram ſuper aquas: ut p̃s. 135.
quod ſtat mandati ſit,non naturæ.Ipſe,inquit, dixit, p̃s. 148.
& facta ſunt:ipſe mãdauit,& creata ſunt:ut qđ ſtat,ſit
diuini operis, non rõnis humanæ.Mare q̃ tanto cõ/
motionis ſuæ uertice fertur,& eleuatur ad nubes, fre
nant tenues arenæ:ut uideamus poteſtatem non pul
ueri cedere,ſed p̃cepto.Omnia quæ in eis ſunt, mo/
uentur,ac uiuũt ſolo iuſſu facta,iterum ſola iuſſione

Digitized by Google

Ps. 101. ſoluenda confirmat Propheta:cũ dicit. Initio tu do/
mine terram fundaſti:& opera manuum tuarũ ſunt
cæli:ipſi peribunt,tu autem permanebis: & omnes ſi
cut ueſtimentum ueteraſcent:& uelut opertoriũ mu
tabis eos:et mutabuntur:mutabuntur quomodo? ut
tempori uetuſtas,non creatori pereat creatura. Sed
tu iam nos quicunq; quæris,euagatus es, dicis: quia
cum tu quæris,quare Deus mortem in deſtructionẽ
ſui plaſmatis permiſerit permanere,nos cælum,ter/
ram,mare ex nihilo facta,et ſoluenda iterum ex ni/
hilo longo ſermone deſcripſimus,tibi magis,ac ma
gis diſquirendi materiam conquiſiuimus:dicis, ego
quæſiui cur homo pereat,tu et ipſa elementa peritu/
ra firmaſti,ut de generalitate pereundi ſolatium,nõ
quærerem de ratione,feſſis mortalium ſenſibus proui
deres:quaſi non doloris ſit perire cælum: ſolui ter/
ram:et totam rerum faciem iure mortalitatis abole
ri. Dicis,rogo quid pulchrius cælo? quid ſplendidius
ſole? quid ornatius ſtellis? quid luna gratius? quid
ſalubrius terra? quid utilius mari? aut quæ in iſtis
uetuſtas? quæ ſicut nata, uel facta ſunt perſeuerant:
q̃ utiq; gratius eſſet iſta ſtare,q̃ perdere. Homo for/
ſitan eſſet iucundius,ſed non utilius:nam iſtis ſtanti/
bus tu mutaſti:iſtis lucentibus cæcatus es, ne uideres:
cæli claritas ſtupefecit ſenſus tuos: oculos tuos ſol
ſplendore cæcauit:nam decore deceptus horum, ho
rum opificem tu negaſti:iſtos rectores mundi, iſtos
cõfeſſus es Deos,quos tuæ Deus uerus ſubiecerat ſer/
uituti:neceſſe eſt ergo ſolui cuncta,nouari omnia,ut
uel tunc facta credas,cum uideris eſſe reparata. Nec
nos æſtimes euagatos,quos in argumentum tuæ in/
telligentiæ totam percurriſſe conſpicis creaturam:

Digitized by Google

Homo quando te auctor tuus fecit ex puluere, non uidiſti:nam ſi te uidiſſes factum, nunquam te moriturum ſic defleuiſſes:uidiſti te perfectum, uidiſti te uiuētem,uidiſti te decorum,auctori tuo te ſimilem iam uidiſti:unde eſſes,qualis eſſes, quia nec naſcentem,nec moriētem uideras,neſciebas:hinc eſt ꝙ naturæ dediſti totum:tibi te:Deo nihil:propterea Deus per naturam redegit te,permiſit ex nihilo in puluerem reuocari,ut quid fueris ſic uideas, & reſurrecturus agas gratias,qui factus,qui creatus ingratiſſimus extitiſti.Non timeamus ergo fratres, ſicut dixit Dominus,eos qui occidunt corpus, quia iſtam uitā non perimunt,ſed deſtruunt, dum de temporali faciunt ſempiternam:quid plura fratres? permiſit tunc mori, qui poterat ſuſcitare: qui uiuificare ſufficit, permiſit occidi: cui eſt honor, et gloria in ſæcula. Amen.

DE CENTVRIONE. SERMO. CII.

CHRISTVS in corpore noſtro manens ꝙ omnes non ſuſcitauit mortuos,omnes non ſanauit ægrotos, credamus hoc non poteſtati defuiſſe,ſed tempori. Tūc orbem totum toto uirtutis ſuæ fulgore radiaſſet: et ſuſtuliſſet tempus fidei: & nihil ſecūdi aduentus ſui reſeruaſſet ad gloriam. Nunc uero ſic uirtutum ſuarum temperauit inſignia, ut et diuinitatis ſuæ manifeſtaret indicium: et credendi documentum

Digitized by Google

pleniſſimum largiretur,& excuſationem callidæ infi
delitatis auferret,ſicut hodie Centurio,cuius Euange
Luc.7. liſta Lucas meminit,fide ſua,prouidentiaq; monſtra
„ uit. Centurionis,ait,cuiuſdam ſeruus male habens
„ moriebatur,qui illi erat pretioſus. Centurio hic Ro
manus erat: ſed plus erat hic ipſe fructu centeſimo
chriſtianus:Et Deo magis militabat iſte,q̃ ſæculo: et
in humano bello fortis, fortior ĩ diuinæ pacis cuſto
„ dia pmanebat. Cuius ſeruus male habēs moriebat̃,
„ qui illi pretioſus erat. Seruus erat, qui pretio taxa/
batur. Quæramus ergo quis eſt iſte ſeruus, qui illi
erat pretioſus.Si dominatur anima,corpus ſeruit: &
homini nil corpore pretioſius.Hic ſeruus Centurio/
nis iſtius pretioſus infirmabatur ad mortem: ergo
Centurio rogabat,ut CHRISTVS ſolus mortali cor
„ pori largiendo uitam perpetem ſubueniret. Cū au/
„ diſſet,inquit,de IESV,miſit ad eum ſeniores Iudæo
„ rum. Gentilis Iudæos ad CHRISTVM mittit: et in
lege poſitis qui ſine lege erat legis demōſtrat aucto
rem.Nemo ergo miretur ſi gentilis,hoc eſt Chriſtia
nus,aut uocat,aut ducit,aut pducit ad CHRISTVM.
„ Miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogās eum ut ue/
„ niret,et ſaluaret ſeruum eius: at illi cū ueniſſent ad
„ IESVM, rogabāt eum ſollicite,dicentes: Dignus eſt
„ ut hoc illi præſtes: diligit.n.gentem noſtram: & ſy/
„ nagogam ipſe ædificauit nobis. Iudæi rogāt pro gē
tili,qui pro ſe non rogant: et agunt ſatis pro ſalute
alieni ſerui,qui pro ſalute ſuorum nihil agunt filio/
„ rum: aiunt: Dignus eſt ut hoc illi præſtes. Si dignus
eſt q audit,credit,mittit ad CHRISTVM: ad CHRI
TVM qui uenit,uidet,et non credit, quam probatur
„ indignus? Diligit.n.gentem noſtrā. Ille diligit gē/
tem ueſtrā,

tem ueſtram, quam ſic CHRISTO ſupplicem facit: ſed uos odiſtis eam; quã ſic CHRISTO redditis contumacem. Aut quomodo Chriſtianus nõ diligit gẽtem ueſtrã, qui dum CHRISTVM fatetur ex gente ueſtra, quicquid ueſtræ gentis eſt, cæleſtẽ tollit, & extollit ad gloriã? Diligit.n.gentẽ noſtrã:& ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Audiſtis quia ſemper diruta eſt Synagoga, & iacet iugiter in cœmẽtis, nec cæleſtẽ ſurgit in fabricã, niſi eam i Eccleſiæ culmen Chriſtianus fabricator inſtruxerit. IESVS, inquit, ibat cum illis. Sed illi non ibant cum IESV, cũ quo mente nõ ibant: nec cum illo erant, qui ſeiuncti corde, corpore uidebantur adiuncti. Et cũ iam non lõgẽ eſſet. A quo? a gentili: quantũ iudæi ſe ſeiungebant a CHRISTO, CHRITVS tantum gentibus iũgebatur. Et cũ longe iã non eſſet, miſit ad eũ Centurio amicos. Qui ante miſerat Iudæos, nunc amicos mittit: ut Iudæos ſic dicendo indicet inimicos: probante hoc Apoſtolo, cum dicit. Inimici propter uos. Iudæi dum credidiſſe gentes inuident, quicquid erat & legis, & gratiæ perdiderunt. Miſit ad eũ amicos. Audi ad Apoſtolos Dominũ dicentẽ. Iã nõ dicam uos ſeruos, ſed amicos. Sicut fides ſeruos promouet in amicos, ita perfidia filios in pœnalẽ redigit ſeruitutẽ. Miſit ad eum amicos dicens: Dñe noli uexari. Quare? Quia non ſum dignus ut intres ſub tectum meũ. Videtis quia CHRISTVS ducebat magis Iudæos, q̃ adduceretur a Iudæis, ut audirent eſſe penes Centurionẽ diuinitatis reuerentiam: penes Gentilẽ legis cultum: penes militẽ ſtipẽdium gratiæ: penes Romanũ fidei doctrinã: in frigore pagano Chriſtianũ calorẽ: in terreno pectore cæleſte

Rom.ii.

Ioã.15.

Digitized by Google

ſecretum, et notitiam totam dominationis ſupernæ
„ i tota ſæculi ſeruitute. Domine noli te uexare. Hoc
eſt dicere, Deus quid te uexas humano in corpore?
quid te conficis labore terreno? et uiæ longitudine
te fatigas? quid peregrinaris locis qui es ubiq; totus?
„ atq; intra te totā tenes, et poſſides creaturā? Domi-
„ ne noli te uexare, non ſum dignus ut intres ſub tectū
„ meū. Fratres, quod eſt tectum quod hominē aut di
gnū facit, aut reddit indignū? quod diuinū inuitet,
aut repellat acceſſum? Fratres, hoc tectū corpus eſt,
quod tegit animam: quod operit ſenſum ſpūs: quod
cordis domiciliū uelat: quod libertatē mentis a cæ-
leſti uiſione ſecludit. Sub hoc ergo tecto Centurio i-
dignum ducit intrare CHRISTVM, hoc eſt, in cor-
„ pus humanū diuinā ſuccedere maieſtatē. Non ſum
„ dignus ut intres ſub tectū meū. Sed Deus qui quod
humanum eſt cum uult facit eſſe diuinum, et quod
noſtræ carnis eſt cum dignatur ſuum commutat in
ſpiritum, nec habitare carnē, nec tectum noſtri cor-
„ poris dedignatur intrare. Propter quod, inquit, et
„ me ipſum indignum arbitratus ſum uenire ad te.
Hoc eſt utrūq; deuoti: quia & ad ſe Deum uenire in-
dignum ducit: & ſe accedere ad eum ſcit eſſe non di-
gnum. Quis intrat ad iudicem non uocatus? quis nō
iuſſus ingreditur ad regem? quanto magis ad Deū
Rom. 8. non uenit quis non uocatus? Quos uocauit, inquit,
eos & iuſtificauit. Centurio ergo non refugit aduen
tum Domini, CHRISTI præſentiam nō recuſat, ſed
agit, ut uocantis ſit gratia, non ſit temeritas præſu-
mentis. Nam Deus quid poſſit, humano ſuggerit, &

» informat exẽplo, dicendo. Nam & ego homo ſum
» ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: &
» dico huic uade, & uadit: & alii ueni, & uenit: & ſeruo
meo, fac hoc, & facit. Hoc eſt: ſi ego q ſum ſub pote-
ſtate conſtitutus, imperio uerbi ſolo facio mihi pa-
rere ſubiectos: quomodo tu qui nulli ſubiaces, & cu-
ius omnia ſubiacent poteſtati, uerbo non potes iubẽ
te curare? ſanitatem mittere? mãdare uirtutes? aut
uerbo reficere non potes, quod uerbo feciſti? Dixit, ps. 148.
inquit, et facta ſunt, mandauit, et creata ſũt: aut ali-
quid ex aliquo reparare non ſufficis, cuncta ex nihilo
» qui paraſti? Dic ergo uerbo, et ſanabit' puer meus.
Impleuit illud, quod Propheta de Deo cecinit. Miſit ps. 103.
uerbum ſuum, et ſanauit eos: et eripuit eos de corru
» ptela corũ. Fratres Centurio iſte dicendo. Non ſum
» dignus ut intres ſub tectum meum. Chriſtiani po-
puli gerit figuram, qui CHRISTI præſentiam cor-
poralem ſe iudicat non mereri: ſed ſolo uerbo, nun-
tio, auditu fidei tantum, totas Domini audit, credit,
» reſpicit, in ſua ſanitate uirtutes. Nam ꝙ dicit. Dico
» huic uade, et uadit: et alii ueni, et uenit: et ſeruo meo
» fac hoc, et facit. Iudæoru m repulſam, uocationem
gentiũ, Chriſtiani populi obedientiã ſic demõſtrat.
» Dico huic. Hoc eſt, Iudæo qui non credidit. Vade,
» et uadit: et alii: hoc eſt, Gẽtili quia credidit. Veni, et
» uenit: et ſeruo meo. Hoc eſt, Chriſtiano. Fac hoc,
» et facit. Oremus fratres, ut mereamur Chriſtiani nõ
nomine tantũ eſſe, ſed fide: et ut quæ iubentur nõ au
diamus tãtũ, ſed faciamus audita: quia ſicut deuoti
ſerui eſt feciſſe iuſſa, ita iuſſa cõtumacis eſt nõ feciſſe.

Digitized by Google

» Dic ergo uerbo,& ſanabitur puer meus. Quo audi-
» to,inquit,IESVS miratus eſt. Creator mirabilium
miratur:aurium conditor quaſi qui non audita ne-
ſciat ſic ſtupet audita:ſed dum Gentilē ſic credidiſſe
» miratur,icredulitatē corripit Iudeorū: deniq;, Se-
» quentibus ſe turbis dicit. In morte manentes ar-
» guens ſic Iudæos: Amen dico uobis, nec in Iſrael
» tantā fidē inueni. Verū eſt fratres: fides ſola uiuit,
& uiget in gentibus: ſigna, et uirtutes laſſant, et nil
proficiunt in Iudæis.

DE FILIO VIDVAE EXCITATO A MORTVIS, DEQ. CORPORVM RESVRRECTIONE. SERMO. CIII.

Luc. 7. HOdie beatus Euangeliſta quia uiduæ matris unicum iā funereis uinculis illigatum,lamentabili impoſitū iā phe retro,proſequētibus turbis euntē iam carceris ad ſepulchrū,p CHRISTVM uitæ redditū nuntiauit,omniū concuſſit corda:mouit mentes:ſtupefecit auditū. Sed hoc gentes mirentur:Iudæi ſtupeāt: mundus paueſcat: nos autem qui oēs a ſæculis mortuos ad unā uocē CHRISTI de ſepulchris excitandos credimus,cur miramur? Exurgent,inquit Iſaias,mortui:& reſurgent qui in monu-
Iſa. 26. mentis ſunt:et Dn̄s.Veniet hora quando mortui au-
ſupra.lxx. dient uocem filii Dei:et qui audierint uiuēt. Ad hæc
i.Cor. i 5 Apoſtolus.In momēto, i ictu oculi,in nouiſſima tuba: canet enim tuba,et mortui reſurgēt incorrupti. Quæ eſt iſta tuba quæ inferis infert bellum,ſepulcri reſoluit moles:intonat mortuis uitā:reſurgētibus in

lucem perpetem dat triumphum? quæ eſt? illa quā ſuperius Dominus dixit. Mortui audient uocem filii Dei. Tuba non quæ arctato ſpiritu per cōcauum cornu ligni, uel æris triſtem bellantibus dat mugitum: ſed quæ de corde Patris, ore Filii, uitalem ſimul & inferis, & ſuperis dat clamōrem. Et in nouiſſima tuba: tuba quæ in principio mundū uocauit ex nihilo, ipſa in nouiſſimo mundum reuocabit ex perdito: & quæ initio hominem ſuſcitauit ex limo, ipſa in fine hominē reſuſcitabit ex puluere. Fratres ſic credimus quia tuba diuinæ uocis chaos diuiſit: collegit orbem: mūdauit elemēta: diſtinxit mundum: ſuſpendit cælum: fundauit terram: mare uinxit: merſit inferos: dedit ordinum uices: iuſſit rerum continuam ſeruitutem: ac ne uacuus horreret orbis, aptauit habitatores, habitacula ſic diſcreuit: in cælo poſuit Angelos ſolo ſpiritu uiuentes: in terra conſtituit uitas uarias terrenorū: in aere dedit animas aligeras peruolare: in aquis tam puſilla, q̄ magna fecit ut uiueret animantiū multitudo: ac miro modo ſic ex diſiunctis partibus iūxit compagem mundi, ut nec cōmixtio diſcreta confunderet, nec diſcretio rerum īſcinderet unitatem. Hinc eſt ꝙ diei, ac noctis copula ſic diuiſa eſt, ut ex quiete labor, requies ex labore conſtaret. Hinc Sol, & Luna uiciſſim mundi circūeunt metas, ut Sol geminata luce amplificet claritatem diei: & Luna lumine ſuppari ex toto cæca noctis tempora non relinquat. Hinc ſtellæ ſuo curſu uarios mutant ortus, ut noctibus & ſignent tempora: & uiantibus dent ducatum. Hinc tēpora eundo ueniunt: eſſe incipiunt dum deſiſtunt. Hinc ſemina naſcuntur: creſcunt: adoleſcunt: iuue-

neſcunt:ſeneſcunt:decidunt:moriuntur:& iterum ui/ talibus ſepulta ſulcis, reſoluta putredine, ſalutari ex morte in uitam ſuam redeunt: de corruptione pro/ pria ſuſcitātur in forma. Et ſi hoc fratres Dei uox, tu ba CHRISTI, per dies, per menſes, per tempora, per annos, uocat, reuocat: ducit, reducit: præcipit eſſe, fa/ cit non eſſe: dat morti, uitæ reddit: quare quod in omnibus ſemper facit, ſemel facere non poſſit in no bis? aut in nobis ſolis uirtus diuina laſſeſcit, propter quos ſolos totum quod prædictum eſt, Dei eſt oper rata maieſtas? Homo ſi tibi omnia ſua ex morte re uiuiſcunt, cur tu Deo tua non reuiuiſcas ex morte? aut te in ſolo Dei creatura deperit, propter quem ſubſiſtit, agitur, mutatur, inouatur tota cotidie crea/ tura? Fratres hæc dico non ſignorum CHRISTI cu piens exinanire uirtutes, ſed hortor ut unius reſur/ gentis exemplo ad fidem reſurrectionis omnium cōcitemur: et credamus q Crux noſtri corporis ſit aratrum: fides, ſemen: ſulcus, ſepulchrum: reſolutio, germen: expectatio, tempus: ut cum uer Dominici aduentus arriſerit, corporum noſtrorum matura tunc uiriditas uitalem reſurgat in meſſem, neſcitu/ ram iam finem: neſcituram caniciem: non paſſuram falces, nec flagella ſenſuram: quia depoſitis in mor/ te uetuſtatis paleis nouum glorioſi corporis conſur git in fructum. Si ad unius uiduæ lachrymas tempo/ rales ſic motus eſt CHRISTVS, ut occurreret in uia: ut ex oculis ſtillantia dolorum fluenta reſtingueret: ut recuteret mortem: reduceret hominem: reſuſci/ taret corpus: uitam redderet: planctum uerteret in gaudium: & exequias lugubres in feſtiuitatem nata/

liriam cõmutaret : & pheretro datum, matri uiuum
redderet ex morte? Quid modo faciet quãdo inar/
deſcet uiribus ſuis ad Eccleſiæ ſuæ lachrymas diutur
nas,ad ſpõſæ ſuæ ſanguineos ſudores? Nam per ſup/
plicantem Eccleſiã lachrymas fundit iuges, per mar
tyres ſacrũ ſanguinẽ ſudat, donec unicũ ſuũ, hoc eſt
populũ Chriſtianũ,quẽ tot ad mortẽ ferunt tẽpora,
occurrens CHRISTVS de mortali pheretro perpe/
tuæ uitæ reddat i ſupernæ matris gaudiũ ſẽpiternũ.
Verũ quia naſcentis CHRISTI uenit tẽpus, & mira/
culũ cæleſte iã radiat paritura uirginitas,atq; ortum
diuini regis nobis non ſtella iã nuntiat, ſed ipſe ſolis
aſcenſus,adoraturi occurramus oẽs:& muneribus ſa
cris Deũ,regẽq; uirgineo proceſſiſſe fateamur ex tẽ/
plo:offeramus munera:quia naſcẽti regi ſemper pu/
blica paratur oblatio : offeramus munera, quia ide/ **Mat. 2.**
uotus ſatis eſt uacuus adorator. Hoc probat Magus,
qui honuſtus auro, ſuccẽſus thure, ſacratus myrrha,
CHRISTI cunabulis inclinatur. Quale eſt, ſi quod fe
cit Magus, nõ faciat Chriſtianus? quale eſt, ſi ad gau
dium naſcentis CHRISTI fleat pauper: captiuus ge
mat: hoſpes lamentetur: eiulet peregrinus? Feſta cæ
leſtia Iudæus decimis ſemper honorauit: Chriſtia/
nus quid de ſe ſentit, ſi uel centeſimis non honorat?
Fratres ne quis me hoc dicere exiſtimet declaman/
tis ſtudio, non dolentis affectu. Doleo, certe do/
leo, quando lego CHRISTI cunabula Magos
rigaſſe auro : & uideo altare corporis CHRI/
STI Chriſtianos uacuum reliquiſſe : & in tempore
hoc præſertim, quando ſe pauperum fames uaſtat:
quando ſe fundit turba lamentabilis captiuorum.

Non habeo nemo dicat: quando Deus ex eo quod habes,non ex eo quod nō habes,quærit:quando duo æra uiduæ in acceptum dignanter aſcribit. Deuoti ſimus creatori,ut nobis deuota ſit creatura. Proximorum noſtrorum ſuſtentemus anguſtias, ut a noſtris liberemur ãguſtiis.Repleamus altare Dei, ut noſtra horrea repleat fructuum plenitudo.Certe ſi non damus:quia non accipimus non queramur.Ipſe autem Deus noſter donet uobis tam præſentia, q̃ futura bona:per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM: cui eſt omnis honor, et perpetua gloria, una cum Spiritu Sancto nunc, et ſemper, et per omnia ſæcula ſæculorum: Amen.

DE DIVITE CVIVS AGER FERAX FVIT. SERMO.CIIII.

QVotiens Diues iſte uenit in medium,quem tot ſæculis,orbe toto,die omni,clamor diuinæ uocis accuſat: totiens diuitiarum fallax fugatur illecebra: totiens cupiditatum furens flamma reſtinguit: auaritiæ totius rabies ueſana mitigatur. Sic nãq; ho
Lu.12.,, die cœpit Dominus IESVS. Hominis cuiuſdam di
,, uitis uberes fructus ager attulit:et cogitabat intra ſe
,, dicens:quid faciam,ꝙ non habeo, quo congregem
,, fructus meos? et dixit:hoc faciam:deſtruam horrea
,, mea,et maiora faciam: et illuc congregabo omnia
,, quæ nata ſunt mihi bona mea: et dicã animæ meæ.

» Anima habes bona multa poſita in annos multos:
» requieſce: manduca:bibe: epulare: Dixit autem illi
» Deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te:
» quæ autem paraſti cuius erunt? Miſerum,qué uber
tas ſterilem,abundantia anxium, ĩhumanum copia,
diuitiæ fecere mendicum. Humanus ager inhuma-
num Dominum ſuſtinebat: et quod terra fundebat
largiter,concludebat,et cõgregabat anguſte:ut eſſet
alienorum cuſtos, qui eſſe ſuorum noluit proroga-
tor,ingratus Deo, ſibi nequam:hoſtis pauperum,di-
» uitum nota:carcer naturæ. Hominis cuiuſdam diui
» tis uberes fructus ager attulit:et cogitabat intra ſe.
Quaſi poſſit extra ſe quiſpiam cogitare: ſed intra ſe
iſte cogitabat, qui in corde ſuo impietatis conſilio
recepto nil pietatis ſibi, miſericordiæ nil reliquit.
» Cogitabat intra ſe dicens. Digno cõſiliario ſe uſus,
qui mali animi non poterat habere ſolatium: nõ po
» terat habere collegam. Et cogitabat intra ſe dicẽs.
Mens impia cum pietate certabat: et patiebatur inte
ſtinum bellum,qui miſericordiæ pacem perdiderat,
» et quietem. Et cogitabat intra ſe dicens. Quid fa-
» ciam? Interrogantis uox eſt:et quem putas interro
gabat iſte? erat in illo alter, quia ad eius penetralia
iam Diabolus poſſeſſor inſederat: et qui intrauerat
» in cor Iudæ,mentis eius tenebat arcanum. Quid fa
» ciam? ꝙ non habeo. Audiſtis quomodo non ha-
» bet diues? ecce clamat. Nõ habeo. Verum eſt quia
non habet ſemper, qui quærit ſemper: et non habet
ubi congreget,qui ut congreget ſic requirit. Sed au-
diamus quid ei reſponderit conſiliarius internus.
» Deſtruam horrea mea. Euidenter apparuit qui la-

tebat: quia a deſtructione incipit ſemper inimicus. Agit, agit ut quæ habes deſtruas: & quæ concupieris non reformes. Miſer diues ignarus de præſentibus diſputas ſtultiſſime de futuris. Deſunt nõnulla. Præſens ubi eſt ſedes animæ tranſtuliſſes: at nunc catenæ horreorum tuorum ſtrinxerunt fauces pauperum: uinxerunt hoſpitum colla: eſurientium uiſcera contriuerunt: unde pauperum te præcedunt gemitus, & ſequuntur: accuſant te hoſpitum luridi uultus: te turba impetit plangens petentium: ut addictus a ſuperno iudice ſatietatem pœnarum capias, qui horreorum tuorum ſeras negando cæteris tibimet concluſiſti. Cogitabat intra ſe diues: merito illi taliter reſpondit, qui ſcit cogitationes hominum quo-

Pſal. 93. niam uanæ ſunt. Stulte hac nocte repetũt animam „ tuam a te: quæ autem paraſti cuius erũt? Bene ſtulte, quia ibi totum de carne fuerat, nil de corde? Bene ſtulte, quia migraturæ mox animæ condita ſatis longa præparabat. Hac nocte a te repetunt animam „ tuam. Conuenienter hac nocte, quia fugiens miſericordiæ lucem auaritiæ tenebris ſe manciparat, di- „ cendo. Manduca: bibe: epulare. Quod autem bibentes filii noctis ſint, non diei, Apoſtolus ſic declarat. Et qui inebriantur, nocte ebrii ſunt. per obſcura

1. Theſ. 5. ✠ fertur, aſſumitur per tenebras, qui uitæ ſubſidium „ ſuorum mandauit, & condidit horreorum. Repe- „ tunt animam tuam a te. Quare non dixit, qui dederat repetit, ſed repetunt? quia ſanctorum Deus repetit animas, & reducit: tartarei miniſtri repetunt, & „ pertrahunt animas impiorum. Et cogitabat intra „ ſe, dicens. Quid faciam? quod non habeo, quo congre-

" gem fructus meos? et dixit: hoc faciam: deſtruam
" horrea mea: et maiora faciam: et illuc congregabo
" omnia quæ nata ſunt mihi bona mea: et dicam ani-
" mæ meæ: anima habes multa bona poſita in annos
" multos: manduca: bibe: epulare. Dixitauté illi Deus:
" ſtulte hac nocte repetunt animam tuam: quæ autem
" paraſti cuius erunt? Vnde iſte diues ſic præuentus
eſt, ut magis cogitata perderet, q̃ parata: et imple-
tum eſt illud Prophetæ, Exibit ſpiritus eius: & reuer- Ps. 145.
tetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes co-
gitationes eorum. Cogitauit iſte quid poſt ſe relin-
queret, nõ quid præmitteret ante ſe: unde iuxta Apo-
ſtolum, Euanuerunt in cogitationibus ſuis: & obſcu- Rom. 1.
ratum eſt inſipiens cor eorum: æſtimantes ſe eſſe ſa-
pientes, ſtulti facti ſunt. Cui dicitur ſtulte: & excitatus
de ſomno præſentis uitæ in illa perpetuitate nihil in
uenit in manibus ſuis: ſicut dixit Pſalmiſta. Dormie- Pſal. 75.
runt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes uiri
diuitiarum in manibus ſuis. Vigila ergo diues in
opere bono, in malo dormi: ut non ſit manus
tua pauperi uacua: ut tibi plena ſit ſem-
per: quia diues quantum largiter
profundit, tantum largiter re-
dundat in rebus. Eſto er-
go diues in miſeri
cordia, ſi ſem
per eſſe
uis
diues: &
tunc erunt horreæ
tua maiora, tunc plena, ſi non
fuerint largitate uacua: cupiditate iclusa.

SERMO
DE MVLIERE QVAE HABEBAT SPIRITVM INFIRMITATIS.
SERMO. CV.

HOdie cura CHRISTI, et diuinæ uirtutis dedit mirabile documentum: et diabolicæ fraudis nudauit aſtutiam: et abſoluit mulierem longo, et obſcuro uulnere ſauciatam: ſicut ait
Luc. 13. Euangeliſta. Erat IESVS do-
» cens in ſynagoga ſabbatis: et
» mulier quæ habebat ſpiritum
„ infirmitatis annis decé et octo: et erat inclinata, nec
„ oino poterat ſurſum reſpicere: quã cũ uidiſſet Ieſus
„ uocauit illã: & ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmita-
„ te tua: et impoſuit illi manus: & cõfeſtim erecta eſt:
„ & glorificabat Deũ. Habebat ſpiritũ infirmitatis: & erat inclinata: patebat uulnus, ſed auctor uulneris nõ patebat: languoré uidebãt cũcti, ſed languoris materiã nõ uidebãt: erat in aperto pœna, ſed in ipſa pœna carnifex latebat incluſus: corpus aſpiciebãt incuruũ, ſed nõ aſpiciebãt incurui corporis pondus: ĩ medio ciuiũ portabat mulier hoſté ſuũ, ſed hoſtem ciues ut propellerent, nõ uidebãt. Ars neqſſimi ſpũs corporis neceſſitas credebãt: ut ꝑdo callidus teneret captiuã dolo, quã tenere uiribus non ualebat. Diabolus nihil eſſet, ſi eſſent ſollicitiores homines, et cautiores: aut quid ĩ homine unq̃ præualuit ille uirtute? niſi arte, mendacio, inſidiis, fraude, dolo, nequitia, uitiorum miniſterio, furore criminum? ille uoluntates hominum ſemper explorat: et bonas quidem uolun-

Digitized by Google

tates refugit,malis autem uoluntatibus obſecundat,
ut ſit miniſter ſcelerum:criminũ leno: paraſitus ipſe
uitiorum.Et quia poteſtate non poteſt,dominatur tur
piſſimis mentibus turpiſſima ſeruitute.Sic mẽdacio
decepit Euam:ſic cupiditate laqueauit Iudam: ſic Iu Gen.3.
dæos cæcauit inuidia:ſic gentes idolorum caligauit Mar.14.
errore:ſic confudit populos põpa rerum : ſic paruu/ Mar.15.
los uanitate ne ſana ſaperent occupauit: deniq; quid
„ circa p̃ſentẽ mulierẽ molitus ſit audiamus. Et ecce
„ inquit mulier quæ habebat ſpiritũ infirmitatis annis
„ decem & octo:& erat inclinata,nec omnino poterat
„ ſurſum reſpicere. Videtis quia hæc mulier depreſſa
nequiſſimi ſpiritus onere ſuſpirabat:qui ſemper one
ribus peccatorũ deprimit homines,& inclinat ad ter
ram,ne cælũ uideãt,ne ſuperna ſapiant,ne Deũ aſpe
ctent,ne ad libertatẽ ſuam per ſuũ reuertãtur aucto/
rem:ſed inclino capite,defixis oculis,prono uultu,ca
ptiui ſub iugo ſemper hoſtis teneantur antiqui.Sic p̃
mebatur publicanus ille, qui oculos ſuos ad cælũ tol Luc.18.
lere non ualebat,ſed percutiebat peccati conſciũ pe/
ctus:& quia negandi locus non erat,locũ miſericor/
diæ perquirebat,dicendo. Deus propitius eſto mihi
peccatori.Hoc ſuſtinens Propheta beatiſſimus ſic ca
nebat. Iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meũ: Pſal.37.
et ſicut onus graue grauatæ ſũt ſup me.Et ut ſui ope
ris aperiret auctorẽ,alibi ſic profatur.Verticẽ capilli Pſal.63.
perambulantiũ in delictis ſuis: quia qui nõ reſiſtunt
delictis,ſed perambulãt in eis,eoꝝ diabolus et equi/
tat,et percurrit in uerticẽ:ut qui ad mala ſuo uadunt
ſtudio,ad peiora diaboli ducantur impulſu: Apoſto
lo dicente.Tanq̃ euntes ducebamini . Sed quid ĩ hac i.Cor.12
hiſtoria ſpiritalis ĩtelligẽtiæ maneat perſcrutemur.

Digitized by Google

„ Et ecce mulier q̃ habebat ſpiritum iſirmitatis annis
„ decẽ & octo, et erat iclinata, nec oino poterat ſurſũ
„ reſpicere. Quæ eſt iſta cuius iſirmitatis etiã tẽpora
deſcribuntur? quæ eſt iſta, cui ferre de terra ſed icli/
✠ nare ad aut languor calidus ſic ſtudebat? quæ eſt?
hæc quæ modo eſt ſanctorũ genetrix Eccleſia ſancta
Eph.6. filiorũ: quã, ſicut dicit Apoſtolus, ſpiritus aeris huius,
ſpiritus diffidentiæ, ſpũs erroris, ſpiritali uexabat icõ
modo: atq; ita ponderibus diuerſis pronã dabat, et
deponebat ad terrã, ut ad cælum nunq̃ ſubleuaretur
aſpectu. Sed quid eſt, q hæc quæ Eccleſiæ typũ por/
tat, in ſynagoga ſic reperitur incurua? quid eſt? quia
dũ fugit gẽtiũ ſacrilegia, et declinat ſarcinas idolo/
rũ, grauiora incurrit, et portauit põdera ſynagogæ:
Luc.ii. probante Dño cũ dicit. Væ uobis ſcribæ, et phariſæi,
Mat.23. qui alligatis onera grauia, et imponitis ſuper hume/
ros hominũ: ipſi autẽ nec uel minimo digito ea uul
Act.15. tis mouere. Vnde & beatus Petrus, Nunc ergo quid
tentatis Deum, inquit, imponere iugum ſuper cerui
ces diſcipulorũ, quod neq; nos, neq; patres noſtri por
tare potuimus? Hinc eſt q CHRISTVS ab his one/
Mat.ii. ribus hoĩes cupiens alleuiare, clamat. Venite ad me
oẽs qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã uos:
tollite iugum meum ſuper uos quia ſuaue eſt. Cum
dicit omnes, & Iudæos utriq; uocat, & gẽtes. Sed qua/
re per decem et octo annos mulieris huius trahitur
ægritudo? quia niſi decalogus legis ogdoadis uenif/
ſet ad gratiam, nũq̃ ſancta Eccleſia, nũq̃ mulier hæc
ad plenitudinem temporis, ad diem ſalutis, ad tem/
pus acceptum, ad ſui Saluatoris præſentiam perue/
niſſet. Hanc autem mulierem geſſiſſe Eccleſiæ ſic fi/
guram, ipſius qualitas curatiõis aſſignat. Vocauit,

Digitized by Google

„ inquit, ad ſe illam:et impoſuit illi manus. Sic curare ſemper Eccleſiam ſatis nouit, qui fieri Chriſtianus meruit:et cotidie fieri cõſpicit Chriſtianos: nãq; ut incuruus peccatis erigatur Gentilis ad cælũ, prius a Gentili per ĩpoſitionẽ manuũ nequã ſpũs effugat. Nam qui ſolo uerbo fugarat dæmones,et infirmitates oẽs ſola ſanauerat iuſſione,quare ſuper hanc mulierem ſuas ĩponit manus? quare circa iſtã curandi ordinẽ nouat?niſi quia iã tunc in una ſanat oẽs:ĩmo quia non ante ſuſcipit Eccleſiã,niſi eam per impoſitionem manuum ſuarum purget a diabolo,et faciat Chriſtianam:et amplius faciendorũ Chriſtianorum curam præſentis curæ formet,et inſtituat ſacramento.Sed Archiſynagogus indignatur,quare CHRISTVS ſabbatis curet:hodieq; Iudæus in Eccleſiæ cura zeli furore torquetur:dum cæleſtes ſenſus intelligentia terrena peruoluit: ac putat ſabbatũ iumẽtis, non hominibus conſecratum: qui periclitanti boui, uel aſino ſabbato feſtinus occurrit, hominiq; moriẽti ſabbato pietatis quicq̃, miſeratiõis quicq̃ nõ ĩdulget:et hoc facit excors, ut in pecore uiolet ſabbatũ: et in homine ipſam uiolet ſanctitatem: ac ſic Deo Dei lege præſcribit: et obſeruando ſabbatum Deo ſabbatum ſic refundit,quod Deus Iudæo pro labore terreno, et opere carnis clementer indulſit: et conuerſi ſunt in arcum peruerſum, qui in Dominum legis,legis præcepta rectiſſima ſic retorquent.Iudæe, qui te ab humanis,ut uel uno die,uel ſabbato, ſaluti tuæ curatione ceſſares. Deeſt quippiam. Pſal.77.

Et tu Chriſtiane diem Domino Domicũ ſerua:ſi uis illum uidere Domini diem , ſi uis quicquid eſt Dominicum per Dominum poſſidere.

Digitized by Google

SERMO
DE FICV QVAE FRVCTVM NON PROTVLIT. SERMO. CVI.

SIcut peritus magiſter ad audiendũ ru/
des,ad intelligendũ tardos diſcipulorũ
ſenſus uario genere doctrinæ pulſat,
ſuſcitat,accendit ingeniũ,ita Dominus
ſimilitudinibus uariis, diuerſis cõpara
tionibus populorũ pigros, tardoſq; animos ad Euã/
gelicũ conuocat,et inuitat auditũ: nãq; hodie ſic cœ
Luc.13 ,, pit. Arborẽ fici habebat quidã plãtatã in uinea ſua,
,, et uenit quærens fructum in illa, et nõ inuenit: dixit
,, autẽ ad cultorẽ uineæ.Ecce tres anni ſunt,ex quo ue
,, nio quærens fructum in ficulnea hac, et nõ inuenio:
,, ſuccide eam: ut quid et terrã occupat? at ille reſpõ/
,, dens ait illi.Domine dimitte illã etiã hoc anno, uſq;
,, dum fodiã circa illam,et mittã ſtercora:et ſiquidem
,, fecerit fructũ:ſin autẽ in futuro ſuccides illã. Arbo/
rem fici habebat quidã plãtatam in uinea ſua:Rogo
quid tam planum? quid tam lucidum? quid tam cõ
mune? quid ruſticis ſic uernaculũ? quid propriũ ſic
peritis? q̃ propoſitæ ſimilitudinis forma? quæ de ge
nerali uſu ueniens oẽs et uerbo inſtruit, et conuertit
exẽplo? infructuoſa arbor irricat ceſpitem:necat ſpa
tia:exhaurit terræ uires:cultorẽ conficit damno: affi
cit tædio poſſidentẽ: ac ſic excidere iſtã lucrum eſt:
eſt iſtam cõmodum non habere.Sic homo utiq; qui
naturæ donum,munus animæ,rationis beneficium,
excellentiã ſenſus,iudiciũ mentis,artis induſtriã, cul
turæ bonũ,ꝑ ſteriles atq; inopes actus euertit, occu/
pat,mergit,auctori fructum,cultori gratiã negat,ſi/
cut arbor e terra,ſic iſte e uita meret̃ excidi. Et ſicut
infœcunda

infœcunda arbor ſi fuerit in uinea, dum fundit mor/
tiferam ſubiectis uitibus umbram, inimica non ſibi
ſoli, ſed etiam palmitibus fit fœcundis: ita homo de/
ſes, ignauus, ſi præſit populis, non ſibi ſoli fit noxius,
ſed multis: dum ſequentes ſe ſuo uitiat, et perdit exẽ
plo. Sed hanc ſimilitudinẽ quare Dñs dixerit audia/
mus. Arbor ficus brumali tempore tranſacto dum
groſſos producit in florem, et ſimulat ſuum ſuis flo/
ribus fructum, decipit incautos: illudit ignaros: nãq;
mox proiicit groſſos: pigrum proficit, et prorumpit
in germen: et fit poſterior cæteris fructu, quæ uideba
tur cæteras anteiſſe. Merito ergo a Dño Synagoga
arbori fici comparatur, quæ calefacta tẽpore legali
tẽporaliter Eccleſiaſtici fructus floruit in figura. Pa/
triarcharum namq; radice ſolidata, ſacerdotali exal
tata culmine, propheticis dilatata ramis, Iudaicæ ob
ſeruationis repleta groſſis florebat, tunc ſpe ſola fru
ctum datura per CHRISTVM, immo ipſum CHRI
STVM datura poſt fructum: dicẽte pſalmiſta. De fru
ctu uentris tui ponam ſuper ſedem tuã. Vnde ſancti pſ. 131.
ſcientes hæc ſpem fructus ex flore capiebant: & ſola/
bantur præſentia de futuris: uidentes iam iamq; ſuc/
cedere æterna mortalibus: perpetua caducis: legi gra
tiam: Synagogæ Eccleſiam: cæleſtia terrenis: huma/
nis diuina: omnibus CHRISTVM: quem quia uentu
rum longa patientia ſuſtinebant, ueniſſe fideli gau/
dio ſunt gauiſi. Ex iſtis erat Simeon ille cui promiſ/ Luc. 2.
ſum erat ut nõ uideret mortẽ, donec uideret CHRI/
ſtum Dñi: quem in ulnas habens talẽ prorupit in uo/
cem. Nunc dimittis ſeruũ tuum Dñe ſecundum uer/
bum tuũ in pace: quia uiderunt oculi mei ſalutare
tuum. Ignari uero dum fiduciã gerunt in lege tota,

Digitized by Google

neq; ſunt de CHRISTI expectatione ſolliciti, neq; ſuſcipere CHRISTVM, neq; agnoſcere meruerunt: et ita ſunt legalibus decepti floſculis, ſicut neſcios groſſis ſuis decipit ficus. Hinc eſt q Dominus aduētus ſui

Luc. 21. tempora ſcire cupientes mittit ad ficū, dicens. Videte ficulneam, & omnes arbores cum producunt iam fructum, ſcitis quia prope eſt æſtas, ita et uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quia prope eſt regnum Dei. Videtis quia ficus non ſignat præſentia, ſed indicat ſic futura. Sed iam per ordinem propoſitū proſequamur exemplum. „ Arborem fici habebat quidā plantatam in uinea ſua. „ Synagoga eſt arbor ficus: poſſeſſor arboris CHRISTVS: uinea in qua refertur plātata arbor iſta, Iſraeliticus eſt populus, Iſaia propheta

Iſa. 5. ſic dicente. Vinea Domini ſabaoth domus iſrael eſt. „ Venit, inquit, quærens fructum in illa, & nō inuenit. Venit CHRISTVS, et in ſynagoga fructū fidei reperit nullū, quia tota dolis erat inumbrata perfidiæ. Ad ficulneā uenit CHRISTVS, ad quā legitur Adā

Gen. 3. nudus fugiſſe poſt culpam, dicente Geneſeos libro. Et cognouerunt quia nudi ſunt: & conſuerunt folia fici: et fecerunt ſibi ſuccinctoria. Venit ergo ad ficum CHRISTVS ut inueniret Adā: ut nudū tegeret pio ſuo corporis indumento: cuius ficus non uelabat, ſed ſtimulabat pudorem: cuius ficus iſta, ideſt ſynagoga circunciſionibus ſuis nudabat partem uerecūdi corporis, non tegebat. „ Venit, inquit, quærēs fructum, et „ non inuenit. Dixit autem ad cultorē uineæ: Ecce an„ni tres ſunt, ex quo uenio quærēns fructū in ficulnea „ hac, et non inuenio: ſuccide eam. Cultor uineæ qui infructuoſam ficum iubetur excidere, eſt præſul Synagogæ Angelus, qui ſterilitatem quia nō poteſt ex-

Digitized by Google

cuſare,inducias impetrat ſupplicando. Sed illud præ
" tereundum non eſt quod dixit. Ecce anni tres ſunt.
Tres anni tria ſunt tẽpora per quæ CHRISTVS ad
Synagogam fructũ quæſiturus aduenit:id eſt per le-
gem,per Prophetas,per ipſam ſui præſentiã corpo-
ralẽ:ut infructuoſa ficus,quæ iam diuinitati fructus
uelut non neceſſarios denegabat,uel homini,uel eſu
rienti,uel manducaturo CHRISTO cibos neceſſa-
rios non negaret:ſed nunc quid cultor uineæ reſpon
" derit audiamus. Domine dimitte illam & hoc anno.
Cultor uineæ concedi adhuc Euangelici temporis
precatur annum: de quo Iſaias dicit. Prædicare an- Iſa.61.
num Domini acceptum, et diem retributionis. Vt
" quid? Vſque dum fodiam circa illam. Vult eam
Apoſtolico uomere perfodere, quia legalis cultri
" non ualuit ſentire culturam. Et mittam ſtercora.
Tantæ radici neceſſaria, quæ pro tanta pinguedine
ceſpitis ſancti tota cæleſti imbre non meruit eſſe fœ
cunda. Ficus ſterilis, ſynagoga miſera miſeratione
gentium ſtercoratur: ut uiliſſimis adiuta fomentis
redeat ad fructum,quæ tanto,et precioſo ubere de-
ceſſit ad fructum:quæ ſi poſt hæc in eadem ſterilita-
te permanſerit,iam non cultoris falce, ſed ipſius do-
minantis ſecuri deſperata, & inutilis ſuccidetur. Et
ideo non dixit in futuro ſuccidam eam, ſed ſuccides
eam:iuxta illud Iohannis. Iam ſecuris ad radicem Mat.3.
arborum poſita eſt.Omnis ergo arbor non faciens
fructũ bonum excidetur,& in ignem mittetur: quia
poſt Euangelici cultum temporis infructuoſas arbo
res ſecuris iudicii ſuccidet,et nouiſſimum ſuſcipiet,
et cremabit incendium.

IN DIVVM PETRVM EPISCOPVM. SERMO. CVII.

LIcet fandi ſterilitas ſilentium mihi in-
dicere uideatur, loqui tñ uehemẽtia co-
git, et ſanctitas imperantis: præſtãtius
eſt enim imperitũ prodere eloquium,
q̃ officioſum negare ſermonem. Quis
ergo tanti uiri adhortationẽ recuſet, cui e cælo con-
tigit et apoſtolici uocabulum, & ſummi priuilegiũ
ſacerdotis? neq;.n.abſq; diuino iudicio fuiſſe credẽ-
dum eſt, ꝙ prima illa uiuendi rudis infantia tanti no
minis adepta eſt dignitatem. Quem tũc affuiſſe niſi
Deum ipſum putamus, cum neſcii parentes de futu-
ris meritis iudicarent? Petrũ.n.uocari in aliis appel
latio nominis eſt, in hoc prærogatiua uirtutis. Vere
beatus Petrus immobile fundamentum ſalutis, talẽ
ſe exhibet in ſacerdotio, quales uideri uolunt qui ſa-
cerdotium concupiſcunt. Quẽadmodum igitur ſan-
ctitatis regulã diſciplinis monaſterialibus imbutus
exercet? pallẽt ora ieiuniis: macies corpus attenuat:
eleemoſyna pro delictis ſupplicat: lachrymæ pecca-
ta baptizãt. Sed ne forte hoc deuoti populi turba mi
Mat. 26. raretur, ſolet Petrus flere, cum in eum CHRISTVS
intendit. Nec quiſq̃ in Apoſtolo imbrẽ irrigui luctus
accuſet: iucũdæ ſunt lachrymæ, quæ gaudiũ immor-
Mat. 16. talitatis emerunt. Ipſe eſt ergo cuſtos fidei: petra Ec
cleſiæ: ianitorq; cælorum: ipſe eſt Apoſtolicus piſca-
tor electus, qui ad ſe turbas errorum fluctibus mer-
ſas hamo ſanctitatis inuitat: et doctrinæ ſuæ rete cõ-
Luc. 5. cludit ad fidem hominũ multitudinẽ copioſam. Eſt
etiam ipſe beatiſſimus, et Apoſtolicus auceps: qui ani

mas iuuenū per aera uolantes calamo diuini ſermo
nis attingit. Iure igiť uenerabilis Dei ſacerdos olim
Apoſtoli nactus uocabulum, nunc adeptus et meri/
tum, ferit in populos præcepta iuſtitiæ: et manifeſta
luce reſerat ſacrorum uoluminū myſticas quæſtio/
nes: tantumq; eſt in cæleſtibus magiſterium diſcipli
nis, ut qui conuertitur, ipſi abſolutionem debeat: qui
non corrigitur, ſibi reatum. Omnis undique ad eum
ex diuerſis regionum partibus uiſendi ſtudio turba
cōcurrit. Quicunq; inuias ſolitudines, aut latētes ere/
mi latebras incolebant, mirabilem Petrum magis
ueniunt uidere, q̃ ſæculum: datum eſt illis aliquan/
do diſcere, difficilius quidem, ſed glorioſius, mun
do præſente luctari: et aduerſus inſtructas delin/
quentes turbas aciem quandam diſponere ſancti/
tatis: quanta enim in mundo poſitis poſt certa/
men palma eſt, ſi in ſolitudine conſtitutis ſine lu/
ctamine coronæ debentur? Vnde fratres quoniam
beatiſſimus Petrus omnia quæ ſunt diuinæ uirtutis,
prædicationis uos ſuæ doctrina inſtruit, pariter et
exemplis edocet, deprecemur Dominum Deum no
ſtrum, ut æuo longiſſimo doctrinæ cæleſtis uos ſer/
mone lætificet.

IN VERBA APOSTOLI. OBSECRO VOS PER MISERICORDIAM DEI: ETC. SERMO. CVIII.

MIra pietas, quæ ut precetur, ut largiať,
exorat. Hodie namq; brūs Apl̄s nō hu/
mana petens, ſed diuina conferens, ſic
precatur. Obſecro, inquit, uos per mi Rom.12

ſericordiam Dei. Medicus auſtera remedia cum recipere perſuadet ægrotos, agit precibus, non compellit imperio: ſciens infirmitatis, non uoluntatis eſſe, quod ſalutaria reſpuit, quotiens profutura repellit infirmus. Et filium pater non poteſtate, ſed amore ad rigorem pertrahit diſciplinæ, non ignorans quam ſit aſpera immaturis ſenſibus diſciplina. Et ſi corporalis infirmitas ad curam precibus ſic mouetur, ſi puerilis animus uix ad prudentiam ducitur blandimentis: quid mirum ſi Apoſtolus, qui ſemper eſt et medicus, et pater, humanas mentes morbis carnalibus ſauciatas, ut ad
„ remedia diuina ſubrigat, ſic precatur? Obſecro, in-
„ quit, uos per miſericordiam Dei. Nouum genus obſecrationis inducit. Quare non per uirtutem? quare non per maieſtatem? non per gloriam Dei? ſed per miſericordiam Dei? quia per ipſam ſolam Paulus & crimen perſecutoris euaſit: et Apoſtolatus tanti indeptus eſt dignitatem: ſicut ipſe fatetur, di-
i. Tim. i. cens. Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, et iniurioſus: ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum. Et iterum: Fidelis ſermo, et omni acceptione dignus, quia CHRISTVS in hunc mundum uenit, peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum, ſed miſericordiam ſum conſecutus, ad exemplum omnium qui credituri
„ ſunt illi in uitam æternam. Obſecro, inquit, uos
„ per miſericordiam Dei. Rogat Paulus, immo per Paulum rogat Deus: quia plus amari uult, quam timeri. Rogat Deus, quia non tam Dominus eſſe uult, quam pater. Rogat Deus per miſericordiam, ne uindicet per
Iſa. 65. rigorem: audi rogantem Dominum. Tota die, inquit, expandi manus meas. Nonne qui expandit manus,

ipſo habitu rogat? Expandi manus meas: ad quem? ad populum: et ad quem populum? non tantū non credentem, ſed et contradicentem. Expandi manus meas. Diſtendit membra, dilatat uiſcera, pectus porrigit, offert ſinum, gremium pandit, ut patrem ſe tātæ obſecrationis demonſtret affectu: audi & aliter rogantem Deum. Populeus meus quid feci tibi? aut quid contriſtaui te? Nonne dicit? ſi Diuinitas ignota eſt, uel caro ſit nota. Videte, uidete in me corpus ueſtrū: membra ueſtra: ueſtra uiſcera: oſſa ueſtra: ueſtrū ſanguinē: et ſi quod Dei eſt timetis, quare uel quod ueſtrum eſt non amatis? ſi Dominum fugitis: quare non recurritis ad parentem? Sed forte uos paſſionis meæ quam feciſtis magnitudo confundit: Nolite ✠ Crux hæc non meus, ſed mortis eſt aculeus. Claui iſti non mihi infigunt dolorem, ſed ueſtram mihi infigunt altius charitatem. Vulnera hæc non educunt gemitus meos, ſed magis uos meis uiſceribus introducunt. Extenſio corporis mei uos dilatat in gremium, non meam creſcit in pœnam. Sanguis meus non mihi deperit, ſed ueſtrum prorogatur in pretium. Venite ergo, redite, & uel ſic probate patrem: quem uidetis pro malis bona, pro iniuriis amorem, pro uulneribus tantis tantam reddere charitatem. Sed iam quid obſecret Apoſtolus audiamus. Obſecro, inquit, uos ut exhibeatis corpora ueſtra. Apoſtolus rogando ſic omnes homines ad ſacerdotale faſtigium prouexit. Vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuam. O inauditum Chriſtiani Pontificatus officium: quando homo ſibi ipſe ē et hoſtia, et ſacerdos: quādo homo nō extrinſecus quod Deo eſt immolaturus inquirit,

Mich. 6.

quando homo ſecum, et in ſe, et quod pro ſe eſt Deo ſacrificaturus, apportat: quando et eadem manet hoſtia, idem permanet et ſacerdos: quando hoſtia mactatur, & uiuit: ſacerdos neſcit occidere qui litabit. Mirum ſacrificium, ubi corpus ſine corpore, ſi-
„ ne ſanguine ſanguis offertur. Obſecro, inquit, uos
„ per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra
„ hoſtiam uiuam. Fratres hoc ſacrificium CHRISTI deſcendit ex forma: qui corpus ſuum pro uita ſæculi uitaliter immolauit: et uere corpus ſuum fecit hoſtiā uiuam, quia uiuit occiſus. In tali ergo uictima mors expenditur: hoſtia permanet: uiuit hoſtia: mors punitur. Hinc martyres morte naſcuntur, fine inchoant: occiſione uiuunt: et in cælis lucent, qui in terris puta-
„ bantur extincti. Obſecro, inquit, uos fratres per mi-
„ ſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra ho-
„ ſtiam uiuam, ſanctā. Hoc eſt illud quod Propheta
Pſal. 39. cecinit. Sacrificium, et oblationem noluiſti, corpus autem perfeciſti mihi. Eſto homo, eſto et dei ſacrificium, & ſacerdos: non amittas quod tibi diuina dedit, & cōceſſit auctoritas: induere ſanctitatis ſtolam: præcingere balteum caſtitatis: ſit in uelamento capitis tui CHRISTVS: Crux in frontis tui munimine perſeueret: pectori tuo appone diuinæ ſcientiæ ſacramētum: in odorem thymiama ſemper orationis accende: arripe gladium ſpiritus: altare cor tuum pone: & ſic corpus tuum admoue dei ſecurus ad uictimam. Deus fidem, non mortem quærit: uotum, non ſanguinem ſitit: placatur uoluntate, non
Gen. 22 nece. Hoc probat Deus ad hoſtiam Abrahæ ſancti filium cum popoſcit. Nam quid aliud Abraham q̄ corpus ſuum immolabat in filio? quid aliud Deus q̄ fi-

Digitized by Google

dem requirebat in patre? qui filium ſicut offerri iuſſit, ſic non permiſit occidi. Tali ergo homo confirmatus exemplo, offer corpus tuum: et non ſolũ macta, ſed etiam ſeca per omnia uirtutum mẽbra: quia totiens tibi uitiorum artes moriuntur, quotiens a te Deo uiſcera fuerint immolata uirtutum. Offer fidé, ut perfidia ſit punita: immola ieiunium, ut uoracitas ceſſet: ſacrifica caſtitatem, ut moriatur libido: impone pietatem, ut deponatur impietas: inuita miſericordiam, ut auaritia deleatur: et ut conſumatur ſtultitia, ſemper ſanctitaté conuenit immolare: ſic fiet corpus tuum tua hoſtia, ſi nullo peccati iaculo fuerit ſauciata. Viuit corpus tuum homo, uiuit, quotiés a te Deo uirtutum uita uitiorum mortibus immolatur. Non poteſt mori qui uitali gladio meretur occidi. Ipſe aũt deus noſter, qui eſt uia, ueritas, et uita, et a morte nos liberet, et perducat ad uitam.

IN EADEM. SERMO. CIX.

QVoniam præcedens ſermo tantum primordia cogit Apoſtolicæ lectionis, nunc de his quæ ſequuntur quod Dominus inſpirat audiamus: ſic enim cœpit. Obſecro, inquit, uos per Rom. 12
» miſericordiam Dei, ut exhibea
» tis corpora ueſtra hoſtiam ui
» uam. Nunquid Apoſtolus ſic dicendo ſola corpora digna diuinis hoſtiis probat? & animas uelut reprobas aut tacet, aut præterit, aut relinquit? Nonne

anima de cœlo eſt , corpus e terra? hoc regitur re/
git illa? illa dominatur,hoc ſeruit? hoc uiuit , uiui/
ficat illa? illa manet , hoc deficit? hoc ætates pati/
tur,illa neſcit? et ad extremum mors , quæ tantum
dominatur in corpus , nec corpus anima præſente
contingit? Et quid eſt , q̄ tacetur anima , & ſolum
corpus ad Dei hoſtiam ſic uocatur? Fratres hic Apo
ſtolus honorat corpus,non minorat animam ; nam
corpus quod capiunt peccata,quod delicta uinciunt,
quod deprimunt crimina , quod uitia corrumpunt,
quod deiiciunt paſſiones , hoc Apoſtolus cupit ſol/
uere,liberare ſtudet,laborat attollere , expiare con/
tendit , ut corpus ad originem animæ conſcendat,
non anima deſcendat corporis ad naturam : et cor/
pus animam comitetur ad cælum , non anima cor/
pus ſequatur ad terram:audi ſcripturam dicentem,
anima qualibus , et quantis corporis ✠ aggraue/
Sap.9. tur . Corpus quod corrumpitur aggrauat animam:
et deprimit terrena cogitatio ſenſum multa cogi/
tantem.Ergo non deponi animam,ſed corpus Apo
ſtolus uult leuari:et animam,et corpus id eſt homi/
nem totum,ad hoſtiam ſanctam , ad placitum Deo
ſacrificium uult uenire . Quod autem et anima ſit
Pſal. 50. Dei ſacrificium Pſalmiſta declarat,dicens . Sacrifi/
„ cium Deo ſpiritus contribulatus. Vt exhibeatis cor/
„ pora ueſtra hoſtiam uiuam , ſanctam , placentem
„ Deo. Quia non homo ex eo quod uiuit placet , ſed
placet ex eo quod bene uiuit:nec ex eo fit homo ho/
ſtia ſi ſe Deo offerat,ſed ſi ſancte offerat Deo.Quan/
tum enim immaculata uictima placat Deum , tan/
tum Deum uictima ſi maculata fuerit exacerbat:au/
di dicentem Deum.Non offeras mihi claudum , non

Digitized by Google

luſcum,non mortis contagione pollutum: ſed maturum ſine macula. Hinc eſt q Apoſtolus uiuã Deo petit hoſtiam. Ergo fratres ſi nos ipſius propitiationis incenſum. Deſunt nonnulla.

Probat hoc Cain, qui cum Deo parua a quo totum perceperat ingratus pontifex ſic diuiſit, ut quod erat peſſimum hoc adoleret altari: quod erat optimum in ſuam reſeruaret offenſam: deniq; cũ ſua ſuo male cum partitur auctore, ſe, ſuoſq; poſteros, et a uita, et ab humano genere perdiuiſit. Ergo Abel ſequamur ad præmium, non Cain comitemur ad pœnam. Abel agnum portans ad Dei ſacrificium, ſicut agnus aſſumitur: Cain geſtans ſibi ſtipulam, fomentum ſibi per quod exureretur inuenit. Vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuam, ſanctam, placentem Deo, rationabile obſequium ueſtrum. Quãtum placat obſequium quod ratione ſubnixum eſt, tantum quod rationem non habet exacerbat. Rationabile obſequium, quod non præſumptione turbatur: non temeritate confunditur: non uiolatur illicitis: non ſimulatione fucatur. Ad obſequium Regis militaris ſtatio contremiſcit: humana dominatio exigit ſollicitam ſeruitutem: ad arbitrium iubentis timor obedientis inuigilat: quia et cauta deuotio præmium iuſtæ remunerationis acquirit: et temeritatis pœnam præſumptrix ſeruitus non euadit. Quis non uocatus ad aulæ regalis ſe proripit ſeruitutem? Quis ſine titulo militari militem ſe auſus eſt profiteri? Quis ſine dignitatis infulis nomen dignitatis inuadit? Et ſi hæc penes homines ſollicita, cautaq; ſunt, ſi ratione conſtant, ſi conualeſcunt ordine, ſi tremore ſeruãtur: quanto penes Deum magis cau

Gen. 4.

ta eſt deuotio? magis tremenda ſeruitus? magis ſol licitus cultus, ut diuinum ratione præſtet obſequiū?
„ Rationabile, inquit, obſequium ueſtrum. Obſequiū ratione calens, feruor eſt: furor eſt, quod ratione nō
Exo. 32. frenat. Hinc Iudaicus populus Deum dum ſibi præter rationem quærit, deum cui cum ratione ſeruie-
Leuit. 10 bat amiſit. Hinc filii Aaron dum rationis ſunt immemores, dum præſumunt terrenos ignes diuinis ignibus admouere, flammam ſacrificii ſalutaris in pœ-
1. reg. 15. nale ſibi incendium cōmutarunt. Hinc Saul tumens regali uertice dum putat ſibi et de ſacerdotio quid licere, regnū quod acceperat altaris temerator amiſit. Hinc Iudæus dum legem ſine legis ratione excolit, legis interemit auctorem. Hinc gentilis dū deorum populis, et deorum mōſtris neſcius rationis obſequitur, ad Dei qui unus, & uerus eſt, peruenire non meruit ſeruitutem. Hinc Arrhius patri ſe putat obſequi Filium blaſphemando: et dum Filio dat initiū, Patri finem miſerandus imponit. Hinc Photinus dū coæternum Patri filium negat, Pater ut pater non ſemper fuerit elaborat. Hinc omnes hæreſes dum feruntur ad diuinitatis iniuriam, dum Trinitatem mētiuntur uocabulis, blaſphemiis obſequuntur. Nos autem fratres & corpora noſtra aptemus in uiuam dei hoſtiam: et obſequium noſtrum rationabile procuremus: ut ſit fides uera, pura conſcientia, mēs ſobria, ſpes firma, cor mundum, caro caſta, ſanctus ſenſus, pius animus, tota ratio, caſta charitas, larga miſericordia, uita ſancta, uerecundus habitus: et ad omne CHRISTI obſequiū humilitas noſtrum ſemper comitetur inceſſum.

IN VERBA EIVSDEM, NON EST AVTEM SCRIPTVM PROPTER ABRAHAM TANTVM. ETC. SERMO. CX.

BEatus Ap̄lus primis , & nouiſſimis,
ideſt Iudæis,& Græcis,fidei uexillum
unicum ſemper,& ſingulare erigit ad
ſalutem:quod quiſquis habere nō me
ruerit,et tenere , cæleſtium poſſidere
non poterit gloriam triumphorū.Solum eſt fratres
quod contra perfidiam dimicantibus aciem dirigit:
regem indicat:connectit ſocios:impiūq; hoſtem ſo-
la ſui uiſione terrificat: ſic.n. hodie cœpit. Non eſt Rom.4.
aūt ſcriptum propter Abraham tantū quod reputa-
tum eſt illi ad iuſtitiam:ſed et propter nos credētes
in eum,qui ſuſcitauit IESVM Dn̄m noſtrum a mor
tuis. Videtis fratres,quia dum priores futura , dum
præterita credunt poſteri,ſic uno itinere fidei utriq;
perueniunt ad ſalutē: dū illi uenturū CHRISTVM,
nos iam ueniſſe profitemur: illi uſq; ad mortē more
hominis deſcenſurum mirantur,& credunt, nos eſſe
mortuū,& reſurrexiſſe gloriamur.Et quid plura fra-
tres? ideo ſalus hæc tam antecedentiū, q̄ ſequētium
oculis eſt negata,ut tota eſſet in fide. Quod autē di-
xit? Qui ſuſcitauit IESVM Dn̄m noſtrū a mortuis.
Ne quis ab alio credat , ipſe ſui factor,et reſuſcitator
eſt corporis,qui dixit.Poteſtatē habeo ponendi ani- Ioā.10.
mam meā:& poteſtatem habeo iterū ſumendi eam.
neq;.n. ab alio reſurrectio ſuſcitari, neq; ab alio uiui
ficari uita potuit: nec eadē negare ſibi,quod erat om
nibus collatura:quia nec fons ſitit : nec panis eſurit:

Digitized by Google

,, nec ſol idiget luce:nec requies ipſa laſſeſcit. Qui tra
,, ditus eſt,inquit,propter delicta noſtra : & reſurrexit
,, propter iuſtificationem noſtrã. Traditus propter de
licta:nõ ut ea quæ non poterat mori uita puniretur,
ſed ut delicta quæ nos a uita exulauerant ſola delerẽ
,, tur. Et reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.
Manente condemnatione iuſtificari non poteſt con
demnatus:nos ergo quos primi culpa ſic parentis ad
dixerat,ut mors obnoxios ſibi iure retineret, CHRI
STVS cæleſtis,et uerus parens ſoluta mortis cõdem
natione per mortem propriam reſurrectione iuſtifi
cat:ut non reus pereat,ſed reatus: ipſaq; pœna, id eſt
mors,quæ reos fuerat iuſſa percellere , merito defi/
ciat:& ſuæ amittat infulas poteſtatis. Cur innocentẽ,
cur ipſum iudicem crudelis,& impia eſt auſa contin
Ro.5. ,, gere ? & ideo addidit. Iuſtificati igitur ex fide pacẽ
,, habeamus ad Deũ. Hoc eſt dicere,deſinat , deſinat
mater diſſenſionum,hoſtis quietis,pacis inimica cõ
tentio:non extollatur Iudæus per legem:Gentilis nõ
ſuperbiat per naturam:Philoſophus ab opinionibus
ſuis ſpumoſis,et inanibus detumeſcat: nemo de me/
ritis,nemo de operibus glorietur:quia uitam quam
præuaricatio prima ſuſtulerat,& elongauerat a no/
bis furioſa cõtentio,reſtituit,& reddidit pax diuina.
,, Pacem habeamus ad Deum : per Dominũ noſtrum
,, IESVM CHRISTVM. Terra nõ rebellet in cælos:
caro non inſurgat in ſpiritum: ſed ſupernæ pacis hu
,, milis perpetem iungatur ad gloriam. Per quem ac/
,, ceſſum habemus. Quia nobis ipſe factus eſt uia. Fi
,, de in gratiam iſtam. Dux uiæ iſtius fides eſt fratres.
,, In qua ſtamus,& gloriamur in ſpe gloriæ filiorum
,, Dei. Stamus certe fide,non corpore: & in ſpe , non

Digitized by Google

» in re iam percepta gloriamur. Non ſolum autem,
» ſed et gloriamur in tribulationibus:ſcientes ꝙ tribu
» latio patientiam operatur: patientia autem proba/
» tionem:probatio autem ſpem:ſpes uero non confun
» dit. Ecce quibus ætatibus iuſtus perfectum robora/
tur in uirum:in tribulatione, patientia, probatione,
ſpe. Tribulatio fratres uelut prima iuſti uiri concu/
tit, et conturbat infantiam: ſed cum inuenerit iſta pa
tientem, ad maiora adoleſcentem iam bonæ indo/
» lis tunc erudit. Tribulatio patientiam operatur. Pa
tientia eſt fratres quæ CHRISTI iuuenem aptum
» probat eſſe uirtutibus. Spes uero non confundit.
Spes eſt quæ uirum perficit:et ad menſuram CHRI
STI plenitudinis indefeſſa perducit. Perfectæ uirtutis
eſt, quod in re non teneas ſpei robore poſſidere.
» Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per
» Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Et ut diffuſæ
in nos diuinæ charitatis oſtenderet qualitatem, adie
» cit. Vt quid enim CHRISTVS, cum adhuc infirmi
» eſſemus ſecundum tempus, pro impiis mortuus eſt?
» Vix enim pro iuſto quis moritur: nam pro bono for
» ſitan quis audeat mori. Commendat autem charita
» tem ſuam Deus in nobis: quia adhuc cum pecca/
» tores eſſemus, CHRISTVS pro nobis mor/
» tuus eſt. Si CHRISTVS genus hominum ſic
dilexit, ut daret pro impiis, et peccatoribus mortem
ſuam: iuſtis eum quid credimus largiturum? q̃ ui/
tam ſuam, regnum ſuum, gloriam ſuam? Ex te ſu/
ſcepit mortem; quam impiis impenderet ſuper
terram: reſeruat tibi, quod in ſe, et per ſe ſem/
per poſſidet, & poſſidet in cælo. Dicamus ergo cum
propheta: Quid retribuam Domino pro omnibus q̃ Ps. 115.

retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam. Hoc eſt et ego moriar pro illo. Et quid ſimile? ille ſponte pro impio, et peccatore: ego uix pro iuſto, & bono: ego uix, quia me ad mortem non tam uolũtas, q̃ ne
Ioã.21. ceſſitas ducit. Audi ipſum dicẽtem ad Petrum. Cum autẽ ſenueris præcinget te alius, et ducet quo tu non uis. In aduerſis fratres neceſſitas uoluntati nõ poteſt comparari: acquieſcere neceſſitatis eſt: uelle uirtutis. Volenti mors ipſa ſubiecta eſt, quia ſemper dominata eſt mors nolenti. Et tñ fratres quia diuinæ charitatis nil ſimile poteſt homo redhibere, det quod põt: quia ſecundũ ꝙ habet acceptus eſt. Deficiat ad gloriam: moriatur ad uitã: pereat ad ſalutẽ. Gloriemur fr̃es de noua iſtius cõmutatione cõmercii: qa mors quæ erat inter homines reparatio tota pietatis, per CHRISTVM diuinæ cõmẽdatio eſt facta charitatis.

IN VERBA EIVSDEM. PROPTEREA SICVT PER VNVM HOMINEM PECCATVM IN HVNC MVNDVM INTRAVIT: ETC. SERMO. CXI.

Rom.5. PRæſens fratres Apoſtoli lectio cũ dicit, per unum hominem mundũ totũ ſuſcepiſſe ſententiam: non ad perorandum nos, ſed ad flendum renouato, et intimo dolore cõpellit. Si. n. eximii uates ſingularis populi, et unius urbis, ac ſolius non nunq̃ hominis diu lamentauere diſcrimen: quæ mẽs non totis tenebris obſcuretur? quos ſenſus non tota hebetudo confundat? quos oculos non redigat in fontes, & fluenta lachrymarũ? quando unius lapſus extitit

Digitized by Google

extitit ruina cunctorũ:& unius culpa omniũ defluxit
ad pœnã: ac parentis uitium uniuerſo generi exitiũ
ferale præparauit:dicẽte Apoſtolo. Propterea ſicut
per unũ hominẽ in hunc mundũ peccatũ intrauit, &
per peccatũ mors. Miſerũ me,ipſe qui erat cauſa bo
norum omniũ ianua factus eſt hic malorũ. Pecca/
tum in hunc mundũ intrauit. In hunc mundũ:mi/
raris eum poſteris obfuiſſe,qui facinore ſuo damna
uerit mundũ? Sed dicis, quomodo itrauit? per quẽ
intrauit? quomodo? per culpam: per quẽ? per ho/
minem.Et quid? peccatũ natura, an ſubſtantia?nec
natura eſt,nec ſubſtantia,ſed accidens:& aduerſa eſt
hæc poteſtas quæ uidetur in opere,ſentitur in pœna:
impugnat animã:uulnerat mentẽ: ipſam uiolat,con
funditq; naturã. Et quid plura fratres? Hoc eſt pec/
catũ naturæ,quod eſt fumus oculis: quod febris cor/
pori:ꝙ dulciſſimis fontibus amara ſalſedo.Vtiq; pu/
rus,& lucidus eſt oculus per naturã,ſed per fumi con
turbatur, & obſcuratur iniuriã. At corpus mẽbrorũ
partibus,et ſenſibus ſuis per hoc ꝙ eſt a deo conditũ
uiget: ſed ubi uis febriũ cœperit,et procella domina
ri,totum iners,totũ efficitur imbecillũ: tunc amari/
tudo oris:tunc oculorũ caligo:tunc greſſuũ nutabũ/
da ueſtigia:tunc inimica aura:tunc chari graues:tũc
ipſa obſequia uidentur otioſa:et fontes quantũ gra/
ti ſunt per ſuã dulcedinẽ,et naturã,tantum efficiũtur
ingrati, cum aliquod uitium ex acceſſione ſuſcepe/
» rint.Sed ad cœpta redeamus. Sicut per unũ homi/
» nem in hunc mundũ peccatũ intrauit,et per peccatũ
» mors. Ecce fratres ianua, per hominẽ peccatum,et
per peccatũ intraſſe uidemur in mortem.Peccatum,
o crudelis fera, et non uno capite in hominũ genus

ſæuire contenta:quā uidemus trino ore tota huma/ni ſtirpis germina tam pretioſa deuorātē: trino ore fratres peccatum capit:mors deuorat: deglutit infer nus. Et quo, ſicut diximus, fonte lachrymarū talis no bis plane deflendus eſt parens, qui nos tantarum mi ſeriarum reliquit hæredes? qui nō ſolum collata bo na perdidit, ſed oēs poſteros ſuos tam feris credito/ribus obnoxios ſic reliquit? O dura hæreditas, ac cru delis: o miſeri, quibus nec adipiſci libuit, nec renun/
„ tiare licuit nos hæredes. Audi quod ſequit̃. Et ita in
„ omnes homines mors tranſiuit. Sed ne iniuſtū for te uideatur, cur per unum in omnes, quia omnes per unum: per eum te deteſtaris eſſe damnatū, per quē te editum eſſe gloriaris in lucem. Sed dicis, ſi generi debeo ꝙ natus ſum, nunquid & crimini? ut ante me reū faciat natura, q̄ culpa? Huic quæſtioni tuæ mox
„ qui ſequitur Apoſtoli ſermo reſpōdet, dicendo. In
„ quo omnes peccauerunt. Si in illo omnes peccaue/runt, merito per illum omnes ſuſcepere ſupplicium.
„ Sicut per unum hominem in hunc mundum pecca/
„ tum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes
„ homines pertranſiuit: in quo omnes peccauerunt. Siue in homine, ſiue in peccato: per illum, & in illo omnes peccauerunt. Non ergo peccatum uerſum eſt in naturam, ſed dum peccatum mortem ingerit, pœ nam ſibi debitam exigit per naturam. Deus Naturā ita fecerat, ut homines crearet ad uitam: quæ tamen dum morti nolens generat, illi ſe peccato fatetur ob noxiam, cuius pœnæ deſeruit inuita. Nam quis iſta ſentiat fratres? ꝙ extingui uelit natura partus ſuos? & germina ſua tam chara uelit necari? Sed dum in/

gemiſcit, & condolet: amiſſam ſuſpirat,et deſiderat recipere libertatem.Sed per quem receperit Iohannes primus ſignanter oſtendit: qui uiſo CHRISTO proclamat,& uociferatur dicens:Ecce agnus Dei,qui tollit peccatum mundi.Peccatum mundi hoc eſt fratres,quod per unum hominem Apoſtolus itraſſe teſtatur. Gaudete ergo fratres,quia peccatū quod nos graui pondere deprimebat ad tartarū,a CHRISTO ſublatum eſt:et in tartara iā demerſum:& nos, quos morti culpa primi parentis addixerat, ſecundi,& diuini parentis gratia a pœna reuocauit ad uitam.Saluari ergo ſine CHRISTO homo non poterat: quia totius mundi peccatum ante ipſius permanebat aduentum. Sed tu quod per CHRISTVM iuſtificaris, amplecteris:& quod per Adam damnatus es,tu refutas: & alterius tibi pœnam obfuiſſe conquereris,qui tibi conſpicis alterius ſubueniſſe iuſtitiam. Nunquid non in ſemine tota arbor? uitium ergo ſeminis uitium eſt totius arboris. Si ſibi ipſa per ſe natura ſubuenire potuiſſet,nunq̃ eam ad reparandum in ſe auctor ipſe ſuſcepiſſet. Ad uitam eam creatam credis, qui adhuc eam per auctorem dubitas eſſe reparatam? „ Vſque ad legem enim, inquit, peccatum erat „ in mundo. Vſque ad legem cum audis,uſque ad finem legis, hoc eſt uſque ad aduentum Domini no„ ſtri IESV CHRISTI accipe. Quia peccatum „ non imputabatur, ait, cum lex non eſſet. Et quando lex non fuit, quæ cum ipſo homine cœpit? Si lex non fuiſſet, Adam præuaricator utique non fuiſſet: „ ſicut idē aperit Apoſtolus,cum dicit. Sed regnauit „ mors ab Adam,uſque ad Moyſen. Vterq; legem acceperāt: ſed Adam mox præuaricatus eſt ut accepit: Iohā.1.

Digitized by Google

Moyſes præuaricatoribus promulgauit acceptam, dicente Apoſtolo. Lex p̃uaricationum cauſa poſita eſt.
Gal. 3. Regnauit ergo mors per legem, quia grauius p̃uaricatores, q̃ peccatores, et non tantũ parentis uitio, ſed
„ ſuo iam lapſos facinore, ſæua deuorauit. Sed regna
„ uit, inquit, mors ab Adam uſq; ad Moyſen, etiã i eos
„ qui nõ peccauerunt in ſimilitudinem p̃uaricationis
„ Adæ. Quia non tantum magnos, ſed deuorabat et paruulos: et non tantum noxios, ſed et deuaſtabat innoxios: innoxios dico a culpa propria, non parentis. Et hinc grauius erat lamẽtãda conditio, quia eius parentis ſoluebat pœnã, cuius uix uitam deguſtarat infantulus: et luebat peccatum mundi, qui mundũ cognitum non habebat. Acquieſcamus ergo fratres, ꝙ per unum, et unius delicto mors regnauerit, ſi oẽs p̃ unũ abſolui deſideramus, et eſſe per CHRISTVM: quia qui uiuit CHRISTO debet, non ſibi: et Adam ꝙ moritur id debebit.

IN VERBA EIVSDEM. SI ENIM VNIVS DELICTO MORS REGNAVIT PER VNVM: ETC. SERMO. CXII.

SI quis poculum aquæ frigidæ ſitienti porrigit uiatori, aliquantũ quidẽ animum recreat æſtuantis: & humanitati plene ſuccurrit: non tamen penitus ſitim extinguit: ita & magnũ diuinæ ſciẽtiæ deſiderãtibus noſſe ſecretũ, noſter ſermo nõ ſufficit: qui ad præſens feſtinatiõi deſeruit, & tempori. Nam ſi ad humana perdiſcẽda tota hominis breuis eſt uita: qđ tẽpus ſufficere credimus ad intelligẽtiã

poſſe diuinam? Date ergo ueniã fratres, ſi intra punctum temporis,& horæ unius uix momentũ obſcura lucidare,clauſa reſerare,firmare dubia,profunda cõtingere,tot ſæculorum ineffabile ſacramentum per omnem modum aperire nõ poſſum,& eloqui: ſi uel caute æmulis, ſecure filiis, credentibus confidenter, conſtanter incredulis nõ ualemus. Verũ quia hodie Apoſtolicus ſermo claro ſe lumine ſenſibus audientium totus infudit,nec quicq̃ catholicis mentibus reliquit ambiguum,cum dicit. » Si enim unius delicto mors regnauit per unum. » Rom. 5. Declamandi ſtudium ſeponentes,tota ſimplicitate ipſis Apoſtolicis eloquiis innitemur: ut uerum ſcire cupientibus nulla ſermone noſtro generetur obſcuritas. » Si enim unius delicto,ut dicit,mors regnauit per unum. » Quare mortem ab uno, & primo homine eſſe poſteris acquiſitam inſinuare, & approbare Euangelica laborat auctoritas? et quamuis ſufficiat illa ſentẽtia, quæ dicit: Deus mortem non fecit: Sap. 1. quare eam tam trucẽ,tam crudelem,tam immitem nonnulli a Deo uelint eſſe conditam,ſcire non poſſum.Nemo ſine piaculo æſtimat,tam pium,tam bonum Deum, mortem creare potuiſſe: cuius uniuerſus mundus dolore continuo, gemitu, lachrymis accuſat, et deteſtatur auctorem. Si mors etiam penes homines eſt criminum pœna, quo auſu cõcreata homini,et pene ante creditur innocenti a Deo inſita eſſe,q̃ uita? Sed audiamus Apoſtolum. » Si enim unius delicto mors regnauit per » unum,multo magis abundantiam gratiæ, et dona» tionis, et iuſtitiæ accipientes, in uita regnabunt per » unum CHRISTVM Dominũ noſtrũ. Ecce unum, et unum: Adam,et CHRISTVS. Per illius peccatum

regnauit in mortem: per iſtum gratia regnauit in uitam. Deniq; duo hæc principia uitæ, et mortis, abſolutionis, et pœnæ, deſideratæ libertatis, et dánationis extremæ, is qui ſequit ſermo Apoſtoli aperit, et declarat. Igit ſicut per unius delictú i oés homines in cōdénationé: ita et per unius iuſtitiá in oés homines in iuſtificationé uitæ. Per unú et unú, aut mors regnat, aut uita cōcedit. Quid hic ergo addere ſermo
+ poſſit interptis? quibus adiunges ſilentiú oís æmulorú ſuccúbit intétio. Per unius delictú in oés hoíes in condénationé: ita & per unius iuſtitiá in oés hoíes in iuſtificationé uitæ. Sicut fonti fluuius, ſic fructus ſemini, ita origini deſeruit, aut addicta, aut erepta poſteritas: ſicut ex his quæ adiecit Apoſtolus plenius approbatur. Sicut enim unius hominis inobediétia peccatores conſtituti ſunt multi, ita unius obedientia iuſti conſtituentur multi. Sit homo peccator, ut ſit Deus iuſtus: quia reatus redundat ad iudicem, ſi pœna percellit innoxium. Et ideo dixit. Sicut per unius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi. Vt ſcirent ſe eius culpæ fuiſſe participes, cuius pœnæ ſocios ſe eſſe perſentiunt. Sed iam quid lex profuerit atteſtante Apoſtolo audiant legis amatores. Lex autem, inquit, ſubintrauit, ut abundaret delictum. Ecce, ut Apoſtolus dicit, Non imminu-
Rom. 5. tionem delictorum lex fecit eſſe, ſed copiam: non per ſe fratres, ſed per eum, qui legem per imbecillitatem ferre non poterat. Non magnitudo lucis hebetat oculos, quæ ſolis a Deo creata eſt oculis, ſed oculorum infirmitas lucis totam ſuſtinere non poteſt, & ferre claritatem: ita & lex, fratres, quæ per ſe

ſatis iuſta erat, & ſatis ſancta, dum ab homine fra/
gili ſeueram exigit diſciplinam; magis magiſque
onerauit, & prodidit delinquentem. Et hoc quare fra
tres ut per gratiam, & ueniam conditoris rediret
ad uitam, qui per tumorem, & ignorãtiam, cum ma
le de innocentia gloriaretur in debitum parentis de
ducebatur, & pœnam. Morbus igitur latebat occul/
tus, per quem omnium ſecreta medullarum, & uena
rum meatus in ipſorum uitalium tendebant exitiũ: l. idẽ iudi
et quandam σύγκρισιν in omnibus generabant inter ciũ. hoc ẽ
nis. Venit lex quæ & uulnus proderet, et tandem ue/ oia iterio
tuſto languori ſupernum aduenire medicum nun/ ra ſimilli
tiaret. Venit lex quæ mandatorum fomentis in cu/ ter erant
tem produceret, quod in altum lethaliter ſæuiebat. affecta.
Venit lex ut gladio præceptorum uelut apoſtema
longi temporis aperiret: et collectam diu ſaniem
ſalutaris ſubinde ſiccaret effuſio. Nec tamen per ſe,
fratres, aut uulnus claudere, aut ægrotanti perfectam
addere ualebat ipſa ſanitatem. Quod ubi uidit ægro
tus, & tandem ſtatum ſuum miſerandus agnouit, cœ
pit tendere feſtinus ad medicum: ut quod per legem
proditum, & per ipſam diu fuerat ampliatum, tanti
medici peritia curaretur, & gratia. Ampliatum uul/
nus dicimus fratres, quia poſt inciſionem, putredo,
fœtor, horror, uexatio ipſi uulneri abſciſione gene/
ratur: & fit per curam deterior miſerandi facies ipſa
languoris, q̃ fuerat ignoranti periculum cum late/
ret. Venit ergo medicus: et iam feſſo curis, et curatio
nũ uexationibus perdefeſſo ſolius uerbi auctorita/
te ſubuenit. Sicut Centurio ille cõfitetur, cũ dicit. Dic Mat. 8.
uerbo, et ſanabit̃ puer meus. Et ĩpleret illud Prophe/ ps. 106.
ticũ, Miſit uerbũ ſuũ, et ſanauit eos. Et ideo ſequitur.

» Vbi abũdauit peccatum, ſuperabundauit et gratia.
Ac ſi diceret, ubi dilatatũ eſt uulnus, ſupereffuſa eſt ſanitas. Nemo ergo ingratus ſit legi: quia quẽ ægrotantem, et iacentem inuenerat, leuauit; fouit: et ut ſaluti traderet, ipſum uſq; ad medicũ ſalubri exultatione perduxit; ut, ſicut dixit Apoſtolus,
» Quemadmodum regnauit peccatũ in mortem, ita gratia regnet
» in uitã æternam, per IESVM CHRISTVM Dominum noſtrũ. Gratia in uitam, peccatũ regnat ĩ mortem. Recta fides nõ mortem, nõ interitũ hominis auctori Deo deputat; ſed ſalutem. Mors ſit hominis, ſit peccati, ut uita creata, et reddita ſolum credatur eſſe per CHRISTVM.

IN VERBA EIVSDEM. QVID ERGO DICEMVS? PERMANEBIMVS IN PECCATO, VT GRATIA ABVNDET? ETC. SERMO .CXIII.

Beatus Apoſtolus quando interrogat, quãdo manifeſta perquirit, eos uidelicet obiurgat, et increpat, qui eloquia diuina ſua interpretatione corrũpũt: et inde concipiunt ſuffragia crimiuũ, unde aſſumere debuerant documenta uirtutũ: ſic.n. hodie cœpit.
Ro.6. » Quid ergo dicemus? permanebimus
» in peccato, ut gratia abundet? Superius dixerat fratres, ubi abũdauit peccatũ, ſuperabũdauit et gratia: et ideo ita exorſus eſt: ac pro illo diuino, et ſingulari magiſterio imperitis ſe uelut interrogatione participat: ut quæ ſunt prudentiæ cæleſtis plena eruditione reſpõdeat. Si.n. ubi abũdauit peccatũ, ſuperabun-

dauit & gr̃a, quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gr̃a abundet? Si prona eſt delinquētibus pietas, ſi gr̃a copioſa peccātibus, ſi iniuſtis amica lar/gitas eſt diuina, certe ſi futura bona malis p̃ſentibus acquiruntur, quid nobis uirtutū iter arduū? quid du rus obtinēdæ iuſtitiæ labor? quid inter malos iugis ſeruandæ innocentiæ cruciatus? augeantur humana facinora, ut bonitas cæleſtis exuberet: faciamus ma/ Rom. 3
la, ut dixit, ut ueniant bona: permaneamus ĩ peccato, ut gratia abundet. Ad hæc fratres idē qui interrogat
„ Apoſtolus ipſe reſpōdit. Abſit, qui.n. mortui ſumus
„ peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo? Cū dicit abſit, taliter intelligentiā inſipientiū execratus eſt, & ſenſum: ſi quidē medicus nō uulneri, ſed curæ profi/cit, & ſaluti: nec putredini, nec morbis, ſed ſoli cōgau det ille ſanitati: ita & Deus: qui pro magnitudine uul neris adhibuit magnitudinē, uigorēq; medicinæ: & nec peccato, ſed homini largitus ē gratiā: nec ad mul tiplicanda, ſed ad delēda delicta imbrē ſuæ pietatis effudit. Nemo, nemo ſic de ægritudine gratuletur, ut uelit in uulnere permanere. Ingratus medico, inimi cus eſt curæ, qui ſemper curari æſtuat, nec unq̃ deſi/derat hic ſanari: & ita Dei gratiā ſuis cupit exuberare peccatis, ut ſibi cupiat peccata cumulari. Miſer qui ta li uoto reus eſſe contendit per ueniā. Fugiēda fratres dementia iſta eſt, fugiēda: quæ etiā poſt curā captiua tenetur amore morborū: recidiua.n. lethalis eſt ſæ/
„ pius ægritudo. Quod autem dixit. Qui enim mor/
„ tui ſumus peccato. Præſentis temporis loquitur hic figuram: quia mortuos nos dixit eſſe peccato, nō no bis iam ĩ toto mortuū dixit eſſe peccatum: quia & ſi peccatū ipſum actu operis ſanctis, & fidelibus eſt de/

ſunctú;uiuit tamen :& adhuc in noſtrã deſæuit mor/
tem:tunc autem peccatú ipſum morietur ĩ nobis, cú
i.Cor.15 corruptibile hoc induerit incorruptioné:et mortale
hoc induerit imortalitaté, et factus fuerit ſermo qui
ſcriptus eſt: ubi eſt mors aculeus tuus? ubi eſt ĩferne
uictoria tua? Aculeus autem mortis peccatú eſt: ui/
uit auté peccato, qui eius, ſicut in conſequentibus di/
[illegible] cit, concupiſcentiis famulatur: et ſtimulis miſerãdus
inſeruit: qui obſecundat uitiis: qui criminibus ĩfelici,
et continua captiuitate ſuccúbit: qui quod delicti eſt,
eſſe autumat hoc naturæ: et morbo, qui eſt accidens,
utitur uelut opere, et beneficio cõditoris. Et ideo ad
„ arguendú talium ignorantiam addidit, dicens. An
„ neſcitis, quia quicũq; in CHRISTO IESV bapti
„ zati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus? cõſepul
„ ti enim ſumus illi per baptiſmum in mortem. Au/
diant fideles, et intelligant, quemadmodum tridua/
na Domini ſepultura trina demerſione figuratur in
baptiſmo: et reſurrexiſſe cum CHRISTO, et ſi nec
dum corpore, uitæ iam nouitate congaudeant: ſitq;
totus homo uirtutum domicilium, qui receptaculú
„ fuerat ante uitiorum. Vt, ſicut dixit, Quomodo
„ CHRISTVS ſurrexit a mortuis per gloram pa/
„ tris, ita et nos in nouitate uitæ ambulemus. CHRI/
STVS quicquid ſuarum uirtutum eſt refert ad glo/
riam patris: et homo, cuius ſuum nihil eſt, ſibi uendi
care quod per CHRISTVM reſurrexerit elabo/
„ rat? quod autem dixit, In nouitate uitæ ambule/
„ mus. Quæ ſuperius diximus illa confirmat: ut ſi nec
dum hoc corpore, uita tamen iam totus immutatus
incedat: intelligat ſe, et dominetur elemétis, qui ele/
mentis hactenus per ignorantiã ſeruiebat: largiatur

Digitized by Google

ſua per gloriam, qui prius turpiter furabatur aliena: et qui carnis exercebat illicita, cõtemnat etiam licentias corporales: et qui innocentiam hactenus impie moliebatur extinguere, pro inocẽtia glorioſus ipſe moriatur. Et quid plura? ſi ex uetere homine iam nouus effectus eſt, uitiorum gurgitem in fontem cõmutet ipſe uirtutum. Vſque ad finem autem lectionis hoc ingerit beatus Apoſtolus, hoc demonſtrat: illum poſſe cum CHRISTO uiuere, illum regnare cum CHRISTO, qui reſurgentis CHRISTI innocentiam ſequitur: imitatur uitam: implere nititur ſanctitatem, quum dicit. ,, Vt deſtruatur corpus ,, peccati. Deſtruatur, fratres, actu, non ſubſtantia: opere, non figura: quia peccato, non Deo uult hominem ,, perire, qui ait. Exiſtimate uos mortuos eſſe pecca,, to: uiuere autem Deo. Et ſupernæ libertati, fratres, reſtituere hominem tota pietate cõtendit, qui dicit. ,, Non regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. ,, Et iterum. Peccatum uobis non dominetur.

Non dixit, non ueniat ad uos, non dixit non
prouocet, nõ titillet, ſed non regnet: non
dominetur: confligat ad uincentis glo
riam: dimicet: et decidat triũphum
uictoris: et tandem ſe doleat
ipia peccati dominatio
a ſeruis quondã ſuis
tota ſecuritate
calcari:
et crudelis tyrãnus igemiſcat
ſubiectũ ſe ſuorũ pedibus captiuorũ:
et ad eorum triũphũ de quibus diu triũ
phauerat ſe ueteranus hoſtis perueniſſe deploret.

IN VERBA EIVSDEM. PECCAVIMVS, QVIA NON SVMVS SVB LEGE, SED SVB GRATIA ? ETC.

SERMO. CXIIII.

SIcut peregrinãti reditus ad propria
dulcis ſemper,et carus eſt:& uerna/
culæ domus ueſtibula ſunt gratio/
ſa poſt tẽpus:ita mihi poſt interual
la ſermonis ad Apoſtolicarũ ſeriẽ
lectionũ ſuauior eſt recurſus.Si qui
dem a propoſito dicendi ordine,et
cõtinuo tramite loquendi diſcedere nos ſæpe neceſ/
ſitas religioſa cõpellit:qa ſic doctrinæ ordo moderã
dus eſt,ut nõ modo aliud ĩpediat̃ ex alio.✝ Vnde qd
hodie btũs Apl̃s dixerit audiamus. Quid ergo ait?
Ro.6. ,, Peccauimus,quia nõ ſumus ſub lege,ſed ſub grã? Ab
ſit. Hæc interrogatio frẽs eorũ arguit ĩperitiã,qui le
gis cõſuetudine captiuati, grã bñficio neſciunt ſenti
re uirtutes:et quos pceptorũ legaliũ ſeries pdidit cõ/
tumaces,eos ſola munerũ cõmoda,et feſtiuitatũ põ/
pa obſeruatiõibus uanis fecit,et reddidit obſtinatos:
et cũ legẽ tẽpus excluſerit,quid cultor legis a lege fa
ciet abdicatus? Iudæe quid habes qd nõ pdidiſti? ſi
aũt perdidiſti:qd gloriaris quaſi nõ perdideris? ubi ẽ
tẽplũ? ubi eſt ſacerdos? ubi ſacrificiũ? ubi ĩcẽſum?
ubi purificatiões tuæ? ubi ſolẽnitatũ tuarũ nõ omit/
tenda deuotio? Sed ut ſis Iudæus merito circũcide/
ris:qa bonis oĩbus abſciſus es ſupradictis:ſcriptũ ẽ.n.
Deu.27 Maledictus oĩs qui nõ pmãſerit in oĩbus q̃ ſcripta ſũt
ĩ libro legis.Si maledictus ẽ q in uno offenderit,quo
tiẽs maledictus ẽ q nihil ex oĩbus pbabitur effeciſſe?

Peccauimus,ait,quia nõ ſumus ſub leg[e],ſed ſub gra/
tia? Ac ſi diceret Fratres, Peccauimus, quia in cu/
ra non permãſimus iam ſanati. Peccauimus. Quia
ignem, ferrũ, medicamenta reliquimus iam curati.
Infelix æger, qui poſt curã non uult curare tormen/
tum.Et quid plura fratres? Nunq̃ curat, qui infirmã
tis quærit,& expectat arbitriũ. Nam cum ex humore
frigido ſemper ignis ſuccẽdatur in corpore: & rigor
nimius dum mẽbra uexat,& concutit,acrius ipſe effi
cit,& gignit incendium:ita ægrotus ad augendã flã/
mã quæ ſuis ſemper æſtuat, & anhelat in uenis, dari
ſibi aquam frigidã impatienter expectat, neſciens ꝙ
tunc calor calore reſtinguitur: frigore nutritur incẽ
dium.Lex ergo dum hominis ſemper expectat, & ſu
ſtinet uoluntatem,neo tamen homo peccati ſarcina
præpeditus ſufficere legalibus præualet obedire mã/
daris:cultorẽ ſuum lex non abſoluit a peccati uincu/
lo,ſed crimine præuaricatiõis obligat.Et ideo addi/
dit dicens. Neſcitis ꝙ cui exhibuiſtis uos ſeruos ad
obediẽdũ,ſerui eſtis eius cui obediſtis, ſiue peccati
ad mortẽ,ſiue obeditiõis ad uitã? Quid eſt fratres,
quod cũ de lege loqueretur hominẽ prodidit ſeruũ
fuiſſe peccati? Siue peccati,ait,ad mortẽ,ſiue obedi
tionis ad uitam. Quia ſuperius dixerat:peccatũ uo/
bis non dominetur:non.n.eſtis ſub lege,ſed ſub gra/
tia. Qui ergo ſub lege ſunt peccati deprimuntur,et
incuruantur imperio:nec poterunt miſeri de pecca/
ti turpiſſima ſeruitute niſi gratia manumittente libe
rari. Gratias autem ago Deo,dixit,quia fuiſtis ſerui
peccati. Sic gratias agit, quaſi qui congaudeat ho/
minem ſeruũ fuiſſe peccati? abſit. Gratias agit,non
quia ante ſerui fuimus domini tã crudelis, ſed quia

ei iam non ſumus ſubiugati, ſicut ex ſequentibus id
„ ipſum manifeſtat expreſſius,dicens. Obaudiſtis aũt
„ ex corde in eam formã doctrinæ in quã traditi eſtis:
„ liberati autẽ a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Ob/
audiuimus fratres beneficio uocantis,nõ noſtro: qa
„ captiui ſic tenebamur arbitrio. Obaudiſtis autẽ ex
„ corde in eam formã doctrinæ. In quã ꝛ in Euãgelii
nẽpe:ubi nouo libertatis genere nõ eſt omiſſa ſerui/
tus, ſed mutata: quia melior eſt deuota famulatio,
„ quã uaga,& pͣſumpta libertas. Serui facti eſtis iuſti/
„ tiæ. Hæc ſeruitus fr̃es,non obligat,ſed abſoluit:non
onerat,ſed honorat:abſtergit ſeruitutis maculã,non
inurit. Quid hic rogo nõ diuinũ eſt ꝛubi ſeruitus pel
litur ſeruitute ꝛ ubi fugatur cõditione conditio ꝛ ubi
mors morte moriť ꝛubi perditio perditione ſanať ꝛ&
ut ꝓprie, ac breuiter dicať, ubi tota aduerſitas ipſius
aduerſitatis mucrone proſterniť ꝛ Quod autẽ dixit.
„ Humanũ dico propter ĩfirmitatẽ carnis uͣæ:ſicut.n.
„ exhibuiſtis mẽbra uͣa ſeruire ĩmũdiciæ,& iniquitati
„ ad iniquitatẽ,ita exhibete mẽbra uͣa ſeruire iuſtitiæ
„ in ſanctificationẽ. Magnitudinẽ pietatis oſtẽdit, cũ
Euãgelicã doctrinã ad tam humilia,& pene uerecun
da deponit exẽpla:ut ſanctitati tantũ, quantũ ĩmun/
diciæ,quantũ iniquitati,iuſtitiæ tantũ ĩponat, & ĩpe/
ret ſeruitutis. Abſurda fr̃es,atq; indecens uidetur cõ/
paratio,quæ tantũ gloriæ,quantũ turpitudini homi/
nẽ cupit eſſe ſubiectũ:ſed utinã uel tantũ: & quãdo tã
tum Deo,quantũ mundo,quando tantũ cælo,quan/
tum terræ,quando tantũ uirtuti, quantũ uitiis fragi/
litas humana famulatur ꝛ totus homo miſer ſic car/
ni deditur,ſic rebus pͣſentibus occupatur,ut nihil ĩ ſe,
quod futuræ uitæ,quod diuinis bonis deſeruiat dere

linquat. Illecebræ temporalis uim beatus Apoſtolus uno ſermone humanis cõſcientiis cõuenienter apta uit: cõuenienter expreſſit: ut tanta uitali pondere iu/ ſtitiæ uoluntate, pudicitiæ, ac mundiciæ humana mẽ bra ſeruiant, quãta uehementia, dementiaq́, turpitu dini, uitiiſq́ dederunt. Parua aut forte nulla exigit, ✠ qui cupit deuicta proprietate cõcedere: & adimit ex/ ✠ cuſationẽ, q poſſibilia ſibi, & uſitata præcipit ut repẽ ſari debere pro maximis. Da ergo homo Deo tantũ, quantũ carni, uitiiſq́ tribuiſti. Et quid eſt, q ante ui/ tiis, non Deo debeas te ipſum, quod a te Deus tuo tã tum utiq́ amore perquirit & ſequitur. „ Cum. n. ſerui „ eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ: nunc autem libe/ „ rati a peccatõ, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Ante ſerui peccati: nunc ſerui iuſtitiæ. Per Apoſtolum ecce ſuc/ cedit ſeruitus ſeruituti: contumax tu nunc tẽpus tuæ libertatis oſtende: peccatũ te ante mentiebatur libe/ rum, quem tenebat miſerande captiuum: nunc gra/ tia te uocat ſeruũ, quem ut uere faceret eſſe liberũ, Dei ipſius adoptauit in filiũ. Impleta ẽ ergo CHRI/ STI ſententia, qua dicit. Qui uult eſſe dominus, ſit Mat. 20. ſeruus. Beata eſt hæc ſeruitus, quæ dominationẽ ge/ nerat ſempiternam: illa enim libertas fructum pœ/ næ, & confuſionem nobis intulit nõ ferendam, ſicut dicit. „ Q uẽ. n. fructũ habuiſtis tunc in his, quæ nunc „ erubeſcitis: nã finis illorum mors eſt. Ecce qualiter manumittit, ecce quali præmio honorat illã diabo/ lus ſeruitutẽ: ut mors ſimul & uitã finiat, & inchoet pœnã: & qui CHRISTO ſeruiũt fr̃es, illuſa morte cũ ſtipendiis, ſanctitatis perpetuã transferuntur ad uitã: finis. n. CHRISTI non ſuſcipit finem; quia non inter ficit hominem finis iſte, ſed perficit.

Digitized by Google

SERMO
IN VERBA EIVSDEM. AN IGNORATIS FRATRES, SCIENTIBVS ENIM LEGEM LOQVOR: ETC.
SERMO. CXV.

POſteaq̃ Dauidicã citharam ſpiritualis intelligentiæ plectro, & modulatione tangentes, animos ueſtros, et corda pulſimus: intonantis quoq; Euangelii ad ſuſcitandos ſenſus ueſtros principia metuenda præbuimus: ad Apoſtolicũ magiſterium mox credidimus eſſe remeandũ, ut tripartitus ordo ſermonis Eccleſiaſticæ doctrinæ ſalutiferã teneat, et præbeat diſciplinã. Nam et cantilena a continuo labore relaxat animos, et Euangelica auctoritas mentes reparat, et exuſcitat ad laborẽ: et Apoſtolicus uigor tramite recto remoueri, et noſtros non ſinit ſenſus euagari. Hanc beati Apoſtoli per ordinem ſequi hodie reperimus lectionem. An ignoratis fratres, inquit, ſcientibus.n. legem loquor, quia lex dominatur homini, quanto tẽpore uiuit. Et inducit ſimilitudinem. Nã q̃ ſub uiro eſt mulier, uiuẽte uiro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt a lege uiri: igitur uiuente uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cum alio uiro: ſi autẽ mortuus fuerit uir eius, ſoluta eſt a lege uiri. Videtis fratres beati Apoſtoli magnũ cæleſtis magiſterii documẽtũ, queadmodũ legis tẽpora legalibus teſtimoniis aſſerit prætériiſſe: totãq; eius prærogatiuã miro cõiugii exinanit exemplo. Et merito lex carnali cõiugio cõparatur, quæ nõ obtinuit cum ſynagoga ſpirituale cõſortiũ. Nã cum accepiſſet eam ad obſeruãtiam diſciplinæ, ad ſancti

Rom. 7.

germinis

germinis fœcunditatē, ad augmētum pudoris, ad cuſtodiam caſtitatis, ad ſuperni thalami ſacrum, reuerēdumq́ ſecretum, ad myſticā tori cæleſtis unitatē, repperit in ea totius meretricationis illuuiem. Occurrit.n. tanto uiro, id eſt legi, non cōpta moribus, non monilibus ornata uirtutum, non inceſſu grauis, non uere illo flameo uirginalis uerecundiæ operta uelamento: ſed laſciua oculis, ſoluta greſſibus, præuenta illecebris; & tota dolis, & ſimulationibus perfucata. Quam cū uir tantus uiſam iuſta indignatione deſpiceret, et eā procul a ſua ſocietate propelleret, atq́ toto execraretē iudicio grauitatis, illa nec deſpecta erubuit: nec contempta ſe correxit, nec reſipuit ſic repulſa: ſed tota præceps ad Idolorū lupanaria cōuolauit: et maluit ſubire fornicationis infamiam, atq́ adulterii crimen incurrere, q̄ maleplaciti habitus turpitudinem non habere. Vnde & merito eam beatus propheta deplorat dicens. Quomodo facta eſt meretrix Iſa. 1.
ciuitas fidelis ſion. Cuius adulteria quoque Ezechiel ſanctus toto pene uolumine perſcribit. Hinc eſt fratres q́ cum in Euangelio a ſcribis, & doctoribus le- Ioā. 8.
gis apud Dominū iſta accuſaretur adultera, auertit faciem ſuam Dñs, & declinauit in terrā: ne crimē cerneret quod puniret: et maluit fratres in puluere ſcribere ueniam, q̄ dare in carne ſententiā. Hanc Apoſtolus adulteram ad CHRISTI nititur reuocare cōſortium: nec patitur priſtini lapſus timore tardari, quæ uiuente uiro merito extitit adultera, quia fuit cū alio uiro: nunc uero non deſerit legē, quæ ad legis recurrit auctorem: ſed moritur legi legalibus addicta ſententiis, ut uiuat gratiæ, & reſurgat per ueniā, quæ fuerat interempta, et mortificata per legē. Deniq́ cū eā

Ee

a maritali iure defuncto uiro aſſerat abſolutã, ipſam
potius, nõ uirũ, in ſequẽtibus defunctã eſſe teſtat̃: q̃a
nõ lex hoĩ, ſed hõ morit̃ legi: nec mãdatũ p̃terit, ſed
mãdato deficit ille q labit̃ a mãdato. Audi qđ ſeq̃t.
„ Itaq; fr̃es mei et uos mortificati eſtis legi. Nunq̃d di
„ xit, mortua ẽ uobis lex? Et uos mortificati eſtis legi.
„ Et bene addidit. Per corpus xp̃i. Quia lex reũ aſtrin-
git: arctat obnoxiũ: punit, et interficit criminoſum.
Qui ergo p corpus xp̃i ab oĩ crimine exẽptus eſt, et
erutus, feliciter morit̃ legi: ut inocẽtiæ uiuat, & gr̃æ.
„ Vt ſitis, inquit, alterius q ex mortuis reſurrexit. Alte
rius. Alter ipſe effectus ẽ, cũ noſtrã corruptionẽ in
incorruptionẽ mutauit: et mortalitatẽ imortalitatis
„ trãſuexit ad gloriã. Vt fructificemus, ait, Deo. Cõſor
tes cæleſtis naturæ p xp̃m nõ terræ, ſed Deo: nõ mor
ti, ſed uitæ: et Deo fructũ aſſerit deferri, nõ carni.
„ Cũ.n.inq̃t, eſſemus ĩ carne, paſſiones peccatorũ q̃ per
„ legẽ erant operabant̃ in mẽbris nr̄is, ut fructificare
„ mus morti. Cũ dicit, Cũ eſſemus, præteritũ tẽpus in
dicat: dum in ſola carne poſiti, imo magis expoſiti, q̃
carni ſunt tantũ ſapere, facere, uelle cogebamur: iux
Rom. 8. ta illud Ap̃li. Qui in carne ſunt Deo placere non poſ-
„ ſunt. Cũ.n.eſſemus, inq̃t, in carne, paſſiones peccato
Mat. 6. „ rum q̃ per legẽ erant. Dicã ſicut dictũ eſt a Dño. Si
lumen qđ in te eſt tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quãtæ?
Si per legẽ paſſiones peccatorũ mẽbris dñant̃ huma-
nis, q̃d ipſæ per ſe faciunt paſſiones, q̃ naſcẽti mox ho
mini infeliciter, & pœnaliter obſecundãt? Cũ taliter
naſcentẽ, generatũ taliter, angores deprimũt: urgẽt
pericula: afficiunt pœnæ: paſſiones ſunt, fratres, per
quas infirmatur infantia: pueritia trahitur: adoleſcẽ-
tia inſanit: iuuẽtus, & ſenectus multis luctibus cumu-

lantur:ipſæ ſunt quæ totã hominis uitam inimico cõturbante comitãtur ad lapſum:quas lex dũ prohiberet,admonuit:dum diſcuteret,ampliauit:dũ accuſaret,reddidit cariores:et q̃ per ignorantiam latebãt, fecit eſſe per ſciẽtiã notiores. Et ſicut per falcẽ ſpinæ magis dũ ſuccinduntur accreſcunt:ita dum reſecantur per legẽ,pullulant paſſiones:quia intrinſecus uelut in radice carnis fixæ ſolidant.Lex extrinſecus culturã fidei habet ſatis iuſtã,nec proficit:unde et ad frugem mortis ipſum ceſpitẽ humanæ carnis ſua excitatione perducit. Paſſiones,inqt,peccatorũ q̃ per legem erant operabant in mẽbris noſtris,ut fructificaremus morti. Inſtrumẽtũ quod ad uitã erat,ad frugem mortis ſibi in nobis uẽdicant paſſiones. Sauciati ergo taliter p CHRISTI grãm a lege mortis abſoluimur:et Spũm ſanctũ percipimus intrinſecus,debellatorẽ,uictorẽq; uitiorũ, ut paſſiones forinſecus excluſæ pulſent,tentẽt,prouocẽt, ſed cõcidant ad noſtrorũ gl'iam triũphorũ.Nobis, nobis cupit uincere, qui cũ dñaret,nobis dignatus ẽ militare, ſicut dixit. ✠ Ergo ſeruiamus in nouitate ſpũs a carnis ſeruitute iam liberi:qa uera dominatio eſt famulatus Dominicæ ſanctitatis:nã & uetus homo, et uetus litera totam corrupit,& perdidit diſciplinam.

IN VERBA EIVSDEM. QVID ERGO DICEMVS? LEX PECCATVM EST? ABSIT: ETC. SERMO. CXVI.

QVotiẽs diuerſo gñe,ſed uoce cõſona myſtica reſonat cãtilena,mira dulcedine paſcit,& delectat auditũ:ita cũ uario mõ, ſed uno ſpũ, eodẽq; ſenſu,diuina,& cæleſtis doctrina de

promitur, libentius, et cũ ſuauitate maxima Euangelicæ ſcientiæ pãdit, & aperit ſacramentũ. Et ideo poſt Propheticam melodiã, et uirtutum CHRISTI ſtupẽda miracula, ad Apoſtolicarũ redeamus ordinẽ lectionum. Talis ergo hodiernæ extitit continentia lectionis.

Ro.7. „ Quid ergo dicemus? lex peccatũ eſt? Abſit.
„ Sed peccatũ non cognoui niſi per legẽ: nam concu
„ piſcentiã non ſciebam, niſi lex diceret: Non concupi
„ ſces. Occaſione autẽ accepta, peccatũ per mandatũ
„ operatum eſt in me omnẽ concupiſcentiã. Audiſtis fratres, quo morbo ſine CHRISTO laborauerit humana cõditio: q̃ captiua ſine Dei gratia fuerit humana fragilitas: quæ lege, quæ mandatis nõ prohibebatur, ſed armabaẽ ad crimina: quæ ob hoc audiebat, ob hoc cognoſcebat, non ut uinceret peccata, ſed faceret.
„ Peccatũ non cognoui niſi per legem. Vitia non noſſe felicitatis eſt: noſſe periculi: uiciſſe uirtutis eſt. Rex nobilis, et fortis hoſtibus ſuis lõgius occurrit, et ita præuenit ingruentiũ dolos, ut deiici nequeat fides militũ: ciuium nequeat conturbari conſtantia: ſic modo generoſus animus per CHRISTI gratiam corporis ſui tranſgrediẽ miſerãdas anguſtias, et ita totus delicta præuenit, proculcat uitia, et crimina tota internitione proſternit, ut nequeãt fucis ſenſus fallere: dolis ingenium deprauare: tumultuationibus miſera, imbecilla corda diſſoluere: ardore, ſanguinibus, fumantes occaſiones incendere: uario paſſionum genere mẽbra naturaliter infirma uexare. Quod ignis aridæ ſegeti, hoc uitia corpori ſunt humano: quæ ſola ſecurius ſeparatione uincuntur: necãtur ignorantia: & neſcita feliciter euaneſcunt: nam ſi ad mentẽ, & ſenſus peruenerint, ſi contigerint ani

mos,ſi ſemel membra penetrauerint,inextinguibile gignitur,et exaltatur incendiũ: et niſi unda cæleſtis corda rigauerit,mentes infuderit, membra madeſceerit,totum quod eſt roboris humani ſubditur, & redigitur in fauillam. Lex,inquit,peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legem. Ac ſi diceret. Aurum auaritia non eſt,ſed auaritiam non cognoui niſi per aurum. Vinũ ebrietas nõ eſt, ſed ebrietatem non cognoui niſi per uinum: Pulchritudo corporis non eſt concupiſcentia, ſed formæ decus cõcupiſcentiæ me rapuit,& perduxit ad lapſum: ſic ergo ipſa per ſe mala non ſunt,quæ a Deo ad utilitatẽ, ad ſalutem,ad gratiam ſunt creata,ſed per ea delinquẽdi datur occaſio. Ergo auaritia aurũ accuſat: ebrius uinum: laſciuus, aut lepidus, formæ uult eſſe quod contigit ad ruinam: ita et lex quæ a Deo data fuerat ad ſalutem, quæ erat per ſe cæleſtis, et ſancta, facta eſt per hominem miſeri hominis ad ruinam: ſicut ex ſequentibus probat Apoſtolus,qui dicit. Itaq; lex quidem ſancta: et mãdatum ſanctum, et iuſtum, et bonum. Quod ergo bonum erat nõ intulit mortem,ſed peccatum,quod principaliter intulerat mortem: quod fragilem,quod imbecillem, quod humanam naturam pronã fecerat ad lapſus,et uitia. Quod latebat,& hoſtiliter humano craſſabatur in corpore, lex deprehẽdit: lex prodidit: dum admonet hominẽ de innocentia,de ſanctitate,de iuſtitia,de uirtute, de fide: dum arguit de uitiis,de delictis, de criminibus. Sed homo audire quidem cœpit uirtutes,cœpit uelle,ſed nõ attigit: cœpit deteſtari,ſed ſequi uitia: odiſſe delicta,ſed facere: horrere crimina; ſed implere: unde tarde ſe ſeruum captiuũ, ſe male rabiei ſenſit

Digitized by Google

addictũ:et cœpit clamare. Infelix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius? Cui reſpõde
tur. Gratia Dei,per IESVM CRISTVM Dominum
noſtrũ. Quo audito cœpit libertatem quærere per
auctorẽ,ſalutẽ per ueniã:uitam per ſolã ſperare gra-
tiam:nam diu ignorauerat unde eſſet difficilis inno
centia,unde laborioſa iuſtitia,anxia ſanctitas,uirtus
ardua,fides tota periculis plena:unde ſic tãtas copias
haberent delicta:unde crimina dum ſucciduntur, in
creſcunt:uirtutes deficiunt,dũ coluntur.Lex aperuit,
lex docuit,lex tota luce monſtrauit, crimina per pec
catũ;uirtutes per Deũ in humanis ſenſibus,in huma-
na mente dominari:nec poſſe ante ſuperari delicta,
q̃ delictorum fuerit auctor extinctus:quod eſt pecca
tum,quod CHRISTVS abſtulit: atteſtante Iohanne
Ioã.1. cũ dicit,Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccatũ mũ-
di. Sine lege enim,inquit,peccatũ mortuũ erat:ego
aũt uiuebam ſine lege aliquando: ſed cũ ueniſſet mã
datum,peccatum reuixit:et ego mortuus ſum: et in-
uentum eſt mihi mãdatũ quod erat ad uitã, hoc eſſe
ad mortem:nã peccatum occaſione accepta per mã
datum ſeduxit me,et per illud occidit. Peccatũ mor
tuum erat,non quia non erat,ſed quia ignorabatur:
et proprie dictum eſt. Peccatum reuixit: quia erat ſe
pultũ in ignorantia noſtra:non mandatũ,ſed pecca-
tum per mandatũ reuixit,dum facit præuaricari qui
fuerat ante peccator:dum reum perficit etiã cõtuma
cem,deſertorẽ exuſcitat,et rebellẽ. Vnde merito ho
mo iam tunc ſe exclamat mortuũ, quando ſe unde,
et quare,et per quem moreretur agnouit.Peccatum
fratres q̃ crudelis tyrannus ſit iã uidemus. Per man
datum ſeduxit me,& per illud occidit. Quia argu-

mentum ſalutis tetendit in laqueũ:quia curam fecit
eſſe languorem:quia inſtrumentũ ſanitatis exitiale
mutauit in uulnus:quia uitam ipſam in gladiũ letha
» le cõuertit. Per mandatum ſeduxit me; & per illud
» occidit. Vt qui ſibi iam quod eſſet occiſus, quid pro
uidere iã mortuus:nã qs poterat ſubuenire occiſo,ni
ſi xps,qui uitã reparauit occiſus? q talionẽ morti red
didit p mortẽ,mortẽ peremit:atq; eã ꝑdidit cõtuma
cẽ:q incubare iuſſa pœnis reorũ,attentare auſa eſt ip
ſum iudicẽ:inuadere ipſum innocentiæ pſumpſit au
ctorẽ:unde merito mors mors tua eſt: et in me non
ego uiuo,ſed uiuit,agit,regnat,iperat CHRISTVS.

IN VERBA EIVSDEM. FACTVS EST PRI- MVS HOMO IN ANIMAM VIVEN- TEM: ETC. SERMO. CXVII.

DVos homines btũs Apſs hodie rettulit
humano generi dediſſe principiũ, Adã
uidelicet,& CHRISTVM: duos hoĩes
pares corpore,ſed merito diſpares:cõ-
page mẽbrorũ tota ueritate pſimiles;
» ſed ipſo ſui pricipio tota diſſimiles ueritate. Factus ẽ, 1.cor.15.
» inqt, primus hõ Adã i aĩam uiuẽtẽ:nouiſſimus Adã
» in ſpũm uiuificãtẽ. Ille primus ab iſto nouiſſimo fa
ctus ẽ,a quo ẽ et aĩam cõſecutus ut uiueret, hic ẽ ipo
ſe figuratus auctore, q uitã nõ expectaret ab altero,
ſed ipẽ uitã ſolus oĩbus largireť:ille uiliſſimo plaſma
tur ex limo,ex utero pcioſo Virginis hic ꝓcedit: in il
lo terra mutať in carnẽ,in iſto caro ꝓmoueť in Deũ.
Et qd plura? Hic eſt Adã,qui ſuã tunc in illo cũ finge
ret imaginẽ collocauit.Hinc ẽ,qđ eius & pſonã ſuſci
pit,et nomẽ recepit:ne ſibi qđ ad ſuã imaginẽ fecerat

deperiret. Primus Adam, nouiſſimus Adam: ille pri
mus habet initium, hic nouiſſimus nõ habet finem.
Quia hic nouiſſimus uere ipſe eſt primus: ipſo dicẽ
Iſa.48. te. Ego primus, & ego nouiſſimus. Ego ſum pri-
mus, eſt ſine initio: Ego nouiſſimus, utiq; ſine fine.
„ Sed non prius, inquit, quod ſpirituale eſt: ſed qđ ani-
„ male, deinde quod ſpirituale. Prius utiq; terra, quã
fructus, ſed nõ tam pretioſa terra, quam fructus: illa
gemitus exigit, & labores, hic ſubſtantiã largitur, et
uitam. Merito Propheta de tali fructu gloriatur di-
Pſal.84. cens. Terra noſtra dedit fructum ſuum. Quẽ fructũ?
ps.131 illum nempe, de quo alibi dicit. De fructu uentris tui
„ ponam ſuper ſedem tuam. Primus homo, ait, de ter
„ ra terrenus: Secundus homo de cælo cæleſtis. Vbi
ſunt qui cõceptum Virginis, uirginis partum, mulie-
rum partibus exiſtimant exæquãdum: cum illud de
terra ſit, hoc de cælo? hoc diuinæ uirtutis ſit, illud
infirmitatis humanæ? illud ſit in corpore paſſionis,
hoc totum ſit in tranquillitate diuini ſpũs? humani
corporis in quiete? Sanguis ſiluit, caro ſtupuit, ſopo
rata ſunt membra, et aula uirginis tota eſt in cæleſti
cõmoratione ſuſpẽſa, donec auctor carnis carnis ſu-
meret indumentum: et fieret homo cæleſtis, qui nõ
ſolum terrã redderet homini, ſed homini donaret
cælum. Virgo concipit: uirgo parturit: uirgo perma-
net. Ergo uirtutis eſt caro conſcia, non doloris, quæ
magis pariẽdo integritatis augmenta ſuſcipit: dam-
na pudoris ignorat: teſtis potius ſui partus exiſtit, q̃
nullas partus pertulit paſſiones: & ſacramentis cæle-
ſtibus interfuiſſe ſe noua mater miratur: quæ naſcen
tis ordinem intelligit humanæ conſuetudinis nil ha
bere: ſi Deum ſic naſci Magus fatetur munere, fatetur

dum adorat,aduertite quid ſentire, quid credere de
beat Chriſtianus.Sed qđ ſequitur audiamus. Qua/
lis terrenus,tales et terreni:et qualis cæleſtis, tales &
cæleſtes. Queadmodum non nati taliter, tales pote
runt inueniri ꝛ non manẽdo quod nati ſunt: et quod 1.Cor.15
renati ſunt permanendo. Hinc eſt fratres, ꝙ uirgi/
neum fontis uterum cæleſtis Spiritus arcana lumi/
nis ſui admixtione fœcundat: ut quos origo limo/
ſæ ſtirpis profuderat ſub miſera conditione terre/
nos,cæleſtes pariat: et ad ſimilitudinem ſui perdu/
cat auctoris.Ergo iam renati,iam reformati ad no/
ſtri imaginẽ creatoris, quod præcipit Apoſtolus im
pleamus. Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni,
portemus et imaginẽ cæleſtis. Fuerit neceſſitas qđ
de terra cõcreti cæleſtia aſpirare nequiuimus: quod
de concupiſcentia nati concupiſcentiã nõ ualuimus
euitare:quod illecebris dñantibus acquiſiti,coacti ſu
mus illecebrarum turpitudinem ſuſtinere: quod ſæ/
culi huius habitaculo recepti, captiui fuimus malis:
ad inſtar noſtri Dñi,ſicut diximus,iam renati, quos
utiꝗ cõcepit uirgo:uiuificauit ſpũs: portauit pudor:
genuit integritas:nutriuit innocẽtia: edocuit ſancti/
tas:uirtus exercuit:Deus adoptauit in filios: imaginẽ
totã tota ſimilitudine noſtri portemus auctoris:non
maieſtate qua ſolus eſt,ſed innocentia, ſimplicitate,
manſuetudine,patiẽtia,humilitate,miſericordia, cõ
cordia,qua dignatus ẽ nobis fieri,et eſſe cõis. Ceſſet
uitiorũ pruritus peſtifer:delictorũ lethalia blãdimẽ
ta uincantur:execrandus furor criminum cõprimat̃
origo:diſcutiatur a ſenſibus caligo tota põpæ ſæcula
ris:abiiciatur a mẽtibus mũdanæ cupiditatis illuſio:
appetatur paupertas CHRISTI,quæ diuitias in cæle

ſtibus poſſidet ſempiternas:tota ſanctitas animæ cu/
ſtodiat,& corporis:ut nó magnitudine,ſed actu ima
go creatoris nr̄i portet,et clareſcat í nobis. Affirmat
„ qđ diximus Apl̄s,cú dicit. Hoc aût dico fratres,qa ca
„ ro,& ſanguis regnum dei poſſidere nó poſſunt. Ecce
qúo carnis reſurrectio prædicat, qa ibi caro poſſide
bit a ſpû,non caro ſpûm poſſidebit,ſicut ex ſequenti
„ bus eluceſcit. Neq; corruptio incorruptioné poſſide
„ bit. Vides qa nó caro deperit,ſed corruptio: nó hő,
ſed culpa:non perſona,ſed crimen:ut homo in Deo,
et corá Deo uiuens,finem ſe delictorum tandé gau/
deat conſecutum. De reſurrectione proprius ſermo
proferendus eſt fratres:quia tranſcurſim, & in ipſo
uerbi fine,nó conuenit dici de eo,quod nos ad æter/
na tempora,perpetuam tranſmittat ad uitam.

IN VERBA EIVSDEM. NOTVM AVTEM VOBIS FACIO FRATRES EVANGELIVM: ETC. ET DE MORTE SERMO. CXVIII.

QVoniá tota ſpes fidei Chriſtianæ í Re
ſurrectione cóſtituta eſt mortuorum:
ne quiſq́ de ea auſus ſit dubitare, bea/
ti Pauli aſſerétis eá auctoritate, rebus,
exemplis,latiſſimá recitari uobis feci/
mus hodie lectioné: ad quá ſermo nr̄ quod adiicere
poſſit non potuit inuenire: ſed quia noſtri officii ue/
ſtra charitas ſemp exigit ſeruitutē, repetere hæc ea/
dé,inculcare uehemétius hæc ipſa, reſurrectionis ip/
ſius ardore geſtimus. Frēs ſemp de reſurrectione li/
bet dicere,iugiter dé reſurrectione delectat audire,
quia mori nunq̃ libet:uiuere ſemp delectat. Reſonet

ergo in ore nr̄o reſurrectio ſemp: ſemp reſurrectio
ad nr̄æ mētis trāſmittat auditū:ut mors, q̄ nr̄os ſem
per obſidet ſenſus, cū terrore ſuo, cū lamentis ſuis, a
nr̄is ſenſibus effugetur. Quia ſic agricola fructus ube
res, et exatiatas epulas cātat, ut iminentē uomeris la i.Cor.13
borē nō ſentiat, et ſudorē. Sic nauta portus modula-
tur, & lucra, ne undarū ruinas, ne maris diſcrimina p
timeſcat. Sic miles, ne uulnera metuat, ut gladios nō
primeſcat, p̄das pſonat, & triūphos. Vnde reſurrectio
nē mente, ore, oculis, aſpectet, cātet, cogitet Chriſtia
nus: ut totā mortis poſſit deſpicere, et calcare formi-
dinē. Mors ē fr̄es deſperationis dn̄a: icredulitatis ma
ter: germana corruptionis: inferni parēs: diaboli con
iux: oium maloꝝ regina, q̄ oē genus hoium tali or-
dine inexplebili impugnat: ut primū ſuſurratricē ſuā
Deſperationē p̄mittat talia ſuadētē. Hō cur tua pdis
tēpora: Ecce dn̄a mors tua uenit aiam tuā in nihilū
redigēs: carnē tuā putredine, oſſa tua uetuſtate cōſu-
mēs: ut te qui nō fuiſti anteq̄ naſcereris, faciat nō eſſe
poſt mortē. Redde ergo debita ante mortē, moritu-
rus cito, tibi, ætatibus tuis: da luſibus infantiā: da deli
ciis adoleſcētiā: da uoluptatibus iuuētutē: da ſenectu
tē mihi: ne ſine cauſa de ſpe cogites deſperatus. Poſt
iſtā mittit Incredulitatē ſuā filiā, ſic minātē. Quaſi nō
moriturus, q̄ſi euaſurus mortē, ſic de uita diſponis.
Hō, te decipit fides, tu fidei credis, q̄ ut tollat p̄ntia, fu
tura p̄mittit: et ut auferat q̄ ſunt ante mortē, neſcio q̄
inuiſibilia pollicet eſſe poſt mortē. Quis inde uenit
aut quis ſapiēs credit tot ſæculis promiſſa nec reddi
ta? O ſi manduces, & bibas: manduca et bibe, cras. n. Iſa.22.
morieris. Tertiam germanam nequitiæ ſuæ Corru-
ptionem tali dirigit cū furore: ut aſpectus hominum

inuadat:attrahat:occupet:p ſepulchra extremos oſtē dens carceres,ſuos iacere ibi demonſtrat imobiliter uinculatos:et ut omnes ſenſus hominis horrore to/ to,toto pauore cōturbet,effundit putredinē: eructat saniē:ſpargit fœtores:atq; ad unum corpus hominis innumeros carnifices ob ſe uermes dediſſe procla/ mat.Quare non deſperationi,quare non incredulita ti crederēt Chriſtiani? Hæc ſunt mortis bella:his du cibus,his conſiliis,tali conflictu captiuat,uaſtat,inter ficit omnes quos natura præſentē perducit ad uitā: ducit reges:trahit populos:gentes impellit: non diui tiis redimi,non flecti precibus,non lachrymis mol/ liri,nō uiribus unq̄ potuit iſta ſuperari.Errauere fra/ tres,qui de bono mortis ſcribere ſunt conati. Et qd mirum? tunc ſe mundi ſapientes magnos æſtimāt, et præclaros,ſi id quod eſt ſummum malū, hoc eſſe ſummum bonum ſimplicibus perſuaſerint: merito

Iſa.5. ſcriptura de iſtis dicit.Væ qui dicunt bonum malū, & malum bonum.Væ qui ponunt tenebras lucem,& lucem tenebras.Et reuera quem non iſti fallerent? quem non cæcare potuerunt? qui uiuere malū,mo/ ri bonum,incautis credere perfecerunt?Sed hæc,fra tres, ueritas ſubmouet:lux fugat:ipugnat fides:Apo/ ſtolus notat:CHRISTVS delet:qui dum bonum ui/ tæ reddit,malū mortis prodit:damnat: excludit: ſic

„ enim cœpit Apoſtolus. Notum aūt uobis facio fra/

I.cor.15„ tres Euangelium,quod prædicaui uobis,quod et ac/

„ cepiſtis,in quo et ſtatis,per qđ et ſaluamini: qua ra/

„ tione prædicaui uobis tenere debetis:niſi ſine cā cre/

„ didiſtis.Tradidi.n.uobis in primis,quod & accepi:qa

„ CHRISTVS mortuus eſt ꝑ peccatis nr̄is: et quia ſe

„ pultus ē:et qa reſurrexit tertia die ſecūdū ſcripturas.

Dei largitas uicturum,nō moriturū ditat: aut cui bo
» num accipit,ſi non erit ipſe qui accipit. In quo et ſta
» tis: Stat utiq; qui ſemper uiuit:quia moriturus ſem/
» per iacet. In quo et ſaluamini. Si quis moritur,pe/
» rit:ſaluatur uero ille qui ſemper uiuit. Qua ratione
» prædicaui uobis tenere debetis:niſi ſine cauſa credi/
» diſtis. Non ſolum,fratres,ſine cauſa credidit, ſed et
ſine cauſa uixit,qui ſe ad hoc ſolum natū credidit,ut
periret.Homo quid tibi oritur, quod non occidat?
quid tibi quod occiderit, non reſurgit? Dies mane
oritur: et iterum reſurgit in mane: ſero ſepelitur in
nocte, et iterū reſurgit in mane. Sol cotidie naſcitur:
cotidie moritur:reſurgit ipſe cotidie:tēpora dū tran
ſeunt,pereunt: dum redeūt,reuiuiſcunt.Vnde homo
ſi Deo non credis,ſi non acquieſcis legi,ſi non cōſen
tis auditui,uel oculis tuis crede:uel elementis reſur/
rectionē tuā tibi iugiter prædicātibus acquieſce. Cer
te ſi iſta longe ſunt inferiora q̄ in tuis manibus ſunt,
et de morte tuo opere ſuſcitantur,te poſſe Dei ope/
re doceant ſuſcitari.Vade ad ſemen Apoſtolo te do i.Cor.15
cente:tolle triticum aridū ſine ſenſu,ſine motu: duc
ſulcum:fodi terrā:fac ſepulchrum:ſepeli triticum: in
ſpice quēadmodum morte deperit: humore turge/
ſcit:putredine corrumpitur:et cū peruenerit ad totū
quicquid deſperatio,quicquid incredulitas,quicquid
corruptela tibi ſuperius ingerebat,tunc ſubito reui/
uiſcit in germine:in herba pubeſcit:iuueneſcit in cau
le:matureſcit in fruge:et ad illam totā ipſam, quā tu
periiſſe deflebas,ſpeciem reſurgit,et formā: ut te ho
mo triticū non tam doceat manducare,q̄ ſapere: nō
tā cogat laborare,q̄ credere.Reliqua nos taceamus,
quia et unde,& quādo,et quomodo,et per quē mors

Digitized by Google

uenerit,beatus Apl̃s plano,et ſatis lucido, ac diuino declarat eloq̃o. Hõ accipe fidẽ,q̃a gratis daſ: crede reſurrectionẽ,q̃a qui p̃mittit illã p̃tium nõ requirit.

IN VERBA EIVSDEM. NESCITIS QVOD HI QVI IN STADIO CVRRVNT: ETC. SERMO. CXIX.

BEatus Apoſtolus Paulus non ſolũ per doctrinã legis,ſed & ſæculi huius exẽplo ad coronã nos gloriæ cæleſtis hortatur: ſic.n.inter cætera ait,ut audiuit dilectio ueſtra. I.cor.9. Neſcitis,inquit,q̃ hi q̃ in ſtadio currunt,omnes quidem currunt, ſed unus accipit brauiũ? et addidit. Sic,inquit,currite,ut cõprehendatis. Secundum terrenum exemplũ multi quidem,ut ait Apoſtolus,in ſtadio currunt, ſed unus accipit coronam,id eſt ille qui melius currit:ita et in ſtadio uitæ præſentis multi quidem currũt, ſed unus accipit coronã.Currunt Iudæi per legẽ:currunt Philoſophi per inanẽ ſapientiam:currũt et Hæretici per falſam annuntiationẽ:currunt Catholici per ueram fidei prædicationẽ:ſed de his oĩbus unus coronã accipit,id eſt populus catholicus,qui recepto fidei curſu tendit ad CHRISTVM:ut ad palmã imortalitatis, coronamq; perueniat.Quapropter et Iudæi,& Philoſophi,et Hæretici in uacuũ currunt,quia nõ recto fidei tramite gradiuntur.Quid.n.prodeſt Iudæis currere per obſeruationẽ legis:qui CHRISTVM dñm legis ignorant?Currũt et Philoſophi per inanẽ ſapiẽtiam ſæculi,ſed ſuperfluus,et uacuus curſus ipſorũ eſt, qui ueram CHRISTI ſapientiã neſciunt: uera.n.ſapientia Dei CHRISTVS eſt,q̃ nõ ornaſ uerbis,nec luculẽ

Digitized by Google

ta orõne:ſed fide cordis agnoſcit. Currunt & Hære
tici p̃ uenenatá fidei ſuæ aſſertioné: currũt p̃ ieiunia:
currũt per eleemoſynam: ſed puenire ad coroná ne
queunt,qa nõ currũt:falſa.n.fides eorũ ueræ fidei gra
tiá accipere nõ meret.Manifeſtat hoc Apl's alio loco i.Cor.i3
cũ dicit.Et ſi diſtribuero oẽm ſubſtantiá meá paupe
ribus,et ſi tradidero corpus meũ igni ut ardeat,cha/
ritaté aũt nõ habeá,nihil mihi pdeſt.Nõ.n.habet cha
ritaté xp̃i,qui xp̃o nõ fideliter credit.Et iõ bene addi
„ dit Apl's dicẽdo. Sic currite,ut cõprehẽdatis. Curre
re ergo debemus fideli curſu in fide xp̃i , in mãdatis
Dei,in opibus iuſtitiæ,ut ad coroná æternæ uitæ per
uenire poſſimus.Deniq; quéadmodũ nobis currẽdũ
„ eſt,idé Apl's cõſequeter oñdit,dicẽdo. Ois,inqt, q in
„ agone cõtendit ab oibus cõtinés eſt:et illi qdé ut cor
„ ruptibilé coroná accipiãt,nos aũt incorruptibilé. Vi
„ de qbus nos Apl's exẽplis ad coroná pmiſſæ imorta/
litatis inuitat.In agone iſto terreno q uincere uolũt,
abſtinẽt ſe a cibis qbuſdá,a potu nimio: abſtinent ab
oi imunditia:ſub tãta caſtitate,ut étppria cõiugia nõ
reqrãt:nec aliter ſe uincere poſſe ſperant,niſi corpus
ſuũ caſtũ,pudicũq; ſeruauerint : et poſt tantũ laboré
qd aliud q̃ paruá,& corruptibilé,& uilé qdé coroná
accipiũt? Si ergo p corruptibili corona tãtus labor a
qbuſdá ſuſcipit:qto magis nos oẽm laboré ſuſtinere
debemus,qbus pmiũ cæleſte,& æternæ gloriæ coro
na pmittit? Eſt ergo nobis agonizãdũ nõ leui certa/
mine: certamus.n.cõtra ſpũalia neqtiæ: cõtra diabo
lum,& Angelos eius:certamus cõtra iniuſtitiá:cõtra
ipietaté:cõtra malitiá:cõtra impudicitiá: cõtra diuer
ſas illecebras peccatorũ.Et ſi certantes uincimus, tot
coronas accipimus,quot uitiorũ uictores fuerimus.

Digitized by Google

Magnus itaq; agon iſte eſt, in quo ſpectaculū Domino exhibemus: ſpectamur.n.certantes a Dño: ſpectamur ab Angelis eius: in terra uincimus, ſed præmiū uirtutis in cæleſtibus accipimus. Deniq; ſancti Martyres in agone certaminis poſiti, non ſolū uitia peccatorum, ſed ipſam mortē uicerunt: & præmia imortalitatis ſuſceperūt. In hoc agone primo Dñs, & Saluator noſter, et certauit, et uicit, ut nobis exemplū certaminis, et uictoriæ demōſtraret. Hæc ergo uobiſcū tractantes, ſemen boni certaminis iniicimus in cordibus ueſtris, tanq̄ ſulcata inuenientes pectora ueſtra aratro iuſtitiæ. Colite igitur uerbū quod ſparſimus in uobis, ut poſſit germinare quod ſatū eſt. Deus autē uiſitatione ſua, rore ſuæ uos pietatis infundat: & det incremētū ſeminibus noſtris, quo poſſitis in collectis manipulis meritorum ad fructum centeſimum peruenire.

IN VERBA EIVSDEM. NOLITE CONFIGVRARI HVIC SAECVLO: ETC. SERMO. CXX.

Mat. 5. CHRISTVS Apoſtolos ſal eſſe hodie patefecit, dicendo. Vos eſtis ſal terræ: ne quis ergo impatienter ferat, ſi btī Pauli uerba ut grana diuini ſalis diu terimus: quatenus altius ſaporati ſenſus intelligentiā condire poſſimus. Grana.n. ſalis integra ſaliunt, quatenus in medullis ipſa ſubtilius attenuata deſcēdant: ſic ſermo Apoſtoli cōmuniter lectus præbet ſimplicem ſenſum: profundam ſcientiā præſtat: lectione ſedula iteratur ad illa quæ ante perſcrutati ſumus.

„ ſumus. Hodie dicit beatus Apoſtolus. Nolite confi- Ro.12.
„ gurari huic ſæculo. Putas ne beatus Paulus Apoſtolus dicendo ſic, elementorũ figuris ne cõfiguremur obſiſtit? ne ue ſimus ut Perſarũ Reges, qui ſubiecta nunc pedibus ſuis ſphæra, ut polum ſe calcare uices mentiuntur: nunc radiato capite ne ſint homines, ſolis reſident in figura: nunc põſitis ſibi cornibus, quaſi uiros ſe eſſe doleant, effœminãtur in Lunam: nunc uarias uelut ſiderum ſumunt formas, ut hominis perdant figurã: & nihil ſupernæ claritatis acquirãt. Sed iſta licet de ſæculi uanitate deſcendant: & a ſapientibus tam fugienda ſint, q̃ ridẽda: tamen Apoſtolus cũ
„ dicit. Nolite configurari huic ſæculo, ſæculi uitam corrigit: arguit mores: iudicat inſtitutũ: caſtigat uoluntates: luxuriã condemnat: & totam uanitatũ ſæcularium pompã propellit, effugat, excludit a mẽtibus Chriſtianis. Sed hoc modo ſtrictim cõmonet, quod eſt in principio huius Epiſtolæ latius executus: ubi figuram ſæculi in uitiis ſic figurat. Repletos, inquit, omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaritia, nequitia: plenos inuidia, homicidiis, contẽtione, dolo, malignitate: ſuſurratores, detractores, Deo odibiles, cõtumelioſos, erectos, ſuperbos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incõpoſitos: ſine affectione: ſine miſericordia: q cũ iuſtitiã Dei cognouiſſent, nõ intellexerunt, quoniã qui talia agunt digni ſunt morte: non ſolum qui faciunt illa, ſed & qui conſentiunt faciẽtibus. Fratres audiſtis formã ſæculi: didiciſtis ſpeciem: uidiſtis figurã, ſi tamen formã, & non informe monſtrũ: ubi confuſione criminũ tota rerum facies eſt deleta: ubi peccatorũ cõnubio tota mundi figura eſt diſſoluta; ubi delictorũ

Digitized by Google

morbis imago ipſa ablata eſt conditoris: ubi homo
in uitiis eſt ſepultus: ubi corrupti corporis ſcatent ſce
lera: ubi homo hominis eſt ſepulchrũ: ubi ĩ homine
non homo cernit̃, ſed cadauer. Apoſtolus ergo huic
formæ nos prohibet eſſe conformes: et configurari
nos huic uetat figuræ: huic ſimilitudini cõſimiles nõ
eſſe permittit: ſed ad formã Dei reformat: ad ſimili/
tudinem reuocat CHRISTI: et totã reducit ad ima/
» ginem conditoris, dicens. Sed reformamini in no/
» uitate ſenſus ueſtri. Hoc eſt ſitis per CHRISTVM
ſenſibus innouati, abiecta ſæculi huius figura: et tota
inueteratæ imaginis deformitate proiecta, formam
ueſtram in formam ueſtri reducite Saluatoris: ut no
uitas ſenſuũ ueſtrorum in ueſtris actibus eluceſcat:
et cæleſtis homo cæleſti habitu iam gradiatur in ter
ra. Qualiter autem componat formam noui homi/
» nis, iam pateſcat. Sicut enim in uno corpore multa
» mẽbra habemus, omnia autem mẽbra nõ eundem
» habent actum: ſic multi unũ corpus ſumus in CHRI
» STO, ſinguli autem alter alterius mẽbra. Habentes
» autem donationes ſecundum gratiam quæ data eſt
» nobis differentes. Agit, agit ut corpus quod collo/
cat in cæleſti actu, in ſuperna uita, in moribus ſancti
tatis, mẽbrorum conſenſu, et copulatione conſiſtat:
neq; pes oculi miniſterium, neq; oculus pedis officiũ
peruerſo tumore cõfundat: ſed ut ſanctitatis mẽbra
donis contenta ſint largitoris, et credant ſuum eſſe
mẽbra omnia, quod unum fecerit membrum: quia
minorari neſcit membrum unum, quod totum ho/
noratur in corpus. Hinc eſt ꝙ Apoſtolus actus mẽ/
» bris, mẽbra actibus ſic depingit. Siue qui docet, in
» doctrina: qui exhortatur, in exhortatiõe: qui tribuit,

Digitized by Google

„ in ſimplicitate:qui præeſt,in ſollicitudine: qui miſe/ Ro.12.
„ retur,in hilaritate.Charitas ſine ſimulatione:odien/
„ tes malum:adhærentes bono:inuicem honore præ/
„ uenientes:inuicem benigni: ſollicitudine non pigri:
„ ſpiritu feruentes:Domino ſeruientes: ſpe gauden/
„ tes:in tribulatione patientes:orationi inſtantes: me/
„ moriis ſanctorum cõmunicantes:hoſpitalitatem ſe/
„ ctantes:benedicite,et nolite maledicere: gaudere cũ
„ gaudentibus: flere cum flentibus:prouidentes bona
„ non ſolum coram Deo,ſed etiã coram hominibus.
„ Nolite eſſe prudentes apud uoſmetipſos:nulli malũ
„ pro malo reddẽtes: ſi fieri põt qđ ex uobis eſt cũ oĩ/
„ bus hoĩbus pacẽ habẽtes:nõ uindicãtes uoſmetipſos,
„ ſed date locũ iræ.Si eſurierit inimicus tuus ciba illũ:
„ ſi ſitit potũ da illi:noli uinci a malo,ſed uince in bo/
„ no malũ. Supius frẽs Apl̃s patefecit mẽbra uitiorũ:
reuelauit modo nobis mẽbra uirtutũ:ut cæleſte cor/
pus tantis ſolidatũ mẽbris, neruis talibus roboratũ,
poſſit facile mundi bella proſternere:diaboli ſupera
re conflictus. Et ita uiuẽs,ut Apoſtolus docuit, non
proſternit mundum? non proterit carnem? nõ dia/
bolum uincit? non æquatur Angelis? non maior eſt
cælo? plane maior cælo, quia cælum non mouetur
ſponte,non uoluntate agit,nõ iudicio facit quicquã,
ſed ſola neceſſitate ſeruit ſemper,quia ſemel iuſſum
eſt ſeruire: impollutum ſe non uiribus, non labore
cuſtodit:unde cum non ſit obnoxium pœnæ, ſic ta/
men nec conſiſtit ad præmium: at homo ex terrena
uilitate concretus,dum terrenam labem uincit,dum
ſanguinis ſtimulos frangit,dum carnis exuperat paſ
ſiones, tranſcendit cælum: & ad ipſam deitatis per/
uolat ſedẽ: & ſic fit maior cælo: meritis ſupergredi/

Digitized by Google

tur Angelos,non natura.Probat hoc Apoſtolus Pau lus,qui dum ſatis terrã uincit:& intrauit cælũ: & tranſiuit alium:et uſq; ad tertiũ meruit peruenire. Et iuſte,nam primus conſcendere debet cælos, qui ſic et uerbo,et exemplo homines penetrare docuit cælos. Erit,erit maior cælo,qui uixerit,ſicut docuit Paulus: erit clarior Sole,qui ſic uirtutũ radiis toto orbo ſplẽdet, ut fuſcari ſe nulla uitiorũ nocte permittat. Erit, erit iſte lucidior Luna,qui tenebras has non tenuato lumine temperat,ſed totam ſæculi noctẽ pleno meritorũ fulgore depellit: nec ſicut Luna cotidiana lucis detrimenta perſentit,ſed iugi factorũ lãpade i ſuperni luminis claritate perſiſtit:nec iſte ſicut illa mẽſtruo interpollatur obſcuro,ſed in claritate Dei continua ꝑmanebit: et ſi magna eſt illa,ꝙ mitigat noctẽ,quanto hic maior,cuius uita recipit nil de nocte? De ſtellis taceo,quia quot cælũ ſtellis, tot ſancti uirtutibus eluceſcunt, dicente Domino. Vos eſtis lux mundi:lucete ſicut luminaria in mũdo. Ad ſummũ, cælum, Sol, Luna, Stellæ,(Deo dicente) tranſibunt, iuſtus autem in claritate Dei continua permanebit.

Mat. 5. Phil. 2. Mat. 24.

Velim fratres de ſingulo Apoſtoli uerbo proferre ſingulas dictiones, ſed quia et frequentata lectio faſtidium generat audienti, et nos diutius non poſſumus Euangelicas tacere uirtutes: gratũ ſit charitati ueſtræ ꝙ cõpẽdioſo ſermone ꝑſentẽ clauſimus lectionẽ: Deus autem noſter,et quæ diximus,et quæ tacuimus,ipſe ſanctis ueſtris ſenſibus iſinuare dignetur.

DE DIVITE, ET LAZARO. SERMO. CXXI.

AVdiſtis fratres hodie & paupertatis fi/
nem, & diuitiarũ qualis ſit exitus co/
» gnouiſtis, dicente Domino. Homo Luc. 16.
» quidẽ erat diues:& induebatur purpu/
» ra,& byſſo:et cotidie epulabatur ſplẽ/
» dide:et erat quidã mẽdicus nomine Lazarus,hulceri
» bus plenus:qui iacebat ad ianuã eius,cupiens ſatura/
» ri de micis quæ cadebant de menſa diuitis, et nemo
» illi dabat:ſed et canes ueniebant,et lingebãt hulcera
» eius. Factum eſt autẽ,inquit,ut moreretur pauper,et
» portaretur ab Angelis in ſinũ Abrahæ:Diues autem
» mortuus eſt, et ſepultus in inferno. En fratres q̃ re/
rum lamentanda mutatio:pauperem portant Ange
li:diuitẽ deglutit infernus.En fratres mors pauperis:
totam uitã diuitis uicit:et elatio ſola pauperis totam
diuitis pompã tranſcendit,et gloriã.Quare ſic ſepul/
tura decipit oculos? quare ſic exequiarũ pompa mẽ
titur? i obſequiũ diuitis migrat hic tota ciuitas cum
funus effertur: pauper uadit ſolus: pauperẽ duorum
portat miſeratio baiulorũ: nec quatuor ut mortuo,
ſed duo ſub uno uecte quaſi proiiciendo oneri por/
titores addicuntur inuiti: merito ei mox Angelica
officia,merito diuina deputantur obſequia, cui tam
crudeliter negata ſunt ipſa humanitatis extrema.Fu
nus diuitis antecedit lugubris turba ſeruorũ: phere/
trum pauperis præcedit Angelorum pſallentiũ mul
titudo. In marmoreo tumulo,et curata ueſte iacet
diuitis corpus incluſum:pauperis caro naturali quie
ſcit in limo: et materiali ſitu uermiũ morſus neſcit:

Digitized by Google

præuenit putredines, et fœtores. Sed requiramus fratres quæ diuitis culpa, quod crimen, quod ſcelus eũ ſuppliciis addixit inferni: et ante iudiciũ dãnationis eius, elogium tot ſæculis fecit ipſo iudice referente
„ cantari. dicẽte Domino. Homo quidam erat diues,
„ et induebatur purpura, et byſſo: et epulabať cotidie
„ ſplẽdide: et erat quidam mẽdicus nomine Lazarus,
„ qui iacebat ad ianuam diuitis: et cupiebat ſaturari de
„ micis, quæ cadebant de menſa diuitis. Nunquid per ſe tantum diuitiæ crimínoſæ ſunt? aut ſolæ, & per ſe penes Deum damnandæ ſunt ueſtes? & tantum per ſe puniendæ ſunt epulæ? ut nõ ſolũ careant pmio bonorũ, ſed omniũ malorũ ferant, & mereãtur exitiũ? aut ita per ſe probata eſt, & ſanctificata mendicitas? hulcera tam ſacrata? ut Angelorũ manibus Abrahæ ſancti rapiantur ad gremiũ? et mirũ, fres, ꝙ Abrahã quondã diues nunc diuitẽ ſpernit, dicente ſcriptura.
Gen. 30 Erat autẽ Abrahã diues ualde: et eũ quem habuit in bonis præſentibus parẽ, nunc reprobat, et patitur eſſe pœnalẽ: præſertim cũ neq; pauperis huius bona, neq; mala diuitis iſtius pdiderit ſermo diuinus. Cur ergo nunc Abrahã ambit pauperẽ? diuitẽ refugit, et refutat? aut quemadmodũ hunc Abrahã innocentẽ habuere diuitiæ? hũc fecere diuitiæ criminoſum? illũ promouere ad omniũ requiẽ beatorũ? hunc in omniũ malorũ barathrũ deputarunt? uerũ ne propoſitus ſermo ueſtrũ diu fatiget animũ, ſuſpẽdat auditũ, accelerãda nobis eſt huius ſolutio qſtionis. Abrahã fres non ſibi, ſed pauperi diues fuit: et opes non habere, ſed prorogare geſtiuit: magis magisq; ĩ ſinũ pauperis, ꝙ in horreis recondere ſuas ſtuduit facultates: ſicut toto uitæ eius ordine perdocetur. Nam peregri

nus ipſe iugiter laborauit:ſicque ne peregrinis pere/ Gen. 18.
grinū ſe eſſe ſentiret, ſub tentorio manens ipſe, ſine
tecto aduenā manere nō paſſus eſt:et hoſpitē hoſpes
ſemp ipſe ſuſcepit:extorris patria, domicilii neſcius,
ipſe et domus omniū fuit, et patria: ſciens ſe nō incu Gen. 14.
batorē, ſed diſpenſatorē diuinæ poſitū largitatis: ut
uindicaret oppreſſos, abſolueret captiuos, eriperet iā
iāq; morituros, ipſum ſe morti nouus bellator addi/
cit, apud quem pietas in alterū uita ſua charior fuit.
Abrahā ſuſcepto hoſpiti aſtitit, nō aſſedit: et fuit iſte
non cōuiua hoſpitis, ſed miniſter: Abrahā uiſo pere/
grino Dñm ſe eſſe neſciuit: ipſe illator prādii, ad co/
quinā ſatis delicatā ſollicitus addixit uxorē: et qui ſe,
ſuaq; oia famulis ſuis credit, ac committit, cōmittere
uix audet hoſpitē cōiugi q̄ probatæ. Et qd plura fr̄esƐ
huius deniq; humanitas ſic ſancta ſanctis eſt ſemper
manibus p̄parata, ut iuitaret apud illū ipſum Deū, et
cōpelleret hoſpitari. Ille ad Abrahā, ille ad requiem
pauperū, ille ad hoſpitū receptaculū uenit, q ſe ī ho/
ſpite, et paupe receptū fatebiƐ in futuro, cū dicet. Eſu Mat. 25.
riui, et dediſtis mihi mādučare: ſitiui, et dediſtis mi/
» hi bibere: hoſpes fui, et ſuſcepiſtis me. Factū eſt aūt,
» ut morereƐ pauper, et portaretur ab Angelis in ſinū
» Abrahæ. Nō īmerito fr̄es ſua nūc oēs ſanctos ſuſcipit
in requie, et in ip̄a cæleſti beatitudine fungiƐ diſpē ſa
toris officio: qa dū ſemp hic ſuſcepit peregrinos, et
paupes, ip̄m cū Angelis ſuſcipe Deū, ip̄m ſub tētorio
ſuo uidere hoſpitē meruit, quē ſemp habuit largito/
rē. Et reuera fr̄es parū ſe beatū credidit, ſi in ipſa ſu/
perna gloria ab hoſpitalitatis pio ceſſaret officio. Et
ſolus donis frueteƐ diuinis, q hic humana bona cru/
delē ſe credidit cuiq̄ ſi negaret. Abrahā fr̄es uenīēti/

Digitized by Google

bus longe ſemp occurrit: ꝑtereũtes etiã ꝑce reuocat: nolẽtes magna cũ ſupplicatione ſuã cõpellit ad menſam: prima, et ſaginata de gregibus hoſpitibus ſemp apponit: ſuis, et cõiugis ſuæ manibus factos calentes ſemper offert panes, quos frigidos, et heſternos eſſe utiq; iugis humanitas non ſinebat. At iſte alter diues imo, diuitiarũ captiuus, ſeruus opum, et ipſis cẽſibus compeditus, tantũ põpæ ĩmobile ſepulchrũ, ĩ quo pietatis totus utiq; et uiſus defecerat, et auditus, non iã ꝑſonam, non pauperem ſed ipſam miſericordiam deſpicit ad ianuam ſuam Lazaro ſic iacente. Purpura, byſſo, delicatis ueſtibus, epulis blandis ferrea uiſcera crudelis anima nutriebat: quem Deus humanæ ſalutis auidus inquiſitor emollire cupiens, non tam Lazarum, q̃ ipſum pietatis conflatoriũ eius proiecit ad ianuam: cõflatoriũ dixi, propter ferrea uiſcera. Impiis ergo oculis mẽdicus Lazarus ingeritur: admouetur: et ut diues dare poſſit, magis magiſq; diuitis cenſus cumulatur: ſed diues adamante durior quicqd Deus pauperis propter alimoniã diuitis conferebat ad cenſum, ille aut effundebat turpiter: aut crudeliter reponebat. Item Deus ut non taceret, ut clamaret, ut admoneret diuitẽ, ut panẽ ſe quærere tantum ieiunus pauper oſtendat, ut uel ad minima largienda abundantis impellat animũ, augetur pauperi fames. Cu„ piebat, inquit, de micis ſaturari quæ cadebant de mẽ„ ſa diuitis. At diues uariis crapulatus ferculis indige„ riẽ ſuam ructabat ad cælũ, ne uocẽ pauperis humi &taliter iacẽtis audiret. Itẽq; Deus, quia obduratis auribus unius oris nil erat uox clamãtis, ad aperiendũ cor diuitis totũ corpus paupis uulneribus aperit, ut in admonendo diuite tot eſſent pauperis ora, quot

uulnera,ſoluūtur uiſcera:hulcera producuntur:hia/tus uulnerū dilatatur:ſanies effunditur:& tota pauperis caro cōponitur in ſcænā pietatis:ut quē uox eſurientis non mouerat, uel ſuſpiria,dolores, gemitus, & tota ærumnarū cōgeries cōmoueret:ſed diues ſuperbo oculo,et inſatiabili corde, hæc omnia et audire,& uidere,& ſentire contēnit. Quærit adhuc Deus quemadmodū diues a ſua obſtinatiōe ſoluatur. Soluit pauperi manus a ſuis artubus,uti nec abigeret canes diuitis,quos uulneribus ſuis diuitis erat paſturus in uulnus: & nouo modo fratres humanitatis ordo mutatur:fit humana mendicitas, ut cupiditas prodatur inhumana. Diues pauperē nec cadentibus de mēſa micis paſcit:& Lazarus pauper,quia aliud non habebat, etiā de carnibus ſuis canibus humanus extitit. Miſer diues ſi panem nō dediſti,quare uel canes abigere noluiſti? Sed mitiores te canes tui, imo tu ſæuior canibus tuis:nam te ſæuiēte illi parcunt,qui nō ad morſum dentes,ſed linguas ad obſequiū ſic producunt,ut in modum ſpongiæ non uexent uulnera, ſed detergant. Diues in canibus tuis famem pietas uicit:in te impietatem ſaturitas non euicit: nā quod canes hoc ſtudio fecere curantum, uſus ipſe qui ſemper eſt in oculis probat:nam canes lambendo ſemper curant uulnera ſua:canes curant pauperem magiſterio naturæ,et homo hominem negligit,ipſa grauiter accuſante natura. Verū eſt,uerum eſt, quod diues cū nec micas dare poteſt, ſemp auarus eget. Differēdus ē ſermo,frēs, quia et dicēdi tēpus abſumpſimus: et lectiōis loca,q̄ nobis tractāda ſunt maxime,ſubſequūtur.

DE EISDEM. SERMO. CXXII.

DEberet fratres ſermo noſter hodie ſancti Andreæ, inquãtũ ſufficit, referre uirtutes: ſed quia de diuite illo, & Lazaro Euãgelico paupere quod ſupereſt nos diximus reddituros, et beato Andreæ Apoſtolatus, & Martyrii ſui prærogatiua ſufficit, et abundat ad gloriã: ſi placet, nos quæ promiſimus, q̃ debemus, ipſo Domino reddente ſoluamus. Sciẽtes nãq; ꝙ & dicenti, & audienti ſemper generet laſſitudo faſtidium, ſuperiore tractatu maximã partẽ propoſitæ diſtulimus lectionis: ut reparatis animorũ uiribus ſalutaris uerbi ſequentia toto uigore, & debito caperemus auditu. Poſt illa.n. quæ diximus hæc ſequuntur.
Lu. 16. „ Et eleuans oculos ſuos cũ eſſet in tormen„ tis, Abrahã uidit a longe, & Lazarũ ĩ ſinu eius. Et eleuans oculos ſuos: ſero diues ſurſũ leuat oculos ſuos, quos ſemper depreſſit in terram: diues quos oculos leuas, ipſi ſunt accuſatores tui: quos oculos leuas, ipſi non placant iudicem, ſed inflãmant: non reportant ueniam, ſed reatum: & exigunt pœnarũ cumulũ, non ſolamen. Quo oculos leuas? quid clamas adhuc diues? quo reſpicis diues, ibi eſt Lazarus: ibi eſt impietatis tuæ proditor: teſtis criminis, crudelitatis aſſer„ tor. Et clamauit, ĩquit, pater Abrahã miſerere mei. Modo cognoſcis patrem, & modo tibi patrẽ ſe eſſe neſcit, quem in Lazaro patrem ſic ſpreuiſti: modo tibi iuſtus occurrit, qui tunc, ut tibi pius eſſet, diu Lazarum paſſus eſt cruciari. Infelix quẽ ſic ipſa origo arguit: quem ſic ipſe lucis auctor addicit: infelix cui in iudicio pro magnitudine criminis non miſereri ge-

hitor,non pater ignoſcere,non affectio potuit ſubue
nire.Quid clamas adhuc diues? adhuc diues,ſed cri/
mine,non cenſu:non ſubſtantia,ſed reatu. Quid cla/
mas? quid poſtulas? hoc loco iam nõ geritur poſtu/
latio,ſed controuerſia:ubi ediuerſo conſiſtit ipſe qui
paſſus eſt:ſed agentium diuerſus eſt locus:hic agit de
proximo, ille delonge:hic de ſinu ſuggerit, clamat
ille de tartaro:exorat ille de requie, queritur hic de
pœna.Sed quid dicit diues? Pater Abrahã miſerere
mei. Bene diceres,ſi Lazarus in ſinu reſidens ipſum
pectus iudicis nõ teneret:bene diceres, ſi Lazarus iu/
ſtiſſimi cognitoris tota non poſſideret arcana. Gra/
tis rogat iudicem,quem ſic innocens confeſſor accu
ſat:& fruſtra ſibi credit iudicem poſſe ſubuenire,quã
do ore iudicis pronũtiat ipſe tanta qui pertulit. Mi/
ſerere mei,& mitte Lazarum, Adhuc tu ĩ Lazarum
ſic crudelis? Lazarum mitte. Quo? ad infernum de
gremio,de ſolio ſublimi ad profundiſſimum chaos:
ad tormentorum ſtridorem,de ſancta quiete,de tã/
to ſilẽtio beatorum. Et mitte Lazarum. Vt uideo,
quod agit diues non eſt nouelli doloris, ſed liuoris
antiqui:et zelo magis incẽditur,quam gehenna. Eſt
graue illũ malis,eſt illis incendium non ferendum,
quos aliquãdo habuere contẽptui uidere felices. Ad/
huc diuitẽ malitia nõ deſerit,quẽ iã poſſidet pœna:q
non ſe ad Lazarũ duci poſtulat,ſed ad ſe Lazarũ uult
deduci. Ad cruciatus tui ſtratũ diues pius Abrahã La
zarũ mittere nõ poteſt,quẽ tu ad mẽſam tuã nõ es di
gnatus admittere. Iã uobis uerſæ ſũt uices:uides eius
gloriã,cuius ſupplicium ſic ſpreuiſti:uidet ille crucia
tus tuos,qui te tunc tua mirabatur in gloria. Sed ui/
deamus fratres quare ſibi mitti Lazarũ ſic deplorat.

Digitized by Google

„ Mitte Lazarũ:ut intingat extremũ digiti ſui in aquã,
„ & refrigeret linguam meam. Erras diues, hæc flã/
ma non tam linguæ, q̃ mentis eſt: non tam linguæ, q̃
cordis eſt: & adhuc iſte cõſcientiæ calor eſt, nõ illud
extremum quod te manet, & expectat incendium: nã
ſi te iam nouiſſimi iudicii totus ignis ambiret, & il/
lius deſperatæ damnationis ſententia iam teneret,
nunq̃ leuares oculos: nunq̃ patrẽ colloqui, nunq̃ pro
te rogare, nunq̃ præſumeres interuenire pro fratri/
bus. Certe ſi te iam poſſidet totus ignis inferni, ſi te
gehennæ flamma complectitur, quare ſolius linguæ
æſtibus deſideras ſubueniri? niſi quia cũ pectus tuũ
anhelat flamma ſui criminis, & reatus, magis lingua
uritur, ardet, æſtuat, quæ inſultauit pauperi: quæ miſe
ricordiam denegauit: hæc præcedit ad iudiciũ: hæc
antea deguſtat, & patitur cruciatus: hæc de toto cor
pore prima ſentit ardorem: quæ cum prima hic ua
rios deliciarum cibos, & odorata deguſtaret pocula
mandare pietatem noluit: fieri miſericordiam non
præcepit: ſed & ipſa cum alii facerent derogabat. Ip
eſt qui induebatur purpura, & byſſo. Quid eſt diues
ab æſtu byſſus non defendit? purpura non reſiſti
inferno? Remanſerunt iſta: deſeruerunt iſta: & ipſe
nunc nudus ſudas, æſtuas, qui aliquando inſultaba
„ æſtibus artificioſa nuditate ueſtitus. Et mitte Laza
„ rum ut intingat extremum digiti ſui in aqua, et re/
„ frigeret linguam meam. Quid eſt diues? ubi ſunt
torrentes torcularium tuorum? ubi ſunt horrea ad
ad famem pauperis non minus cupiditatibus dila/
tata, q̃ copiis? ubi ſunt uina ad inopiam pauperis an
noſitatibus, et ipſa tẽporum obliuione ſeruata? ubi
ſunt effuſiones, lapſus, flumina miniſteriorũ tuorũ?

Digitized by Google

Iſta omnia tibi periere, non crimini, qui ſitis extre/mi digiti guttā, quam ſi uel ſolam dediſſes pauperi, nō ſitires. Immiſericordē te gutta, & mica reddidit inhumanū, i quibus totus pauperis et uictus cōſiſtit, & uita. Velim ſcire diues, ſi uel ipſe tibi in pœna poſitus ignoſcis: quia ad hæc mala non ueniſſes, ſi de tantis horreis micam, guttā de tantis torcularibus tunc dediſſes. Parum eſt quod caro eget: quod natura exigit: quod ſufficit uitæ: auaritia cauſa eſt, quod homo magna, & multa recondit non ſibi, ſed aliis, ad ſuum plane præſentem, uel poſterum cruciatum. Sed dicis diues. Ego & ſi uinum negaui, aquam peto, quam cōmunem cunctis animantibus auctor ipſe omnium præſtitit, & natura. Puto diues, ꝙ et aquam pauperi tu negaſti: cui ne ingrederetur ianuam tuam, ne ad tuum puteum perueniret, canes q̄ plurimos obieci/ſti. Quid eſt autem quod dicis? " Mitte Lazarum, ut " intingat extremum digiti in aqua. Et non deferat " aquam? ergo iuxta te eſt aqua: et ſi iuxta eſt, quare de proximo nō ſumis? quare? quia uinctæ ſunt manus tuæ merito diues, quia ſolutis debilitate Lazari manibus ſubuenire tempſiſti. Debet homo, debet debilibus ſua membra partiri: quæ cum Iob non daret, ſed redderet, ſic dicebat. Ego fui oculus cæcorum, pes autem claudorum: ego eram pater inualidorum. Homo ſi non habes nūmum, da pauperi manū, quia maiorem miſericordiam facit, qui ad mēſam ſuam manu pauperē debilem ducit. Ipſum ſe pauperi de/dit, qui ſe aptauit in obſequium pauperis: aptauit in pauperis ſeruitutē. Iterū fratres pſentis uerbi plenitudinē differamus, ut tertia auditione quā ſententiā ab Abrahā beatiſſimo pertulerit diues proloquamur.

Iob. 29. iuxta. lxx.

DE EISDEM. SERMO. CXXIII.

INuerecundi debitoris eſt, aut differre
credita, aut promiſſa denegare: hone/
ſti ſine mora, et mox utraq; diſſolue/
re. Promiſimus ut omne quod reſtat
de illo diuite redderemus: qui cum in
Lazarum uiſus ſit immitis, in ſe magis ſæuus extitit,
& crudelis. Hactenus quid diues ad Abraham locu/
tus fuerit, et ſanctus Euangeliſta, & noſter ſermo, in
Lu. 16. ,, quantum potuit, declarauit. Dictum eſt. Et eleuans
,, oculos ſuos cum eſſet in tormentis, uidit Abraham
,, a longe, & clamans dixit. Pater Abraham miſerere
,, mei: & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti
,, ſui in aqua, & refrigeret linguam meã, quia crucior
,, in hac flamma. Cui nunc reſpondit Abraham. Fili
,, recepiſti bona in uita tua. O mira pietas, adhuc uo
cat filium, quem degeneraſſe propria crudelitate ſic
reſpicit. O ſingularis bonitas, adhuc uocat filiũ, quẽ
uidet inferni uernulam, pœnarũ ſobolem, extremũ
mancipiũ iam gehennæ: ſed uocat filium, ut magis
magisq; filii prodatur impietas: quãdo cũ tali etiam
paterni ſermonis pietas perſeuerat. Tu uocas patrẽ,
ego uoco filiũ: ut te grauiter doleas perdidiſſe quod
natus es: adhuc uoco filiũ, ut amarius doleas p̄didiſ/
ſe te quod tibi gratia dederat, et natura: quia non ha
buiſſe doloris nõ eſt tanti, quãti habita mœroris eſt
perdidiſſe: uoco filiũ, ut intelligas iudicii eſſe, quod
pateris, non furoris: uoco filiũ, ut in me mea patien/
tia, et in te tua maneat pœna. Sed iſte fratres intelli/
git ſe non eſſe filiũ, qui fatetur, & penſat de ſuo meri
to, quod tã pii patris p̄didit de natura. Qui tunc utiq;

reſpõdiſſet generi, ſi pius, ſi hoſpitalis, ſi miſericors, ĩ pauperẽ ſi fuiſſet humanus. Qui genitoris opera non facit, negat genus: Dño ſic docente. Si filii Abrahæ eſ ſetis opera Abrahæ faceretis. Ille fidẽ generis ꝓbat, cui tantus paterni operis aſſertor aſſiſtit. Sed quid di- Ioã. 8.
cit Abrahã? Fili recepiſti bona in uita tua. Si tãtũ diuitis huius iſtud eſt crimen quia recepit bona: quã tũ reus qui inuadit indebita? Si tantũ criminoſus q ſua claudit, qui non largitur accepta, q̃ pœnalis eſt q & ſuis incubat, & aliena peruadit? Fres demus nra, ſi tamen nra: demus tñ quæ putamus nra: uitemus aliena: declinemus extranea: certe ſi cui aliquid tulimus tota celeritate reddamus: ne hic relinquentes oĩa, illuc cenſu paupere, crimine diuites, ad iſtũ diuitẽ perducamur. Diſcat tñ diues quia recepit bona, nõ accepit. Videtis fratres, qr Abrahæ ſancti uerbo iſtius diuitis animus proditur: ſenſus arguitur: intellectus punitur: q nõ ſibi data, ſed reddita credidit q̃cũq; Dño largiẽte poſſedit. Intelligite quo ſenſu ĩceſſerit, quo corde ambulauerit, qui Deũ ſibi credidit debitorẽ: et Dominũ ſuũ male diues uſuris ſuis addixit obnoxium, ignorãs quia Dominus et ſi pauper inceſſit in terra, diues tamen aſcendit in cælum: et dedit ille, non accepit in fœnore, qui dedit uni quinque talenta, alii duo, alii unum: unde et promittit ſe exacturum, non redditurum uſuram, cum dicit ad ſeruum. Serue neq̃, et piger dediſſes pecuniam meam, et ego Mat. 18.
ueniſſem, et exegiſſem eam utique cum uſuris. Hinc autem plus impius diues iſte, quia non in alium pius extitit: qui et ſi recepit bona, non pro bonis mala, ſed pro malis bona recepit indignus. Sed tranſeamus ad Lazarum, et quæramus quid eſt quod dicit.

Digitized by Google

Et Lazarus ſimiliter recepit mala. Et id ſufficiat ad
meritum, abundet ad gloriam, ſi non fecit bona, ſed
recepit mala. Plane beatus eſt fratres, qui ſe a Deo ac
cipere bona, mala recipere fideliter credit. Beatus q
Deo ſemper reddit debita: certe ſi non poteſt, uel di
mitti ſibi debita tota humilitate depoſcat: ipſo Domi
Mat. 6. no ſic docente. Dicite: Dimitte nobis debita noſtra.
Beatus qui Deo debita, et cum non intelligit ſe con/
pſ. 68. traxiſſe, perſoluit: altius Propheta inſtituere, cum di/
cit. Quæ nõ rapui tunc exoluebã. Beatus qui ſe apud
Deum ſemper ut excuſet accuſat: ſcriptura taliter ad
Pro. 18. monente. Iuſtus in primordio ſermonis ſui accuſa/
furta.lrr. tor exiſtit. Et ſi iuſtus, quare ſe iuſtus accuſat? qa, Nõ
pſ. 142. iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Homo
coram homine de iuſtitia, de innocentia, de merito
forſitan glorietur: corã Deo qui ſe de ĩnocentia ia/
ctat, de ſua iuſtitia gloriatur, homo non eſt. Hinc eſt
Lu. 18. ꝙ ille Phariſæus cum non orat, ſed iuſtitias ſuas cõ/
putat, imputat, ructat, iniuſtus, et publicano deterior
abſcedit. Sed accedamus ad reliqua. Nũc autem hic
conſolatur, ait, tu uero cruciaris. Videtis fratres, in/
telligitis fratres, quia iuſtos ex his quæ dicta ſũt, et ſi
diſcretio locorũ, una tamen, et inferni adhuc regio
continebat: atq; eos et ſi chaos iam magnũ, nõdum
tamen cæleſtis habitatio ſeparabat: et ſi diuidebat il
los hiatus triſtis, nõdũ tamen deputata ſuperius An/
gelis altitudo. Flãmea romphæa (ſicut legis lator re/
Gen. 3. fert) Paradiſi uoluebatur ĩ ianua, ne illuc homini pa
teret acceſſus: æreis ianuis, et ferreis uectibus portæ ĩ
feri obſeratæ claudebantur, ne animabus quæ illuc
iactatæ fuerant de ſupernis ullus pateret egreſſus. Nã
et chirographũ paterni debiti, quod morti ſingulos
addicebat,

addicebat,ſtylo culpæ,& reatus ipſius atramento tenebatur aſcriptum:et ad ſobolis noxam multa temporum currebat uſura:nec erat idoneus qui paradiſum introiret:flammã extingueret diuinitus inſtitutam:aut aperiret ianuas ĩferni cælitus obſeratas: aut ſolueret chirographũ,quod in arca legali Dei præcepto tenebatur incluſum.Hinc eſt quod ipſe dominus primi hominis,ideſt contumacis ſerui, exulator aduenit:ipſe Dñs qui obſerauit paradiſum, qui clauſit infernum , ad terras,et inferos tota poteſtate deſcendit:ut accenſa extingueret:clauſa protinus aperiret:protoplaſti facinus aboleret.Hinc eſt ꝙ arietem ſuæ crucis portat aggreſſurus infernum,ut conterat, et confringat ipſas tartari ianuas ære munitas,& ferro:de latere fundit aquam,ut paradiſi uiam ẽperet: ignem ex parte ſanctorum extinguat inferni: totum chirographum debiti diluat,et ſoluat antiquũ:et patiendo hoc remittat ipſe,quod ipſe intulit imperando.Agnoſcite fratres,lætamini fratres , poſt triũphũ CHRISTI ſanctorum cuſtodiam diſſolutam : et in ſanctos ultra inferni nil deberi: quãdo CHRISTVS ut iuſtos,non iniuſtos abſolueret,ad inferos uſq; penetrauit.Intelligamus fratres quãtum CHRISTVS profuerit,immo ꝗ ſine CHRISTO in nullo fuerit ſalus,cum præter iſtam corporũ ſolutionem,ſanctorũ quoq; animæ apud inferos tenebantur aſtrictæ.Beatus ergo Lazarus,qui totum Deo debuit , ut crimini nil deberet.Beatus,qui hic recepit tot mala,ut ibi bona omnia poſſideret.Et adiecit Abrahã dicens. Neq; hinc ad uos tranſire,neq; huc trãſmeare quis poteſt. Terret Fratres,terret nimis huius uocis auditus,quæ oſtendit poſt mortem,& ſemel apud inferos pœnali

Digitized by Google

cuſtodiæ deputatos ad ſanctorum quietem nō poſſe transferri, niſi CHRISTI gratia iam redépti, ab hac deſperatione ſanctæ Eccleſiæ interceſſione ſoluantur: ut quod ſententia negat, Eccleſia mereatur: præſtet gratia. Hic tamen diues rogat adhuc, et dicit. Pater Abraham. Adhuc uocat patré, qui meritis ſuis et patrem, et patriam ſic amiſit. Pater Abraham. Hic miſer & in pœna mentitur. Pater Abrahā mitte eum in domum patris mei. Si uere hunc patrem uocat, cuius domum patris alterius tunc requirit? ni ſi forte eum ſe in abſentia habere patrem credit, quē in præſenti ſe taliter cōſpicit perdidiſſe: et ſic ſibi credit eius patris domū eius gratia cuſtodiri, cuius ibi negari ſibi ſinum uidet: uidet requiem pernegari. Pater Abraham mitte eum. Quem? Nempe Lazarum. ubi? In domum patris mei. Modo, & tarde diues Lazarum ad domum patris ſui nō miſericors, ſed miſerandus inuitat, quem tanto tempore ſubſtātiæ miſeratione ſuis incumbentem ianuis non recepit: & ſub ſpecie pietatis ad priſtina uulnera, ad præteritos gemitus Lazarum uult redire, quem prima petitione ad ſuos deuocare non potuit cruciatus. Ante dixit. Mitte ad me. Modo dicit, Mitte ad fratres meos. Dolet, agit infelix, ne uideat felicem, quem aliquando putauerat infelicem. Mitte ad fratres meos. ubi? In domū patris mei. Vt quid? Habeo enim, inquit, quinque fratres, ut teſtetur illis, ne et ipſi ueniāt in hunc locum tormentorum. Cui pius, qui ſibi ſic impius? Impudenter præſumit aliis impetrare pœnitentiam, qui ſibi tam crudeliter ad ueniam nil prouidit. Mitte Lazarum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres. Et putas quod quinque fratribus tuis

ſufficit Lazarus? qui tibi tanto tempore, tot uulneri-
bus ſuis, toto clamans corpore nil profecit? Merito
» ei reſpondit Abraham. Habent Moyſen, et prophe-
» tas, audiant illos. Sine Lazarum tantos requieſcere
poſt labores: et tu defle tuas quas tuo merito ſuſti-
nes pœnas: Deus autem fratribus tuis, & omnibus, nō
pro tuo cōſilio, ſed pro ſuo munere olim proſpexit
ad ſalutem: dedit per Moyſen legem: prophetiā lar-
gitus eſt per Eliam: audiāt ergo illos, ne tuos ſentiāt
» cruciatus. Reſpondit diues. Nō pater Abraham: ſed
» ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent ei. Cui reſpō-
» dit Abraham. Si Moyſi, & Eliæ non credunt, neq; ſi
» quis ex mortuis reſurrexerit credent ei. Nihil tam
uerum fratres, qui de cælo loquēti per legem, de cæ-
lo uenienti CHRISTO credere noluit, iam non me-
rebitur credere ab inferis reuertenti. Ipſe CHRI-
TVS fratres Deus, & Dominus noſter ad Moyſen eſt
locutus de cælo: ipſe in terra terreno eſt locutus in
corpore: ipſe cum terreno corpore ab inferis eſt re-
uerſus: & tamen referenti quæ bona in cælis, quæ ſint
apud inferos mala, fratres diuitis illius, qui Iudaicis
intelliguntur in populis, credere tota obſtinatione
noluerunt. Verum fratres quia nos, quis ſit diues, aut
quis Lazarus pauper, et qui ſint quinq; diuitis fratres,
dicere nunc tempus excludit: nec quid in hac hiſto-
ria ſpiritualis intelligentiæ lateat aperire permittit:
edocti per CHRISTVM quid apud ipſum iuſtos
maneat, quid apud inferos expectet iniuſtos, aga-
mus, curramus uerbo, opere, miſericordia, ut et ſu-
perna bona apprehendere, & mala perterriti uitare,
et declinare poſſimus.

Digitized by Google

DE EISDEM. SERMO. CXXIIII.

i. cauea ludorum.

QVotiens nobis a Deo diues ingeritur purpuratus, quotiens uulneratus pauper apponitur, totiés nobis miſericordiæ σκάμμα panditur, totiés nobis ſtadium pietatis aperitur, ut de ſpectaculo cæleſti poſſimus attendere, q̃ breui quantúuis pau-

Luc.16 ,, per ad palmam, diues peruenit ad ruinam. Homo,
,, inquit, erat diues, et induebatur purpura, & byſſo: &
,, epulabatur cotidie ſplendide: et erat quidam mendi
,, cus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, cu-
,, piens ſaturari de micis quæ cadebãt de menſa diui-
,, tis. Induebatur diues purpura, pauper liuore: diues byſſo, pauper ſquallore: auro diues, pauper fœtore: diues plumeo decumbebat in ſigmate, iacebat duriſſima pauper in terra: diues ructuabat epulas, ſanie pauper anhelabat: fundebat uina diues, paup lachrymas: exatiatus diues proiiciebat panes, micas pauper eſuriens non habebat: paſcebat oblatrantes pauperẽ diues ferculis ſuis, pauper uulneribus ſuis ſaturabat diuitis canes: ac ne plurimis, ad diuitẽ bona omnia, ad pauperem mala oĩa perlegimus proueniſſe: neq; tamen pauperem fregerũt aduerſa, aut diuiti omnia ſecunda profuerunt: immo pauperẽ prouexit ad philoſophiam paupertas: ad uirtutem dolor: contẽptus ad patientiam: neceſſitas ad uoluntatem: fames ad ieiunium: ſitis ad tolerantiam: ad uitam mors: ad præmium pœna: ad cœlum terra: egeſtas ad regnum: et diuitem ſic extulit purpura ad ſuperbiam: byſſus ad luxum: ad inhumanitatem copia: abundantia ad impietatem: unguenta ad marcorem: ad cæcitatẽ ſplen

dor:ſublimitatis ad ruinã.Ergo neq; proſpera igna/
uos erigunt,neq; fortes aduerſa proſternunt:qa neq;
diuitiæ,neq; paupertas,ſed animus aut ducit gratos
ad præmiũ, aut ad pœnam deducit ingratos.Ianuæ
diuitis pauper apponić hulceribus plenus : ac fit hoc
nõ humano caſu,iudicio fit diuino,ut diuitis,et pau/
peris conflictus eſſet in terra, ſpectaculum maneret
in cælo.Diues totus indutus diuitiarũ ſtabat armis:
et cõtra pauper iacebat ipſa ueſtitus in carne:niſi for
te lorica erat illi unum totius corporis uulnus.Diues
morabatur ſeruorum choris,pauper exutus cute do
lorum ſtimulis agebatur. Iaciebat impietatis tela di
ues,clypeum miſerationis Lazarus opponebat : cru/
delitatem ſuam diues pauperis uibrabat in uulnus,
fruſtrabatur diuiti ſontem animam totus corpo/
re deſerente migrauit : & calcata carne in ſpiri/
tum totus armiger ſupernus aſcendit, ne ubi poſſit
ferre diuitis crudelitas inueniret. Ob hoc .n. egerat
Deus ut diues pauperis,pauper diuitis in oculis ſem/
per eſſent,quatenus uiciſſim ſibi ambo curam de ua
rio languore præſtarent.Aegrotabat pauper corpo/
re,mente diues.Hinc eſt q; differebatur cura paupe/
ris,ut a paupere diues ſumeret de uulnere medicinã:
de gemitu compunctionem:de lachrymis pœniten/
tiam:de patientia exemplum:de fame miſericordiã:
de ſiti ſenſum:ad ſummam,cæleſte de terrena com
paſſione conſortium:certe ut tantis diues bonis ful/
tus Deo gratus eſſet, quando gratus Deo pauper in
malis omnibus uidente diuite permanebat. Merito
ergo portabać ab Angelis,qui iacebat : qui lugebat,
Abrahæ conſolabatur in gremio:et uiuit Deo ſemp,

qui ſe ſibi uiuere nec ſciuit in mundo. Factum eſt, inquit, ut moreretur pauper, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, et ſepultus eſt in inferno. Miſer accepit ante animæ, q̃ corporis ſepulturam: nec ante quieti corporis, q̃ pœnali traditus eſt ſepulchro: ut uiuat pœnæ ſemper, cum ſit ſemel mortuus uitæ. Et ſepultus eſt in inferno: et uidit Abraham de longe, & Lazarum in ſinu eius. Immutatio quanta rerum: quo deſcendit diues? quo pauper aſcendit? reſpicit ibi ſurſum, quem deſpexerat hic deorſum: et uidet eum de inferno in ſinu Abrahæ, quem iacentem ſe coram ſuperbo de ſigmate non uidebat. Pater Abraham miſerere mei. Stulte petit a patre miſericordiã, quam negauerat fratri. Miſerere mei. Quid illi cum miſericordia, cui iam totum ceſſit in pœnam? aut quæ illi ſupplicatio apud patrem poterit ſubuenire, cui in ſinu patris reſidet accuſator. Pectus patris Lazarus tenet, & totã ſancti cordis pulſat æquitatem, quatenus ſe filii patrem boni, mali iudicem ſeruet. Pater Abraham miſerere mei: & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in aqua: et refrigeret linguam meã, quia crucior in hac flamma. Mitte Lazarum: ut ipſe qui cruciatus mei cauſa eſt, iam refrigerii miniſter extremum digiti ſui ſolamen modo ipſe porrigat, cui ego iacẽti manus meæ totius ſolatium tunc negaui. Et mitte Lazarum, ut intingat extremũ digiti ſui in aqua: et refrigeret linguam meam. Sitit itaq; guttã, qui uini lacus ut pauper ſitiret effudit: et ſtilla digiti extremi credit gehẽnæ flãmas extinguere, qui menſuris per totam diem

Digitized by Google

ebrietatis non extinxit incẽdia:ſed hanc ſibi guttam ad refrigerium dari petit,ad ardorem pauperis quã negarat.Iſta gutta eſt diues quæ te facit crudelem: iſta gutta eſt quæ os Lazari a te negata ſiccauit:quia ad refrigerium pauperis et gutta ſufficit,& mica. Cupiens,inquit,ſaturari de micis quæ cadebant de mẽſa. Spargebatur panis:fundebatur uinum: & quod ad extremam uitam pauperis negabatur,hoc totam diuiti peribat ad pompam. Et mitte Lazarum,ut intingat extremum digiti ſui in aqua:et refrigeret linguam meam. Lingua in capite caput mali: ipſa derogat egeno:inſultat pauperi:pietatem latrat:miſericordiam carpit:& merito prima eſt in gehenna, in cruciatu præuia,dux pœnarum, quia ipſa interdixit miſericordiam,cui datum fuerat ut iuberet. Et quãuis ſeries lectionis et me compellat dicere,et uos inuitet audire,qui ſit purpuratus diues, qui ſit Lazarus pauper,qui ſint quinque fratres diuitis,quomodo ante diem iudicii diues cruciatus ſentiat gehennæ, ſed dolor reuocat ad dicendum. Et ſi eſt ſub terra tartari carcer,ſi eſt καύσιο ardens,ſi eſt inferus ſine fine crucians,ſi eſt apparitor iſtis,quæ nos ad iſta rapiat poſt ſæculi labores: quid ſtupemus? ubi ſumus? quis eſt iſte qui nos eludit ſomnus? quæ eſt iſta quæ nos tenet obliuio lethalis? quare non omnibus contemptis euadendi a malis talibus nobis ſola ſit cura,ne uiuentes mundo,ne aliis currentes,ad tantas, tales, tam crudeles ſubito rapiamur pœnas? Et ſi eſt aſcendendi poſſibilitas ad ſuperna, ſi eſt facultas uiuendi in cæleſtibus; ſi eſt Abrahæ ſinus bonis omnibus ad requiem præparatus, ſi eſt Lazarus in ſinu patris tanti, immo quia dubium

l. cõbuſtio

non eſt,ubi et loca,et perſonæ,et nomina deſcribuntur:quare non cælo mutamus terram? quare nõ caducis emimus æterna? quare non perituris manẽtia cõparamus? ut et ſupplicia deuitemus inferni:& hæc quæ audire deſideramus anguſte,late uidere, habere,et tenere poſſimus.

DE VILLICO INIQVO. SERMO. CXXV.

OMnium quidẽ ciborum ſal ſalubre eſt condimentum ſi menſura non deſit: alioquin ſine modo & ipſum perit: et quod ſalierit perdit:amarat .n. nimietas quod poterat condire menſura: ſic qui in nobis eſt ſenſus ſi teneat modum dat ſaporẽ: intellectum parit:prudentiam generat: cor dilatat: auget ingenium:maturat dicenda:audienda componit:fitq; ſibi dulcis:fit deguſtantibus tota dulcedinis plenitudo:et plane erit ille melleus ſenſus qui ore proferet nil amarũ.Hoc præmiſimus,ut ſit nobis in Euãgelicis ſenſibus noſtri ſenſus conſtringenda menſura:quatenus uitalem cibum,diuinum paſtum, cæleſtem ſaporem nõ uiolet,ſed cautiſſima nobis ſobrie-
Rom.12 tate cuſtodiat,iuxta illud Apoſtoli. Non plus ſapere q̃ oportet ſapere:ſed ſapere ad ſobrietatem.Sed iam
,, quid Dominus dixerit audiamus. Homo quidã erat
Luc.16.,, diues. Et quis erat homo iſte,niſi CHRISTVS? quis diues, niſi ipſe,qui in paupertate noſtra totas crea-
,, turæ diuitias poſſidebat? Homo quidã erat diues. Hoc Iudæis ſæpius inculcabat, ut intelligerent q; ineſſet ei locuples deitas,cui erat humana paupertas.

Digitized by Google

» **Erat diues.** Erat in maieſtate ſua diues, qui oculis Iu
dæorũ erat pauper. Et quomodo diues nõ erat, cui
miniſtrabant Angeli? Virtutes parebant? elementa
ſeruiebant? et quæ non erant, fiebant iuſſa: uocata ue
» niebant? **Homo quidam erat diues: et habebat uilli**
» **cum.** Quem? niſi hominem, cui ad colendũ mun
» dum tota fuerat cõmiſſa poſſeſſio? **Homo quidam**
» **erat diues, et habebat uillicum: et hic diffamatus eſt**
» **apud illũ.** Quaſi non præſcierit, quaſi non præuide
rit, cui occulta nota ſunt: cuius oculis etiã illa nuda
» ſunt quæ teguntur. **Et hic diffamatus eſt apud illũ.**
Ergo ille famæ credidit? fama nuntiante cognouit?
abſit: ſed qa illa quæ nouerat, quæ pietate uelabat,
quærere tunc cœpit quãdo accuſabat terra. Vox ſan- Gen. 4.
guinis fratris tui clamat de terra: clamabat terra, cla
mabat cælum, dolebant Angeli, quando iam tota ſæ
» culi fama loquebatur. **Et hic diffamatus eſt apud il**
» **lum ꝙ diſſipaſſet ſubſtantiam eius.** Filius iunior an Luc. 16.
te iſtius hominis lectus eſt ſubſtantiã diſſipaſſe, nunc
ipſius bona uillicus diſſipaſſe perhibetur. Sicut idem
Deus, & homo CHRISTVS, idẽ paterfamilias, et pa
ter: ſic huc eũdem eſſe & uillicum conſtat, et filium:
eſt hic cauſarum diuerſitas: eſt mutatio nominũ, nõ
» eſt uarietas perſonarũ. **Et diffamatus eſt apud illũ**
» **ꝙ diſſipaſſet bona ipſius, et uocauit eũ.** Vocauit per
» Euangelium. **Et ait illi.** Et quid per Euangeliũ nõ
agit? Per quod mores arguit: occulta nudat: conſciẽ
tiam pandit: cõmiſſa caſtigat: dinumerat mala: et in
his præſiſtenti minatur pœnã, quãuis cõuerſo ueniã
» repromittit. **Et uocauit eũ: et ait illi: quid hoc audio**
» **de te?** Cognita uelut audita imputat, quia in reũ nõ
uult accelerare ſententiã: et conuictũ penes ſe, uelut

accuſatū cōuenit,qui iudiciū geſtit uenia ſic præire.
,, Quid hoc audio de te? redde rōnē uillicationis tuæ,
,, iam.n.non poteris uillicare. Tam piis tā ſeuera cur
iungit? cur ante a uillicatione ſubmouet,q̃ rationē
,, cognoſcat? Redde rōnem,iam.n.non poteris uilli-
,, care. Rōnem modo inſtar hominis expetit: modo
,, ſicut Deus inſtantia denuntiat,et futura. Redde ra-
,, tionem,iam.n.non poteris uillicare. Rōnem petit,
nō ut exigat,ſed relaxet: petit,ut petatur:petit hic,ne
petat ibi:petit in ſæculo,ne petat in iudicio: petit ci-
to,ne pœnarū tempus tēpus ſatiſfactionis excludat.
,, Redde rōnem uillicationis tuæ,iam.n.nō poteris uil
,, licare. Quare? quia uenit finis uitæ: tēpus mortis:
iam te apparitio ſuperna conſtringit:iam iudiciū uo
cat.Feſtina ergo,ne ſatiſfactionis tempus perdas:qui
,, tempus operis perdiſti. Redde rōnem. Hoc eſt di-
cere,compone rōnem,cōpone tua, ne reddas mea:
compones aūt,ſi iam deſines diſſipare: priora debi-
ta ſuſcepi ego,cum te ſuſcepi:ſolui ego,cum te abſol
ui:ego cognitor pro te cognitori audiendus aſtiti:iu
dicium intraui iudex:rei mei reus factus ſum: a pœ-
nalibus ſuſcepi pœnas:a damnatis ſententiam nō re
fugi:mortis perditor mortem excepi: penetraui in-
feros deſtructor inferni:ut te per iſta non modo ſub
ducerem tuæ pœnæ,ſed & meæ conſortem facerē di
gnitatis.Age ergo,ut te quem tempus tuæ uillicatio
nis excluſit,perpetuitas meæ donationis icludat.Sed
,, uillicus quid rñderit iam perſcrutemur. Ait,inquit,
intra ſe:quid faciam? Quid faciam modo? ſemper
homo bona facere tunc cupit,quando mors faciēdi
,, tēpus ademit. Ait,inquit,intra ſe. Quærit, inquit,
intra ſe conſiliū,qui foris unde ſibi iam ſuccurreret

Digitized by Google

„ non habebat. Ait intra ſe. Pungit cor ſuum, ſtimu-
lat mentē ſuam, & omnia uexat interna, ut a ſe pœni
„ tentiam, quā pro ſe dare poſſit, extorqueat. Fodere
„ non ualeo. Non uires iſti, ſed tempora defecerāt ad
„ laborem. Fodere non ualeo: mendicare erubeſco.
Confuſionem futuri iudicii pertimeſcit, in quo iā nō
pœnitendi tempus eſt, ſed pœnarum: et ubi reus plus
de conſcientia, quam de gehennæ erubeſcit incēdio.
„ Mendicare erubeſco. Et quis non erubeſcit in cæle-
ſtibus mendicare? Miſer quem temporalitas habuit
diuitem, mendicum ſempiternitas poſſidebit: et ha-
bebit hunc nudum tartarus, quem locupletem ſuſci-
pere cælum potuit, & tenere. Præſens figura tendit
ad populum: ſed bonum nobis, bonum nimis, ſi ad
nos iſta aptemus ſinguli, ſi ad nos iſta referamus,
qui in terra nos debemus ſentire uillicos, dominos
nō putare: prorogationis temporariæ miniſterium
ſuſcepiſſe, non inueniſſe ius perpetuum poſſidendi:
cauere ne ad patremfamilias fama uerſæ ſubſtan-
tiæ nos præcedat: iuxta illud Apoſtoli. Quorundam i. Tim. 5
peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium:
quoſdam autem et ſubſequuntur. Non peruenit ad
ſtatutum terminum uitæ qui uillicationis amittit
tempus: quem ſonarit credita diſſipaſſe. Hinc hinc
eſt immaturus exitus: hinc eſt ante diem mors: hinc
eſt uocatio amara: hinc eſt ſeipſa acerbior redhibi-
tio, ſicut Propheta lamentatur clamans. Viri ſangui- Pſal. 54.
num, et doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Sed utinā,
quando nos de uocatione commoneat ægritudo, quā
do febris a uillicatione inclementer excludit, quan-
do uis doloris ad reddēdam uillicationē properare
compellit, præſentis uillici factum, ſenſumq; ſequere

mur:conuerteremur ad animæ conſilium:ad cõpun
ctionem cordis:ad mentis pœnitentiã:ad miſericor/
diæ ſuffragium:ad pietatis patrocinium:ad cõfeſſio/
nis aduocationem:certe peteremus dominicorũ chi
rographa debitorum:et ſi non tota,uel media, ſicut
iſte uillicus,ad noſtram ueniam ſolueremus: ut qui
bona credita diſſipando iniquitatis uocamur uillici,
in nouiſſimis pia fraude ipſius laudem iudicis conſe
quamur. Et laudauit,inquit, uillicũ iniquitatis. Et
„ quia Euangelici factum uillici non paruam generat
quæſtioné,qui reus de multis unam legitur placuiſſe
per fraudé: quare placuerit ſic, uel quis ſit iſte,ſequẽ
ti per Deum plenius ſermone pandemus.

DE EODEM. SER/ MO. CXXVI.

QVam ſit cõmodum, ꝙ lucroſum debitorũ
nodos ſoluere,cautionũ uincla laxare, præ
ſentis uillici nos edocet,& informat exem/
plum:qui dũ chirographorũ cumulos pio
moderatur aſſenſu, non modo euaſit cer/
tiſſimas diſcuſſionis anguſtias,ſed etiam diſcuſſoris
laudem manſuram ſæculis conquiſiuit. Et uos frẽs,
quod de præſenti lectione uobis fecit promiſſio me
debere,auditu piiſſimo tẽperate:ne me, uoſq; ſimul
oneret ſeuera diſcuſſio,quos intelligentia poterit be
nigne releuare. Vnde quæ ſuperſunt lectionis iam ſe
quamur:et conſilium uillicus quod inuenerit audia
Luc.16 „ mus. Ait,inquit,intra ſe. Quid faciã, quia dominus
„ meus aufert a me uillicationem? fodere non ualeo:
„ mendicare erubeſco:ſcio quid faciam. Conuocatis

» itaque ſingulis debitoribus Dñi ſui, dicebat primo.
» Quantum debes domino meo? At ille dixit. Cētum
» cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam, et ſe/
» de cito: ſcribe quinquaginta. Deinde dixit alii. Tu ue
» ro quantum debes? Qui ait. Centum coro: tritici. Et
» ait illi. Accipe literas tuas: & ſcribe octoginta. Et lau
» dauit Dominus uillicum iniquitatis ꝙ prudenter fe/
» ciſſet. Vel nunc liquet in Euāgelicis lectionibus ob/
ſcuratas myſteriis diuinis, ſupernis uelatas ſenſibus
contineri ꝗplurimas quæſtiones: nec facile humano
intellectui ſubiacere quod ore CHRISTI de cæleſti
» bus profertur arcanis. Et laudauit, inquit, Dominus
» uillicum iniquitatis ꝙ prudenter feciſſet. Rogo qd
hoc loco mundanus capit animus? quid hic cōmu/
nis capit, & recipit auditus? ubi inter uillicum, & do
minicos debitores uerſutæ fraudis laudatur inuētio:
ubi debitoris honeſtas tollitur: aufertur pudor: uiola
tur innocentia: uerecundia tota ſepelitur: ubi uillicus
reddendæ rationis tempore plus ardet in fraude, ꝗ
tempore uillicationis anhelauit in luxu: in articulo
diſcuſſionis ipſum dominicum plus in diſpendiū ſæ
uit, ꝗ diebus ſuæ fudit, & diſperdidit actionis: et qui
ante ſubſtantiam uacuauerat diſſipando, uacuando
chirographa quod remāſerat plus euertit: nec curat
unde poſſit ſarcire quod deerat, ſed quod remanſit
quemadmodum minorare poſſit excogitat. Dicebat
» debitori. Quantum debes Domino meo. Nō dice/
bat quantum debes mihi. Conueniebat conſcientiā:
teſtabatur debitoris animum ſic dicendo. Et qd eſt,
ꝙ ſine reſpectu Domini debitor ad tātam fraudem
» uillico conſpirauerat? Quantum debes Dño meo?
» Dicit ille. Centum cados olei. Accipe cautionē tuā:

„ & ſcribe quinquaginta. Ad tantam fraudem uilli-
cus conſpirabat,& agebat ut totam fidem perderet,
„ dum mediat cautionem. Quantum debes Domino
meo? Sciebant ambo quia præſens erat ubiq;,& ſem
per ſupernus creditor:nec poterat fraude præueniri:
ſed neq; in oculis Dominicis deſinit, ſemel cœperit
qui furari.Eſto tamen ſit humani moris, ut debitor
quærat compendia fraudulenta,et uillicus ſibi con-
ſulat ſic furando:Dominus iterũ quare probat frau-
dem? furta collaudat? prædicat falſitatem? quod ẽ
nequitia,prudentiam dicit:et hoc piũ iudicat, quod
multis peſſimum falſitatis præſtat exemplum? Sa-
piat ita carnalibus ſenſibus,ſpiritualibus quod eſt di
uini luminis iam luceſcat. Iterata eſt parabola per
uillicum,quæ fuerat iuniorem prælibata per filium.
Villicus iniquitatis a mammona iniquo gẽtium po-
Luc.16 pulus nuncupat̃.Facite uobis,inquit,amicos de mam
mona iniquitatis,qui relicto creatore totũ ſe mam-
monæ tradiderat ſeruituti. Quiſqs eſt ab huius mã-
monæ captiuitate liber,& pecuniæ iam crudeli pon-
dere non grauatur,conſiſtat in ſpecula cæleſtĩ, et in-
de deſpectet mammonã,mundo,& mundanis tyran
nico furore dominãtem.Imperat gentibus:iubet re-
gnis:bella mandat:comparat bellatores:ſanguinem
uẽdit:agit mortes:prodit patrias: urbes deſtruit:ſub-
dit populos:arces urget:uexat ciues:foro præſidet:ius
delet:fas,nefaſq; confundit:et ad mortes uſq; tenden
do,fidem tentat: uiolat ueritatem:famam carpit:ho
neſtatem diſſipat:ſoluit affectus: innocentiam tollit:
pietatem ſepelit:neceſſitudinem ſcindit: amicitiam
ſubruit.Et quid plura? hoc eſt Mammona,dominus
iniquitatis,qui inique humanis & corporibus domi-

Digitized by Google

natur,& mentibus.Huius ergo mammonæ uillicus, hoc eſt Gentilis populus diſſipatæ taliter ſubſtantiæ reus à Domino per Euangelium conuenitur, ut red dat rationem uillicationis ſuæ,id eſt naturalis boni. » Cui tunc dicitur. Iam non poteris uillicare, quan/do ei finis ſæculi nuntiatur.Credit deniq;, iuxta Apo ſtolum,figuram præterire mundi:tranſire tempora uillicationis humanæ:et intra ſe,in ſe reuerſus, quid » facere deberet interrogat. Ait,inquit,intra ſe.Quid faciam? Ingemuit cor:doluit mens:reſpondit fides: credulitas dedit conſilium ſalutare,ut uillicus ad ue rum dominum iam rediret:et erogando mammo/nam,ſæuum dominum ſuæ uictor ſubderet ſeruitu/ti:ut fieret ſalutis occaſio,quod perditionis extiterat inſtrumentum.Pergit ergo uillicus gētilis quondā, iam Chriſtianus,ad primū debitorem dñi ſui, quē ē Iudæum interrogat debitorem:quid,quantúq; inter rogat,quaſi neſciat modū debiti: portitor cautionis nouerat iam per Euangelium,ſed interrogando cō/feſſionem taliter requirebat:deniq; et qualitatem, et » quantitatem debiti confitetur,dicens. Centū cados » olei. Quare non argenti,uel auri pōdus? quare nō centum decem,aut nonaginta,ſed centū? ut et de de bito,et de numero cæleſte luceat ſacramentū.Debe/bat Iudæus oleum,quod chirographo legis ad ungē dos reges,ꝓphetas,et ſacerdotes,Chriſtiani chriſma tis acceperat in figurā:donec ad ipſum regū, et pro/phetarum,et ſacerdotū principē perueniret: cui tota reddenda,et infundenda erat centenaria chriſmatis plenitudo. Sed quia contra cautionis fidem debi/tor, ne debitum redderet, occidit impius credito/rem: legalis ipſa cautio peruenit ad gentes, hoc eſt

1.Cor.7.

lex,ut Iudæus conuictus per gentilem, quia debitum
conuertit in crimen,pœnitentiæ ſoluat uſurã. Vides
ergo quia uillicus non fraudem, ſed pœnitentiã ſua/
det:ſollicitat ad acquirendam miſericordiã, non im
,, pellit ad falſum,cum dicit. Accipe cautionem tuã:
,, ſede cito:& ſcribe quinquaginta. Quinquageſimũ
numerum ad miſericordiam pertinere Dauid pan/
Pſal.50. dit,cum pſalmum quinquageſimm cantat,clamãs.
Leu.25. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericor/
diam tuã.Quinquageſimus numerus patefecit miſe
ricordiã,dum quinquageſimum annũ, qui eſt Iubi/
leus,lex debitorũ omnium,omnium contractuũ de
lere,et ſoluere ligamenta pſcribit.Villicus ergo agit
iſte ut per miſericordiam CHRISTI idoneus ſit Iu/
dæus,qui per cautionem legis inſolubilibus cõfuſus
Rom.ii. debitis tenebatur.Debet Iudæus oleũ, qui iuxta Apo
ſtolum,feracis in ſe oliuæ pinguedinem incredulita
tis ſterilitate ſiccauerat.Vnde & Euangelicæ fidei ca
lore iam tota redit in ramos:Chriſtiano totam reui
,, uiſcit in gratiam. Deinde alii dicebat,Tu uero quã/
,, tum debes? Qui ait.Centum coros tritici. Poſteaq̃
granum tritici,quod eſt CHRISTVS,ſatũ eſt in ter/
ra noſtræ carnis,& ad ubertatẽ ſupernam per Domi/
nicam fœcundatum eſt ſepulturã, factũ eſt ut homo
Ioã.12. Centeſimum fructum ſuo iã debeat auctori: Niſi,in/
quit,granum frumenti cadens in terrã mortuũ fue/
rit,ipſum ſolum manet.Vidẽs ergo uillicus ſatis pro
,, uidet,cum dicit. Accipe cautionem tuam , & ſcribe
,, octoginta. Quia ſicut quinquageſimus miſericor/
diam confert,ita octogeſimus totam fidem præfigu
rat,& gratiam.Hic eſt numerus,in quo Decalogum
legis eſſe,& ogdoadem gratiæ ſatis gnarus legis, ſa/

tis ſtudioſus

tis ſtudioſus Euangelii lector intelligit. Itaq; uillicus
cũ dicit ſcribe octogĩta, id agit, ut per gratiã ſoluat,
quod reddere non poterat per naturam. Bene ergo
iſte uillicus meruit laudem domini ſui, qui in chiro
graphis non fraudẽ molitus eſt, ſed ſalutẽ: ꝙ autem
„ dixit. Prudentiores ſunt filii ſæculi in generatione
„ ſua, q̃ filii lucis. Ita intelligendũ eſt: quia qui erant
filii ſæculi quõdã, id eſt Gẽtiles, nũc electi ſũt Dei: &
qui erant filii Dei, hoc eſt Iudæi, nunc in filiis ſæculi
„ ſunt relicti. In generatiõe ſua. Qua renati ſunt, nõ
qua nati ſunt: Scribantur hæc, inquit, in generatione Pſ. 101.
altera. Altera hæc eſt generatio quærentium Domi Pſal. 23.
num. Deus autem ſcientiæ, & illuminationis illumi/
net corda ueſtra: & totam ſcientiæ ſuæ plenitudinem
in ueſtræ mentis infundat arcanum.

DE DECOLLATIONE DIVI IOHANNIS BAPTISTAE. SERMO. CXXVII.

Qui falſo D. Chryſoſtomi titulo editus eſt.

HOdie nobis Iohãnis uirtus, Herodis fe
ritas dum refertur, cõcuſſa ſunt uiſce/
ra: corda tremuerunt: caligauit uiſus:
intellectus hebuit: aufugit auditus: aut
quid cõſtat in ſenſibus humanis, quã/
do perdit uirtutum magnitudinẽ criminũ magnitu
„ do? Herodes, ĩquit, tenuit Iohãnem: & alligauit eũ: Mat. 14.
„ & poſuit in carcere. Iohãnes uirtutũ ſchola, magi/
ſteriũ uitæ, ſanctitatis forma, norma iuſtitiæ, uirgini
tatis ſpeculũ, pudicitiæ titulus, caſtitatis exẽplũ, pœ/
nitentiæ uia, peccatorũ uenia, fidei diſciplina, Iohã/

nes maior homine,par Angelis,legis ſumma,Euan/
gelii ſanctio,Apoſtolorũ uox,ſilentiũ Prophetarũ,lu
cerna mũdi, præco iudicis, ꝑcurſor CHRISTI, me/
tator Domini,Dei teſtis,totius medius Trinitatis,da
tur icæſtui:traditur:adulteræ addicitur ſaltatrici.Me
rito ergo concuſſa ſunt uiſcera : corda tremuerunt.
At Horodes ipſe eſt qui profanauit templum :ſacer
dotium ſuſtulit:cõfudit ordinem : temerauit regnũ:
corrupit quicquid erat religionis:quod uitæ,quod le
gis,quod morum,quod fidei,quod diſciplinæ,perdi
dit,& cõfudit.Herodes ſicarius in ciues,in nobiles la/
tro,populator in ſocios,in domeſticos prædo,interẽ
ptor plebis,occiſor filiorum, homicida ĩ extraneos,
in proprios parricida,inebrians cruore terram, ĩ ſiti
ſanguinis permanebat.Hinc eſt ꝙ Iohãnis ſanguinẽ
pium ingenti poculo crudelitatis abſorbuit: ſed ipſa
„ lectio iam loquatur. Herodes,inquit,tenuit Iohan/
„ nem:& alligauit eum. Qui uincula ſoluerat peccato
rum,peccatoris uinculis alligatur:ut uincta uenia lo
„ cum ueniæ non relinquat. Alligauit eum:& poſuit ĩ
„ carcere.Herodes tu adulterium facis,& in carcerem
uadit Iohanes? ſic iudicas ſedens ĩ loco iudicis reus?
in loco uindicis inocentiæ perſecutor? Rogo ubi re/
rũ facies? ubi fama? ubi pudor? ubi exiſtimatio publi
ci cognitoris? certe ubi Deus? ubi homo? ubi fas? ubi
lex? ubi ipſius iura naturæ? ſimul omnia ſunt Hero/
„ des te agente,te iudicãte,te iubente cõfuſa. Tenuit,
„ inquit,Iohannem:& alligauit eum:& poſuit in carce
re.Herodes te cauſa perit:te arguunt uincula: te car/
cer accuſat:te diuulgat producta in publicum Iohan
nis iniuria : cauſam cuſtodiæ qui requirit,inuenit in
te quod puniat:et in Iohanne quod doleat. Iohãnes

Digitized by Google

orbi notus, fama uirtutis cognitus, celebratiſſimus
ſanctitate,dum trahit ad ſe ſuæ inquiſitores iniuriæ,
facit ut tuus cunctis innoteſcat inceſtus:agit ut te ha
beat confuſio publica, quem corrigere non potuit ſe
creta correctio. Herodem Iohánes monitis,nõ accu
ſatione pulſabat:corrigere uoluit,non perire:ſed He
rodes facibus libidinis ardens perire maluit, quã re/
dire:& uxorem fratris illicite poſſidere. Capitiuis cri
minũ,innocẽtiæ inimicis,odioſa fit ſemper libertas:
uirtus cõtraria uitioſis:ſacrilegis exoſa ſanctitas:ini/
mica caſtitas impudicis : corruptis integritas pœna:
luxurioſis aduerſa frugalitas:crudelibus miſericor/
dia,pietas impiis,iniuſtis iuſtitia nõ ferenda: probat
„ hoc Euangeliſta cum dicit. Dicebat enim illi Iohá/
„ nes:non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui.
Ecce unde Iohannes offendit: ecce unde Herodes fu
rit:malos qui monet offendit:incurrit odium qui ar
guit criminoſos. Dicebat Iohannes quod erat legis:
quod iuſtitiæ:quod ſalutis: certe quod erat nõ odii,
ſed amoris:ecce qualem cõſecutus eſt ab impio pro
„ pietate mercedem. Volens, inquit,occidere eum,ti
„ muit populum. Facile deuiat a iuſtitia,qui in cauſis
nõ Deum,ſed hominem pertimeſcit. Hic timor pec/
candi facultatẽ differre poteſt, auferre nõ poteſt uo/
lũtatẽ:unde etiã quos ſuſpẽderit a crimine auidiores
reddit ad crimen:& æſtuat aĩo quouſq; ꝑficiat qđ co
gitat malũ.Solus eſt Dei timor q̃ mentes corrigit:fu
gat crimina: inõcentiã ſeruat:perpetẽ tribuit faculta
tẽ.Sed audiamus ipſam Iohãnis beatiſſimi paſſionẽ.
„ Die, inquit, natalis Herodis ſaltauit Herodiadis filia
„ in medio triclinio: et placuit Herodi:unde iureiurã/
„ do pollicitus eſt dare ei quodcũq; poſtulaſſet ab eo.

„ At illa præmonita a matre ſua, da mihi, inquit, hic ĩ
diſco caput Iohãnis Baptiſtæ. Hæc eſt mulieris an-
Gen. 3. tiqua malitia, quæ Adam eiecit de Paradiſi deliciis:
hæc cæleſtes homines fecit eſſe terrenos: hæc huma
num genus miſit in infernũ: hæc uitam abſtulit mun
do propter unius arboris pomũ: hoc malũ quod ho
3. Re. 19 mines ducit ad mortẽ: hoc malũ fugit Elias prophe-
ta: & cuius lingua clauis facta eſt cæli, tanq̃ reus fugit
a facie mulieris: hæc inuenit uerũ laborem, et preſſu-
ram, quæ nunc occidit Iohannẽ Baptiſtã: deiicit pue
ritiam: perdit iuuentutẽ: illicit, & inquietat emortuã
„ ſenectutẽ. Præmonita a matre ſua, da mihi, inquit,
„ in diſco caput Iohãnis Baptiſtæ. De matris pectore
dans rugitũ noua bellua, contẽpta corporis præda,
„ caput ipſum truncatura peruadit. Et cõtriſtatus eſt
„ Rex: propter iuſiurandũ tamen, & propter diſcũben-
„ tes iuſſit dari: miſitq; decollari Iohannẽ: & allatũ eſt
„ caput eius ĩ diſco: & datum eſt puellæ: & puella dedit
„ matri ſuæ. Audiſtis fratres, quanta ſit nata de uolu-
„ ptate crudelitas, de libidine impietas. Et allatũ eſt
„ caput eius in diſco. In arenã uertitur domus: mẽſa
migrat in caueam: fiunt de pranſoribus ſpectatores:
furore mutatur conuiuiũ: fit cibus cædes: uinũ tran-
ſit in ſanguinẽ: finis apponitur natali: in ortu exhibe-
tur occaſus: conuiuiũ in homicidiũ cõmutatur: orga
na tragœdiã perſonant ſæcularem: intrat beſtia, non
puella: quærit amputare, non ſaltare: diſcurrit fera,
non fœmina: ſpargit iubas per ceruicẽ, non capillos:
mẽbra dilatat ãfractibus: ſæuitiæ creſcit augmentis:
fit grandis crudelitate, non corpore: & ſingularis fe-
ra uſq; dum capiat prædam, fremit ore: dentibus frẽ
dit: ferrũ nõ ſuſcipit, ſed producit. Verũ ne quis exiſti

met declamare nos uelle de talibus: nos non declamare uolumus, ſed clamare, ut feſtiuitatum gaudia ſint cauta ueſtrarum: nataliúq; ueſtrorum ſolénitas teneat in exultatione menſuram: epulis noſtris interſit CHRISTVS: in facie prandeatur auctoris: honeſtate conuiuii natura ipſa quæ uos producit honoretur: lætitia mēſæ ueſtræ pertingat ad pauperes: familia ueſtra innocentiæ tripudiet diſciplina: luxus abſiſtat: fugetur effuſio: ſaltatricum peſtis, lenocinia cantorum, uoluptatum fomenta, uentris onera, naufragia mentium, cum Herodiadis conuiuiis abſcindantur: ut præſens gaudium ueſtrum ad lætitiam perueniat ſempiternã. Hodie fratres ſermonem tulimus nõ in Herodem tantum, ſed etiam in Herodiadem: quia ſatis auditor intelligit, quãta ſit felicitas Martyris, quando miſeriam perſecutoris audierit: ſcire tamen nos conuenit, qa & Iohannes de morte ſua natus eſt, & de natali ſuo mortuus eſt Herodes.

IN DIVVM APOLLINAREM EPISCOPVM, ET MARTYREM. SERMO. CXXVIII.

BEatus Apollinaris primo ſacerdotio ſolus hãc Eccleſiã Rauẽnatem uernaculo, atq; inclyto martyrii honore decorauit. Merito Apollinaris, quia iuxta mãdatũ Dei ſui hic perdidit animã ſuã, ut eã inueniret in uitã ſempiternã. Beatus, qui ita curſum cõſumauit, fidẽ ſeruauit, ut uere primus a credentibus ſuo repperiretur in loco. Nec eũ quiſq; cõfeſſoris uocabulo minorẽ credat eſſe, q̃ martyrẽ, quem Dei nutu cotidianũ, & multiplicẽ reuerſum cõſpicit

1.Cor.15 ad agonem. Audi Paulum dicenté. Cotidie morior.
Semel mori parũ eſt eũ, qui poteſt regi ſuo glorio-
ſam ſæpe de hoſtibus referre uictoriã. Non tã mors,
q̃ fides,& deuotio martyrẽ facit:& ſicut uirtutis eſt,ĩ
acie,in cõflictu,pro regis amore ſuccũbere, ita perfe
ctæ uirtutis eſt diu agere,& cõſumare certamina. Nõ
ideo perſecutus eſt martyrẽ,quia non intulit mortẽ,
ſed probauit martyrẽ,quia nõ elicuit fidẽ:iniecit te-
la quæ potuit, & oĩa armorũ ſuorũ genera callidus
exegit inimicus, nec tñ fortiſſimi ductoris mouere
mentem potuit: aut temerare cõſtantiã. Sũmum eſt
fr̃es pro Domino præſentẽ uitã ſi neceſſe ſit contẽne
re,ſed glorioſum eſt etiã cũ uita mundũ ſuo tẽnere,
& cõculcare cũ principe. Feſtinabat CHRISTVS ad
martyrẽ:martyr ſuum feſtinabat ad regẽ.Bene dixi
Pſal.58. mus feſtinabat, iuxta illud ꝓphæ:Exurge ĩ occurſum
mihi,& uide. Sed ut propugnatorẽ ſuũ ſibi Eccleſia
ſancta retineret,CHRISTO uehemẽter occurrit: ut
uincenti iuſtitiæ reſeruaret coronã:& ſibi belli tẽpo-
re ꝑliatoris ſui ꝑſentiã cõdonaret. Fundebat ſæpe cõ
feſſor ſanguinẽ ſuũ:ſuiſq; uulneribus fide mẽtis ſuæ
teſtabat̃ auctorẽ. Cælũ ſuſpiciens carnẽ deſpiciebat,
& terram.Vicit tñ,tenuit,& a ſuo deſiderio retardari
martyrẽ tenera adhuc Eccleſiæ ĩpetrauit infantia:in
fantiã dico fr̃es,q̃ totũ ſemper obtinet:q̃ plus lachry-
mis,quã uiriũ ratione cõtendit.Neq;.n.tantũ uultus,
& ſudor fortiũ,quãtũ poſſunt lachrymæ paruulorũ,
quia ibi corpora,hic corda franguntur:ibi mentis iu
dicia uix mouẽtur,hic tota pietas ĩclinata deſcendit.
Et quid plura fr̃es? egit,egit Eccleſia ſancta mater,
ut nuſq̃ a ſuo ſepararet̃ Antiſtite. Ecce uiuit:ecce ut
bonus paſtor ſuo medius aſſiſtit ĩ grege; nec unq̃ ſe-

Digitized by Google

paratur ſpiritu,qui corpore præceſſit ad tempus:præ
ceſſit dico habitu : cæterū ipſa inter nos corporis ſui
habitatione quieſcit. Extinctus eſt diabolus:perſecu/
tor occubuit:ecce regnat,& uiuit, qui ꝓ rege ſuo de/
ſiderauit occidi,qui uiuit,et regnat cum Patre,ī uni/
tate Spiritus ſancti Deus per oīa ſæculoꝝ ſæcula.

IN DIVVM CYPRIANVM MARTYREM. SERMO. CXXIX.

QVoniā hodie Deo ī natali ſancti
Cypriani martyris cōuenimus,
in quo miro certamine de dia/
bolo triūphauit:et qa nobis uir/
tutū ſuarū glorioſū reliqt exē/
plū:ideo exultare nos conuenit,
et lætari. Natalē ergo Sancto/
rum cum auditis chariſſimi, nolite putare illū dici,
quo naſcuntur in terrā de carne, ſed de terra in cæ/
lum: de labore ad requiē: de tētationibus ad quietē:
de cruciatibus ad delicias,nō fluxas,ſed fortes,et ſta/
biles,et æternas : de mūdanis riſibus ad coronam,et
gloriā.Tales natales digne Martyrū celebrātur. Cū
ergo huiuſmodi feſtiuitas agit̃,noli æſtimare chariſ
ſime ꝙ in ſolis prādiis, et ꝓfuſioribus epulis natales
Martyrū celebrētur,ſed imitādū tibi proponit̃ qđ in
memoria martyris celebras. Aſpice ergo chariſſime
alacritatē populi circūſtātis: in hac.n.die aliqñ turba
aſtitit impiorū,cū ſanctus Cyprianus iuſſu tyrāni fe/
riretur:turbæ erant malorū expectantiū chori,nunc
multitudo fidelium ad collætandum deuota conflu
xit : tunc turba ſæuientium, nunc exultantium: tunc

deſperatorum,nunc ſperantiũ. Iccirco ergo natales Martyrum annua lætitia celebrantur,ut quod ſemel actum eſt,per omne æuum in memoria maneat deuotorum.Geſta res eſt chariſſime,ne te diceres ignorare: celebratur ãnua,ne dicas,oblitus ſum. Ad hæc ergo imitanda uos animate chariſſimi :hãc magnanimitatis gratiam concupiſcite : hoc petite dari uobis,quod ille meruit adipiſci. Omnes .n. cæleſtia cupientes terrenorũ bonorũ laqueis irretiri non poſſunt,quia conuerſationẽ ſuam in cæleſtibus ſtatuerunt.
Phil. 3. Sicut ait ſanctus Apoſtolus.Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.Dirigatur ergo cordis noſtri deſiderium ad habitationem cæleſtem , ubi quum diſperſus fuerit pauperibus theſaurus ueſter,illic erit & cor ueſtrum. Theſaurus autem bonorum omnium CHRISTVS eſt,qui uos cum Patre,et Filio, et Spiritu ſancto donis cæleſtibus,et nunc, et in æternum cumulare,et replere dignetur.

IN CONSECRATIONE EPISCOPI. SERMO. CXXX.

SIcut magnæ promiſſionis longa expectatio accendit animum,mentem fatigat,ita ſenſus omnes,& interna ipſe uiſcerum ſuſcitat optatus promiſſionis effectus. Hinc
Iſa. 52. eſt ꝙ hodie,ſicut dixit Iſaias,Eccleſia mater ſancta feſtiua,tota gaudens, & compta proceſſit, induit ſe tunicam iucunditatis ſuæ:& ſicut ſponſa impoſuit ſibi mitram:ac uario ſe compoſuit,& decorauit ornatu:ut cælum ſtellis fulget luminibus, & terra uernat floribus ſuis,& ut hortus ꝓducit germina ſua,

Digitized by Google

ſta produxit lætitiam in cōſpectu omnium filiorum ſuorum:quia,iuxta pollicitationē Dauid, Hodie pró Pſal.44. patre natus eſt ei filius, qui eam non pondere incli/ net,non auctoritate deterreat, non cōmotione ſolli citet,non aſperitate conturbet,ſed fideli ſuſtentet ob ſequio:cura peruigili faciat perſecuram: ſollicito la/ bore neceſſaria procuret:familiam blanda inſtitutio ne componat:hoſpitibus occurrat:parētibus ſeruiat: regibus obtemperet:poteſtatibus collaboret: det ſe/ nibus reuerentiam:pueris gratiam:fratribus amorē: paruulis impendat affectum : liberam per CHRI/ STVM cūctis exhibeat ſeruitutem. Dauid dixit.Au Pſal.44. di filia,& uide.Ego dicam. Audi mater, & uide : pro patribus tuis nati ſunt tibi filii. Sint prudentia ſenes: grauitate patres:charitate filii:uirtute iuuenes:dulce dine ſoboles:innocētia infantes:malitia paruuli: quæ mundi ſunt neſcientes:totam regni Dei præſentiam poſſidentes,atteſtāte Domino,cum dicit.Sinite par/ Mat.19. uulos uenire ad me, talium eſt enim regnum cælo/ rum.Tales generat perpetuæ uirginitatis copula: ta/ les generat cæleſtis uitæ coniunctio,ſexus neſcia,cō/ ceptus conſcia,gnara partus,corruptionis ignara,pu dore integra,integritate clauſa,caſta pignoribus,fœ cūditate diffuſa.Hæc tam pia mater dum unius ger/ minis ſui hodie natalitia feſta celebrat,ſinus aperit: extendit amplexus:emittit uocem: diuinis cantat in canticis,ut omnes aduocet:omnes capiat: omnes ad congaudendum ſibi gremio charitatis includat. Ad eſt ipſa etiā mater Chriſtiani perennis, & fidelis im/ perii,quæ dum fide,opere miſericordiæ, ſanctitate ī honore Trinitatis beatam ſectatur,& imitatur Eccle ſiam,procreare,amplecti,poſſidere,auguſtam mer/

ruit Trinitatem. Sic remunerat Trinitas in ſui amo/
re, et ardore feruentes: iſta meruit ut daret ſibi hono
rem: gauderet, quod ſibi fecit ei de gratia religioné
conſimilé. Iſta meruit ut genetricis dignitas per ge/
netricé redundaret i poſteros. Orate fratres ut Chri
ſtiani principes quia pia deuotione dignantur no/
ſtris occurrere gaudiis, noſtris ſolénitatibus itereſſe,
ipſos quoq; pati gratia omnium ſacerdotũ longo in
tempore obſecratio deuota cõmendet.

IN ILLVD IOHANNIS. SI QVIS SERMO/NEM MEVM SERVAVERIT: ETC. SERMO. CXXXI.

SAepe diximus ꝙ Deus corporeis ocu/
lis non uidetur, ꝙ Diuinitas non clau/
ditur mente carnali, ꝙ humana ratio
rerum non capit conditoré, ſed Deum
ſola fides attingit: credulitas ſentit to/
ta; nec quantus eſt, ſed quia eſt, hominis quãtuſcunq;
eſt intuetur aſpectus. Deniq; Moyſes, qui de ſeruo in
Exo. 33. amicũ, de homine promouetur i Deum, Dei faciem
quærit, ſed non inuenit: petit, ſed non accipit: et ut po
ſteriora tantũ Dei uideat admonetur: quatenus ho/
mo Deũ quærat ſequi, non præcedere: neq; ante Deũ
quæ ſint quærere præſumat, ſed ꝙ poſt Deũ ſint oĩa
adorator agnoſcat. Crebro Deus hominibus formã
hominis demonſtrat, et magnitudiné ſuã tantã bre/
uem noſtri corporis colligit in figurã, ut p̃ſentiã di/
uinã poſſit infirmus noſter oculus intueri: anguſtus
noſter recipere poſſit aſpectus. Sic ad Abrahã Deus
Gen. 18. uenit in hominis forma: ſuccedit hoſpitis in figura:

Digitized by Google

et laſſi uiatoris in morem accepit pedibus ſuis aquā: ſed et inuitatus ad menſam uituli, et panis appoſitio ne ſaturatur: et ita ſe totus humano credit, et cōmit tit obſequio, ut ipſo tactu, uiſu, uerū hominē uideatur explere: & hoc eo tēpore, quo uerus Deus ſterilitati extremæ ſenis deſperatæ patefactis uiſceribus in par tum ſobolē largiturus aduenit. Sic Iacob uianti con uiator occurrit: & ita ſe humano collegio ſociū præ bet, ut prouocanti homini Deus totus in luctā inſera tur: & tunc uideatur neruis, aut lacertis uincere, quan do uictor cæleſtia dat dona, munera dat diuina. Sic Iſaias Deum regali habitu ſedere conſpexit, ut agno ſceret niſi a Deo rege regantur reges, ipſos cum ſint homines nihil regere poſſe rectores. Sic Daniel Deū patrem, crine niueo, ſenectute reuerenda, antiquita te terribilem, ſeptum Angelis, ignitum ſede, ad iudi candum reſidere conſpicit. Sic ipſum filium Dei in hominis filio uenientem cum cæli nubibus intuetur, ut ignotum ante tantis perfidis CHRISTVM, fide libus notum ſemper fuiſſe cognoſcat. Si totiēs Deus ab hominibus in figura hominis uidetur, quid eſt ꝙ Iudæus modo hominem uidēs CHRISTVM ſic exaſperatur? niſi forte figura, honor, ueritas, putatur iniuria. Rettulit Euāgeliſta hodie CHRISTVM di xiſſe. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, nō uide bit mortem in æternum. Ad quod uerbum reſpon derūt Iudæi. Nūc cognouimus qa dæmoniū habes: Abrahā pr̄ noſter mortuus eſt, & ꝓphetæ, & tu dicis. Siquis ſermonē meū ſeruauerit, non guſtabit mortē in æternū: nunqd tu maior es patre noſtro Abrahā? quem te ipſum facis? Oēs perfidia qualiter excepit: O qualiter oculos claudit liuor: quantum iudicium

Gen. 32.
Iſa. 6.
Dan. 7.
Iohā. 8.

cordis nequitia præiudicata confundit:o quam dure amputat obſtinatio rationé:ſenſus humanus peruerſus audire non poteſt quod ſemel ſtatuit odiſſe:malis bonitas exoſa: iuſtitia iniuſtis inimica. Hinc eſt ꝙ homines médaces cognoſcere nequeunt ueritatem: iudex animus inuenire uerũ nõ poteſt inter nuntia falſitatũ:quod uult,nõ quod eſt,audit ſemper,qui de
,, creuit errare. Dixerat CHRISTVS. Si quis ſermo/
,, nem meũ ſeruauerit, morté non uidebit in æternũ.
Iudæus non diſcutit audita:interpretari ſibi dicta nõ quærit: quod ipſe impoſſibile æſtimat, exigit ut ille aſtruat qui promittit: ſed mox de conceptu mentis blaſphemiam parturit: ferit iniurias: maledicta diſfundit: & auctoritatem dicentis ita contumeliis uacuare nititur,ut et æterna dare poſſe mortalibus nõ
,, credatur, qui ſic humanis uidetur ſubiacere. Nunc
,, ſcimus quoniam dæmonium habes. Dæmon mali
auctor,mala promittit,non bona:occidere,non uiuificare cõſueuit: nec uult æternos eſſe homines,quos nec temporales eſſe permittit. Ergo nõ eſt Dæmon, ſed Deus eſt CHRISTVS, qui redonat quam donauerat uitá:et uerbo ſuo æternos facit homines, quos
,, diabolus perſuaſione ſua fecerat temporales. Abra
,, ham,inquit,mortuus eſt,et Prophetæ:et tu dicis. Si
,, quis ſermonem meum ſeruauerit, morté non uide/
,, bit in æternũ. Audiat fidelis,ut fide reueláte cogno
ſcat, quod infidelis neſcit audire:quod uidere nõ poteſt qui ſemet incredulitatis demerſit obſcuro: dixit
,, CHRISTVS. Morté nõ uidebit. Obſtinatio tua Iu
dæe merito dicere falſitatem quærit. Abrahá et Prophetæ uerbum audientes tenaciter ſeruauerunt, ſed tamen mortui ſunt,ſed nõ in æternũ. Ergo cũ dicit,

Digitized by Google

„ Mortem nõ uidebit. Et addidit. In æternum. Re/ſurrectioné promittit: nõ téporaliter negat eſſe mo rituros. Iudææ quos mors ĩ præſenti ſæculo faciebat non eſſe, hos reſurrectio perpetuos reficit in futurũ. Audi apertius hoc dicenté. Omnis qui crediderit nõ morietur in æternũ, ſed trãſibit de morte ad uitam. Quodomo nõ moritur? quia de morte trãſit ad ui/tam. Moritur ergo, moritur omnis qui naſcitur de conditione mortali, ſed uiuit, & in æternũ uiuit oĩs q renaſcitur de generatione uitali: ſed dico, qui potuit auferre morté, quare hominem uoluit tranſire per mortem? gratior.n.medicus, qui anticipat morbos, quã qui morbis ingerit ſeram, & nõ ſine dolore me/dicinã. Iudææ feciſſet & hoc medicus CHRISTVS, ſi medico ægrotus nõ fuiſſet ĩgratus. Ille & uitã dedit: & homini morté uenire ꝑdixit: ſed ille qui aduerſa non ſenſerat, proſpera ſeruare neſciuit. Bona quam ſint bona ſcire niſi malorum cognitione non poſſu/mus. Ergo magnificabitur CHRISTVS, qui & ante inhabitã uitam dedit, & perditã modo reddit: & ho/mo plus gnarus uitæ erit ſibi cautior: erit plus gra/

„ tus auctori. Nunquid maior es, inquit, patre noſtro

„ Abrahã? Plane maior, & tanto maior, quantũ ſeruo Dominus: quantũ Deus homine: quantum factura fa ctor: quantũ uiuificans mortuo: quantũ ſuſcitãdo ſu/

„ ſcitator. Reſpondit Ieſus: Abrahã exultauit ut uide/

„ ret diem meũ, uidit, & gauiſus eſt. Ille ut oſtenderet uiuere Abrahã, dixit illũ uidiſſe dié ſuũ, ideſt dié quo mundo natus eſt CHRISTVS. Dierũ cõditor non te netur die: temporis auctor tépora neſcit: ſed CHRI/STVS propter hominé homo natus, & dié ſuſcepit,

„ & tempus. Abrahã exultauit ut uideret diem meũ.

Iohã.ii. et.5.

Si Moyſes,et Elias in mõte occurrunt,ut promiſſum conſpice rẽt CHRISTVM: quomodo nec Abraham occurrit ad partũ Virginis, ut ꝓmiſſam benedictio-nem in gentibus,id eſt in ſemine ſuo,patientiſſimus „ expectator intẽderet: Amen amen dico,inquit,uo-„ bis, quia ante Abrahã ego ſum. Si oĩa per ip̃m facta ſunt,et ſine ipſo factũ ẽ nihil,et hic ẽ cui p̃r dixit: Faciamus hominẽ ad imaginẽ,et ſimilitudinẽ noſtrã:
Gen.1. quomodo Abrahã non uidit? Faciamus hominẽ ad imaginem,et ſimilitudinẽ noſtrã. Angelus,& Deus, ut diuerſa eſt ſubſtantia,ſic imago.Ergo non niſi ad filiũ loquitur pater,cum dicit. Faciamus hominẽ ad imaginẽ,& ſimilitudinẽ noſtram,quibus eſt imago „ eadem, eademque ſubſtantia. Tulerunt lapides ut „ mitterent in illum. Et ædificantes turrem ut altius caderent ipſi ſibi lapides prouiderunt: & iſti lapides non ut Deum occiderent,ſed ſe unde occiderent mi-„ ſerabiles attulerunt. IESVS abſcondit ſe. Non ti-mens,ſed ignoſcens. Deus peccatorẽ cum fugit, parcit: Deus rebellem non uult perdere, cũ declinat.

DE VNITATE FIDELIVM. SERMO. CXXXII.

SI perfecta omnia,ſi robuſta, ſi nullius indiga gigneret,& proferret natura,profecto aboleretur pietas:ingenium deficeret: ars periret: aurum obſcuraretur in terra: gemma occultaretur ĩ lapide: utraꝗ tamen iuenit,purgat,diſtinguit,elimat opifex diſciplina: & ars eadem uſꝗ ad murenulæ pretioſæ

ſpeciē,gratiáq; perducit: & quod terra naturæ largo de fonte producit,aut aſperatur ſenſibus, aut agreſti luxuria dñante ſilueſcit,niſi illud ad cultū ſuū ſollers agricolæ reuocet induſtria:& ne longius euagemur, uno,& uernaculo ea i quibus nitimur aſſeramus exē plo.In cunabulis iā natus hō i homine ē,ſed latet:eſt corpus,et non eſt:mēbra uidētur,et nō ſunt:uiuunt q̄ nō uigent ſenſu:inclinatur pietas:deſudat induſtria: ars laborat:et ut plenius dicā, quot mēbra hominis, tot magiſteria ut hominē pficiant elaborāt. Et quid plura?cūcta q̄ natura generat, uel pducit, pietas nutrit:induſtria excolit:ars decorat. Et qd mirū frēs, ſi Deus qui pati pp hominē uoluit,ut hominis honoraret idustriā,i rebus pñtibus iſirmari uoluit et naturāē Hinc eſt q̄ ſenſus i lrā latet:occultatē diuinū i humano ſermone myſteriū: ut q̄ credētibus adhuc futura iā patēt,pfidis,et nō credētibus obſcurētur:ac ſic infideliū pœna fideliū redūdet ad gloriā.Nō.n.parui ē cruciatus uiſa nō cernere:audita neſcire:ſalutifera uelut noxia declinare:uirtutes quaſi uitia ſic cauere:dicente ipſo Dño.In parabolis loquor,ut uidentes non uideant,et audiētes nō audiant. Et ad fideles. Vobis aūt datū eſt noſſe myſteriū Dei.Nulli ergo frēs ſimplicitate ſua aut cōmunis,aut uilis ſermo Euāgelicus habeatur,præſertim cū ipſa pmia Euāgelicæ lectionis nihil bene petentibus,et pie cupientibus prædixerit denegādum, dicendo. Quia ſi duo ex uobis conuenerint ſuper terram, de omni re quācunq; petierint,fiet illis a patre meo. Audiſtis quantum poſſit, et præualeat ſanctæ petitionis aſſenſus:non dixit illud,aut illud,ſed totum ſe promittit quicquid unitas poſtulationis concupierit præſtaturum: cum dicit.

Mat.4.
Luc.8.
Mat.13.
Mat.18.

" De omni re quæcunq; petierint fiet illis. Salua tñ ea cautela &, reuerentia; ut a Deo quæ Deo digna ſunt poſtulentur: qui.n.mala a Deo poſtulat, Deũ mali iudicat, & ſentit auctorẽ: et qui uilia, et indigna precaſ, præſtantis poteſtatẽ, et potẽtiã degener petitor ignorat. Non ergo impia, ſed pia, nõ terrena, ſed cæleſtia, non illecebris, ſed uirtuti congrua, non digna odiis, ſed apta concordiæ, a tali ſemper exoranda ſunt largitore. Vbi ſunt, qui præſumunt Eccleſiæ cõuentum poſſe contemni? et ſolitarias preces uenerãdæ con-
Mat. 18. gregationi autumãt anteferri? ſi duobus, uel tribus ſimul poſitis medium ſe futurũ, et oĩa ſe promittit ꝙ poſtulatus fuerit præſtaturũ? qui nil negat tam paucis, quid in conciliis, et congregatione ſanctorũ poſcentibus denegabit? ſic credens Propheta hoc ade-
Ps. 110. ptum ſe gloriatur, cum dicit. Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorũ, et congregatione. Toto corde confitetur, qui totũ ſibi in cõſilio ſanctorũ quod popoſcerit audet eſſe præſtandũ. Sed nõnulli ſub ſpecie fidei contẽptus ſui excuſare nituntur ignauiã, ut neglecto uenerandi cœtus, et congregationis ardore, illud ſe tempus orationi deputaſſe confingant, quod domeſticis dederint, et impenderint curis: et dum propriis deſideriis mãcipantur, diuina cõtẽnunt, & deſpiciũt inſtituta. Iſti ſunt qui corpus CHRISTI diſſipant: membra diſpergunt: nec ad decorem ſuum patiuntur formã dominici habitus ꝑuenire: quã Propheta cum uidiſſet in ſpiritu, ſic cane-
Pſal. 44. bat. Speciosus forma præ filiis hominũ. Habẽt quidẽ ſingula mẽbra propriũ ſui munus officii, quod tamẽ tunc implere poterunt, ſi connexa ſibi, & cõpaginata perfecti corporis perueniãt ad decorẽ. Hoc ergo

intereſt

intereſt inter congregationis plenitudinem glorio/
ſam,et ſeparationis præſumptam de ignorantia,aut
negligentia uanitatem:quod in ſalute,et honore in/
tegri corporis ſpecies eſt unitas membrorũ: et in ſe/
paratione uiſcerum eſt fœda lethalis,et horrẽda per
nicies.Homo qd aliud te docuit in tuo corpore , aut
ſic diuiſa coniunctio,aut tam coniuncta diuiſio, niſi
ut ex multis unus,et unus in multis uiueres? Eſt mẽ/
brorũ cõmercio ſalutari pretioſus oculus,ſed ſi per/
ſeuerat in corpore:alioquin ubi corpori defuerit, ſi/
bi non aderit:debent illi mẽbra omnia ſuæ lucis ob
ſequium:ſed et ipſe oculus ſentit corpori ſe debere,
quod lux eſt:qui utiq; cũ omnibus mẽbris miniſtra/
tum mẽbrorum prouideat,euulſus a corpore nec ſi/
bi uidet.Quiſquis ille eſt qui ſe putat eſſe aliquid,tali
inſtitutus exemplo maneat in eccleſia, ut ſit aliquid:
alioquin ubi defuerit illi,ſibi eſſe mox deſinit: quod
qui plenius noſſe deſiderat,Apl̃i de corpore CHRI/ i.Cor.12
STI loquẽtis perlegat inſtituta,quia nos illa percur/
rere ſermonis breuitas amica nõ patitur. Lex eſt da/
ta non uni,ſed omnibus:CHRISTVS non pro uno,
nec ad unũ,ſed ad omnes,et pro omnibus uenit : ut
redintegraret omnes in unũ , quod ſolum bonũ,ſo/
lum iucundum Propheta futuri præſcius ſic procla/
mat.Ecce q̃ bonum,et quam iucundum habitare fra ps.132.
tres in unum:quia Deo non ſingularitas eſt accepta,
ſed unitas.Spũs ſanctus Apoſtolis in unum congre/ Act.2.
gatis ubertate tota ſui fontis illabitur:cuius ut ſimul
diſcipuli operirentur aduentũ Dñica ſunt præceptio Act.1.
ne cõmoniti.Fratres amittit diuina munera , perdit
gratiæ largitatẽ,charitatis fraudat̃ bonis,unitatis il/
lum benedictio non manebit , qui de ſe maleſidus,

Digitized by Google

& ex defectu ſuo ſtulte ſibi ſufficiens, ſic præter Eccleſiam uitam quærit: quam in ipſa tantum eſſe Propheta teſtatur dicendo. Ecce q̃ bonum, & quã iucundum habitare fratres in unum: quia illic mandauit Dominus benedictionem, et uitam uſq; in ſæculum.

Pſ. 131.

IN DIVVM ANDREAM APOSTOLVM. SERMO. CXXXIII.

BEatus Andreas merito natus hodie creditur, quando non ad præſenté uitam materno eſt effuſus ex utero, ſed conceptu fidei, martyrii partu, cæleſté noſcitur generatus ad gloriam: quando non eum materna cunabula ſuſcepere uagienté, ſed ſuperna triumphantem ſecreta receperunt: quãdo non infirmum lactis paſtum genetricis trahit ex pectore, ſed pro rege ſuo deuotiſſimus miles uirtutis ſanguinem fudit. Viuit, quia mortem cæleſtis militiæ bellator occidit. Sequitur hic moriẽdo Dominũ æſtuans, et anhelans, ac toto uirtutis gradu Dominicis incumbit hærere ueſtigiis, ne eum curſus faciat diſparem fratri, quẽ natura ſimilem, uocatio ſociũ, parem gratia ipſa perfecerat. Ad unam uocem Dñi ſicut ille, patrem, patriã, cenſum reliquit: laboribus, opprobriis, itineribus, contumeliis, uigiliis, CHRISTI indefeſſe germani ſocietate donauit: ſolum eſt q tempore Dominicæ paſſionis fugit, ſed neq; hoc impar quia fugit: negare aũt ſi aliqua putatur culpa, non eſt grauius fugere, quã negare: ſed tacenda ſunt alia: æquauit frẽs uenia, quos ſic diſcreuerat culpa. Et ſecutus ut deuotio pprobauit, quos metus improbauerat antecedens. Nam crucem quam refugerant

poſtea coniunctis uiribus ardenter inuadũt, ut unde
reatum ſumpſerant, inde conſcẽderent cælum: inde
præmium ſumerent, et coronam. Petrus namq; cru/
cem, arborem cõſcendit Andreas: ut qui CHRI/
STO compati geſtiebant, in ſemetipſis figuram, for/
mamq; ipſius exprimerent paſſionis: et redempti li/
gno cõſumarentur ad palmã. Sic Andreas noſter &
ſi cedit ordini, præmio tñ non cedit, & labori.

IN DIVAM FELICITATEM MARTYREM. SERMO. CXXXIIII.

QVoniam uarios Martyrũ, multiplices
ue triũphos, quos perſecutoris crudeli
tas totiens illuſa cumulauit, tẽpus nos
dinumerare non patitur, ad illam to/
ta noſtri ſermonis confugit orō, quæ
meruit filios tot habere, quot dies mũdus accepit. Ve
re mr̄ luminũ, fons dierũ, q̃ ſeptenario coruſco ger/
minis ſui toto orbe ſplẽdet. Btã, q̃ nõ ſolũ ꝑ lege pati
tur, ſed ipſius legis heptaliſmũ meruit mr̄ ſacta gr̃a
re: heptaliſmũ fr̄es, q nõ unius, & tẽporalis tabernacu Exo. 25.
li illuſtraret arcanũ, ſed Eccl̃iam ſempiternã ſacro il
luminaret incẽſo. Felix, q̃ meruit portare tot uirtutũ
pignora, quot illa arca p̄ceptorũ uolumina ſacrata
geſtauit: et ut illa uerbo, ita hæc doceret exẽplo. Iam
tũc eos fr̄es martyres genuit, qñ eos partus ſui ſepte/
nario numero cõſecrauit, & myſtico. Huc huc ſãctus
Paulus ueniat, q adhuc parturit donec CHRISTVS Gal. 4.
formetur in hoĩe. Ecce mulier iterũ, atq; iterũ partu
rit, donec in uirtutẽ muteť infirmitas: caro traſcẽdat
in ſpũm: terra trãſferať in cælũ. Ardebat, anhelabat,
ut eos uno die ſacros martyres pareret, quos uix par

uulos per annoꝝ curricula gñabat.Ecce mulier,ecce
mr̄,quã uita filiorum fecit anxiam,mors ſecurã.Bea
ta,cui in futura gloria tot aſtãt candelabra, quot ger
mina.Beata quæ tot præmiſit ad regnum : beatior,
quæ ſuum in ſæculo nil amiſit.Diſcurrebat lætior in
ter confoſſa cadauera, quam inter cunabula chara fi
liorũ:quia internis oculis tot cernebat brauia , quot
uulnera:quot tormenta ,tot præmia: quot uictimas,
tot coronas.Et quid plura fratres? non eſt,nõ eſt ue/
ra mater,quæ neſcit filios ſic amare.

IN DIVVM LAVRENTIVM.
SERMO. CXXXV.

HOdiernus dies beatiſſimi Martyris Lau
rentii corona illuſtratur:cuius egregii
martyris merita nulla pars Romani
orbis ignorat.Paſſus eſt in ipſo capite
gentium, ideſt in ipſa urbe Romana:
ibi .n.Diaconus miniſtrauit:et in ipſo iuuentutis ſuæ
flore decorem iuuentutis ſuæ ſanguine purpurauit.
Paſſio eius inſignis eſt,multumq; mirabilis:hãc bre/
uiter domino adiuuãte narrabo.Illo tunc Archidia/
cono beatus Sixtus erat Epiſcopus , cuius triumphus
martyrii ante triduum fuit.Cum ergo ſanctus Laurẽ
tius Epiſcopum ſuum Sixtum pergentẽ ad martyriũ
ſequeretur,fide fultus,triſtis affectu,non quia ille pa
tiebatur , ſed quia ab illo ipſe deſerebatur , reſpe/
xit uenerabilis ſenex uenerabilem iuuenẽ : et ait illi.
Noli eſſe triſtis fili,poſt triduũ me ſequeris.Tunc ille
ebibita prophetia,iam corde paratiſſimus , et ſpiritu
ebrius,certum ſperauit futurũ, quod prædixerat ille

qui nouerat.Deinde apprehẽſus eſt adductus: et quo niam erat Archidiaconus,apud illũ eſſe utiq; crede/ batur opes Eccleſiæ quas deſiderabat perſecutor, nõ tam auarus,ꝙ furioſus.Oderat quem occidebat : ſed amabat apud eũ quod ille cõtemnebat . Erat autem ſanctus Laurentius pauper opibus,diues moribus:nõ ſe negauit Eccleſiæ habere diuitias,ſed ut eas oſtẽde ret tridui dilationẽ petiit:deinde mandauit cõgrega ri agmina pauperum.Tunc deinde ipſo die coronæ ſuæ præſentatus examini,tanꝙ demõſtraturus quod ille quærebat,demonſtrauit quod habebat.Tunc ait perſecutor.Vbi ſunt Eccleſiæ facultates? at ille ma/ num extendens in pauperes,hæ ſunt,inquit, Eccleſiæ facultates.Verum dixit,ſed amarum. Quid autẽ mi/ rum,ſi ueritas auxit odium? Irriſum ſe dolẽs crude lis tyrannus,et auarus inimicus,qui forte mitiorem pœnam cogitauerat , ferro interficere uenerabi/ lem iuuenem,parari flammas præcepit . Plus arde/ bat , ꝙ urebat : urebat in carne , ardebat in corde. Supplicium eius tanto erat grauius,quanto interius. Tunc oblata eſt torrẽda,et ut uerius dicam , aſſanda martyrio nobilis illa Laurẽtii craticula: aſtrictus eſt ferro,ſed ille craticulã ſupplicii lectum quietis puta/ bat:ſupplicium dixi,ſecundum animũ punientis , nõ ſecundum conſcientiã patientis.Nullum eſt.n. ſuppli cium damnati,ubi non eſt pœna peccati.Itaq; beatiſ ſimus martyr oſtendens quã qete iaceret in illo igni to ferro,ait circũſtantibus.Iam me uerſate , & ſi una pars cocta eſt,uorate.Miramur patientiam, donum Dei miremur.Ibi fides non ſolum non arſit , ſed et conſolabatur ardentẽ.Q uare fides conſolabatur ar dentem? quia fidelem tenebat promittentẽ.Vt fides

Digitized by Google

nõ deficeret, ut ſpes nõ auerteret, ut charitas iter pœnas igneas corporales plus accẽderet, Dei dona erãt. Fr̃es mei, nemo arroget potẽtiæ ſuæ qđ non dat niſi Deus. Merito Apl̃s alloquẽs martyres, ut in Epl̃a eius
Phil. 1. hodie cũ legeret audiſtis, Vobis, inquit, donatũ eſt ꝑ CHRISTO nõ ſolũ ut credatis in eũ, ſed etiã ut patiamini ꝑ eo. Ergo martyrũ merita uelut Dei dona laudemus: amemus: oremus: ſubinferamus uolũtatẽ noſtrã: uolũtas. n. ſequitur, nõ præuenit. Sed tñ nõ deeſt charitas, ſi non deſit uoluntas: ipſa. n. ardens uolũtas uocatur charitas. Quis eſt qui timeat uolens? quis eſt qui amet nolens? ferueat oratio: et feſtum martyris celebretur: ſed ut nõ ſit inanis qui celebrat, imitetur.

IN ADELPHVM EPISCOPVM. SERMO. CXXXVI.

HAbet hoc Adelphi Antiſtitis ſãctus animus, et plena pietate dignatio, ut diues pauperis intret hoſpitiũ, pauperis ſe ponat ad menſam, et humilibus ſe faciat eſſe cõmunẽ, quẽ diuitiæ, poteſtas, honor, fecit, et reddidit ſingularẽ. Inter maximas. n. uirtutes numeranda eſt iſta uoluntas, quæ cõtempto obſequii ſui faſtu, deſpecta magnificẽ domus reuerentia, calcato ẽt ſuæ faſtigio poteſtatis, & abiecta opum ſuarũ interna cõſcientia, unde tumor maximus humanis ſemper dñatur in mentibus, ad uiliſſimas inopis ſe inclinauit anguſtias, ut ſuo pauperẽ contubernio ſublimaret. Btũs plane iſte aĩus, & ab oĩ morbo arrogãtiæ remotus, q ad hoc pauperis diuerſoriũ primus intrauit: ut ante humanitatis debitor, q̃ largitor exiſteret. Imitari Deũ euidenter iſte geſtiuit, q ante

humana in corpore ſuſcepit obſequia, q̃ bñficia hoi diuina cõcederet: qđ põtificẽ Dei ſumi pñtem Adel/phũ feciſſe cõſpicimus: qui cũ ſit uerbo diues, ſcïa copioſus, magnus ingenio, loco primus, egeni ſenſus, & mediocris eloquii nr̃i audiẽtiã cõcupiuit: illius ꝓphetæ inſtar, q illius uiduæ uictũ eſuriuit extremũ, & par 3.reg.17
uulorũ eius ſua fame uexauit ãguſtias, nouũ differẽs ſua petitione miniſteriũ, ut petẽdo tribueret: eſuriendo ſaturaret: et exhauriẽdo deficiẽtibus horreũ diuina largitate cumularet. Et nos filioli qđ habuimus dediſſe nõ pœnitet: qa et ſi nos factũ cõturbauit ad tp̃s, releuat, et ſolat̃ exẽplũ. Cito ad uerbũ huius Dei ho/minis exiguitas ingenii nr̃i, ut uiduæ illius paſtus, cæleſti ꝓficiet incremẽto: ac deinceps a repoſito cordis nr̃i nõ uitæ ſubſtãtia deficiet, ſed ipſa inopia abolebitur, et defectus. Felix uena, q̃ ſuo ditat̃ irriguo, et fluẽta putei ſui tota acquirit, atq; attrahit libertate. Ecce uenit, et ſublimes ueſtros aĩos cæleſtis imber ĩfudit: totoq; impetu ſuperni fluminis, q̃ in uobis ẽ, ciuitatẽ Dei ſuo rigauit illapſu, ut terra nr̃a diuino rore ma/dida cẽteſimũ uſq; fœcũdet̃ ad fructum. Aperite ſenſus, corda dilatate, & gremiũ ur̃æ mẽtis extendite: ut qcqd de cæleſtib. iſte theſauris uobis largiter effuderit, ad æternã gl̃iã, et cẽſum ꝑpetẽ poſſidere poſſitis.

DE PRAEDICATIONE DIVI IOHANNIS BAPTISTAE. SERMO. CXXXVII.

POſteaq̃ legis uomere, & iugi cultu exĩ/nanita Iudaici ceſpitis eſt ubertas, btũs Iohãnes gẽtiũ cõuolãs ad deſertũ, ſen/tes criminũ ſp̃s igne ſuccẽdẽs, ĩfructuoſas arbores excidẽs ultiõis ſecuri, cõpla

nã; aſperos ſupbiæ colles, humilitatis couualles erigẽs exæquando, et planitiem terræ totam (gramine pdito) aptans, nutricibus fluentis ſubmittens irrigua Iordanis: ac ſic Euãgelico ſemini noualia diffuſa p/
Luc. 3. „ parat, fœcunda cõponit. Factum eſt, inquit, uerbum
„ dñi ſuper Iohannẽ Zachariæ filium in deſerto. Ver
Ioã. 1. „ bum caro factum eſt, et habitauit in nobis. Super Io
„ hannẽ. Quare non ad Iohannẽ, ſed ſuper Iohannẽ?
„ Quia quod deſurſum eſt ſuper oẽs eſt. Factũ eſt uer
„ bum Domini ſuper Iohãnẽ. Quia Iohãnes uox eſt,
„ Deus uerbum. Factũ eſt uerbum Domini ſuper Io/
„ hannẽ. Deus ſuper Iohannẽ: ſuper ſeruũ Dominus: ſuper uocem Verbum. Sed dicis mihi. Quid, qđ uox præcedit uerbum? præcedit, ſed non præcellit: ante/cedit ad ſequẽtis obſequiũ, nõ ad propriæ poteſtatis indicium. Vox non eſt ipſa iudex, ſed eſt nuntia iudi/cantis: uerbũ iudicat, uox prætonat: iubentẽ poteſtas reſpicit, non clamãtẽ. Sed hoc fateatur, teſtetur, aſſe/
Mat. 3. rat uox ipſa, præco ipſe, qui clamat. Qui poſt me ue/nit, inquit, fortior me eſt. Quare? qa in me terror ẽ,
„ in illo eſt ſententia. Venit in omnem regionẽ Ior/
„ danis. Venit ad Iordanẽ, quia Iudaicas ſordes non poterat hydria iam lauare, ſed flumen. Sicut ſcriptũ
Ioã. 2. eſt. Erant, inquit, hydriæ lapideæ ſecũdũ purificatio/
„ nem Iudæorũ. Venit ad Iordanẽ, ut pœnitentes po
„ taret aqua, non uino. Venit in omnem regionẽ Ior
„ danis, prædicans baptiſmũ pœnitẽtiæ in remiſſionẽ
„ peccatorũ. Erat penes Iohannẽ uenia, ſed nõ ſine pœnitentia: erat remiſſio, ſed luctibus cõparata: erat cu/ra uulneris cum dolore: erat baptiſma quod culpam tolleret, conſcientiam nõ deleret. Et quid plura? per baptiſma Iohãnis purificabatur homo ad pœniten/

tiam, nõ ꝑmouebatur ad gratiã. At uero CHRISTI baptiſma ſic regenerat, ſic immutat, ſic hominẽ red dit ex uetere nouũ, ut præterita neſciat, non recordetur antiqua, qui de terreno cæleſtis iam cæleſtia poſſidet, & diuina. Hinc eſt ꝙ redeunti poſt luxuriã filio pater ĩmortalitatis reddit ſtolam primã: annulum libertatis imponit: occidit uitulum ſignatũ: aquas pœnitentiæ gratiæ conuertit in uinum: ut conuiuiũ gratiæ iam pocula merita ſatiarent: quatenus conſcientiæ dolores, pœnitentiæ gemitus, peccatorũ lamẽta, ſobria Dominici calicis aboleret ebrietas. Dicente ꝓpheta. Et calix tuus inebrians q̃ præclarus eſt. Quãtũ enim terrena ebrietas eſt deformis, tantũ præclara, Luc. 15. Ps. 22.

„ et decora ebrietas eſt cæleſtis. Dicebat ergo ad tur
„ bas, q̃ exibant ut ab illo baptizarentur: Progenies ui
„ perarum, quis oſtendit uobis fugere ab ira uentura?
„ Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ: et ne cœperi
„ tis dicere, patrẽ habemus Abraham: dico.n. uobis, ꝙ
„ potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abra
„ hæ: iam.n. ſecuris ad radices arboꝝ poſita eſt. Omnis
„ arbor nõ faciens fructũ bonum excidetur, & in ignẽ
„ mittetur. Progenies uiperarum. Exemplo corripit: cõparatione notat: figura prodit: ut iam non mores ſolũ, ſed ipſam naturã poſſit uenenoſi germinis ĩmu
„ tare. Progenies uiperarũ. Quia quos Deus creauerat homines, fecerat filios Abrahæ, malitia peperit, et conuertit in uiperas: et quos conditos cæleſtis dulcedine pietatis ĩfuderat, hos impietas amara fecit lethales uomitus, ſerpentium uirus effundere: et infando crudelitatis auſpicio de morte patris concipi: ma
„ tris de morte generari. Progenies uiperarũ. Soboles ingrata naturæ, cuius ortus ẽ genitoris exitium:

Digitized by Google

„ cuius uita eſt mors parentis. Progenies uiperarum. Vipera conceptus ſui tempore intra os ſuũ receptũ caput cõiugis refertur abſcindere, ut per crueta oſcula non fœtum concipiat illa, ſed crimen: ac ſic carnifices ſceleris ſui pariat filios uindictæ ordine, non naturæ: nam genimina patris concepta de cæde, ſanguinis anteq̃ lactis exigunt nutrimentũ: & ultionem petũt: matris nãq; uterũ uiperæ dicũtur excindere: & ſceleſtũ conceptus ſui domiciliũ adhuc imaturis uiſceribus maturo furore cõfringere: ut hoc ſit illis uiuere, matrem ſuã, matrẽ quæ illos tales genuit nõ uidere. Cõpulſi latius cõparationis quã ſanctus Iohannes fecerat typum deſcripſimus, et figurã: ut nõ maledicti, ſed ueritatis ſit, quod ab illo Iudæi taliter nũcupantur. Progenies uiperarum. Synagogam fratres, eiuſque filios tales fuiſſe demonſtrat: ad quam CHRISTVS affectu coniugis cũ ueniſſet, dicente Io-
Ioã. 3. hanne. Qui ſponſam habet, ſponſus eſt: inter amplexus, et oſcula crueta Iudæ, CHRISTI caput eſt expetitum, et ore petitũ, cum dicitur. Crucifige, crucifige. Vnde pignora ſanguine concepta, tanto mox ad matris armãtur interitũ, ut diſrupto ſynagogæ utero, ad uocẽ Iohãnis concurrerent, et regenerarentur ad
„ Dei progeniẽ. Progenies uiperarũ, quis oſtẽdit uo-
„ bis fugere a uentura ira? Quæ eſt iſta ira uentura? illa quæ non habet finẽ: quæ hominem non abſoluit morte, ſed colligat: nec iam ueniæ ſpem habere permittit, quẽ ſemel tartari deputarit ad pœnã. Admoniti taliter, cognoſcunt & genus, et crimen: et ideo re-
„ ſponderunt dicentes. Quid faciemus? Vt ſaluemur.
„ Qui rñdens, ait illis. Quod dicturus eſt fratres, timeo dicere: ne quot auditores hodie uideo contẽptores,

ille tot faciat cõtumaces. Quid faciã? Dicere timeo, tacere nõ poſſum: aliud me prohibet pietas, ad aliud impellit utilitas: Pietas, quæ nõ auditur, ne dũ cõtem nit incurrat: utilitas, ne qui facturus ſit non audiat, et per hoc doctor offendat. Dico fratres, ut et nudus ſe
» ueſtiat, & ego me exuam. Qui habet, inquit, duas tu
» nicas det non habẽti: et qui habet eſcas ſilr faciat. Pu tas ne ſatis petit, qui de duabus tunicis unã petit? nõ ſatis petit: quia non petit gemmã, ſed tunicam: nõ au rum, ſed panem. Et ſi qui de duabus tunicis non de/ derit unam reus eſt: qualis eſt unam de plurimis qui negarit? qui ad hoc ueſtes ſuas carcerat, et panẽ clau dit, ut pauper fame pereat, frigore conſumatur? Ille ueſtes ſepelit, non reponit: non credit diligentiæ, ſed ſepulchris: qui quod negat pauperi, dat tineis: et ip/ ſe ueſtibus ſuis corporis uorator eſt, dicente Domi/ no, Vermis eorum nõ morietur: quia CHRISTVM Iſa. 66. concuſſit pauperis fames: dolor hominis Dei proſili uit ad uiſcera: captiui gemitus ad CHRISTI pene/ trauit interna: inopis contemptus ad creatoris ſui re dundauit iniuriam: profitente ipſo, cum dicit. Eſuri/ Mat. 25. ui, et non dediſtis mihi manducare: nudus fui, & non
» ueſtiſtis me. Venerunt et publicani dicentes. Quid
» faciemus? Audiant publicani. Nihil amplius quã
» conſtitutum eſt uobis petatis. Prodidit quæ res reũ faciat publicanum, ne amplius petatis. Qui plus pe/ tit, fraudis exactor eſt, nõ tributi: cogiter q̃ Deo reus eſt, qui defeſſum, et depreſſum publicat: magis ac ma gis ſua fraude deprimit, et fatigat: et ad debita uix
» ſufficienti ſuper imponit, et auget indebita. Ve/
» nerunt et milites, dicentes. Audiant et milites quid etiam militibus interrogantibus reſponde/

,, rit hic magiſter. Et nos quid faciemus? Et ait illis,
,, Neminem concutiatis,neq; calumniemini: contenti
,, eſtote ſtipendiis ueſtris. Verus miles eſt,qui nõ con
cutit,ſed defendit:qui calumniã non ingerit, ſed re/
pellit:qui currit ad regis ſtipendia,nõ ciuis currit ad
prædam.Btũs Iohannes ſic diuina docuit,ut nõ tur/
baret humana:inſtituit rempublicam,non dimouit:
probauit a Deo ordinata eſſe quæ docuit, poſſe face/
re,et ſeruare iuſtitiam.Quid ſit autẽ inter baptiſma
Iohannis,et CHRISTI baptiſma, quia latius expla/
nandum eſt,nunc tacemus.

DE PACE. SERMO.CXXXVIII.

MElius quidẽ fuerat, fratres chariſſimi,
ſi pater, ac magiſter noſter cõmunis,
imperitiam noſtram latere permitte/
ret:nec publicaret penuriã quæ in no/
bis hactenus uelamento propriæ uere/
cundiæ tegitur.Melius fuerat,ut qui tã copioſe abun
dat in ſpũalibus doctrinæ diuitiis,de nauicula paupe
ris nequaq̃ tenuis uerbi uectigal exigeret. Quid.n.
aut egenus diuitibus,aut peregrinus ciuibus,aut agre
ſtis,& ignarus ſtudioſis cõferat? Tñ qm̃ iuſſis parere
cogimur,eadẽ nos humilitatis rõ,q̃ excuſare uidet̃,
ad dicendũ cogit:cogit ad obediendũ. Quid igit̃ eſt
o religioſa plebs Dñi,qđ uobis q̃uis pauperes,q̃uis in
eruditiſſimi,attamẽ decẽter offerimus? Pacẽ ſine du
Luc. 10. bio,quã Dñs noſter IESVS CHRISTVS ingredien/
tes nos offerre omni domui iubet:unde & nos i prin
cipio ſalutationis noſtræ pacẽ uobis a dño exoraui/
mus:q̃ & habẽda ſemp ẽ,et ſemp orãda,nõ illa iſida,

et inſtabilis huius mundi pax,quæ uel pro cōmodis
quæritur,uel ꝑ timore ſeruatur: ſed pax CHRISTI,
quæ ſecundum ſententiā Apoſtoli Pauli,ſuperat om Phil.4.
nem mentem:& credentium corda cuſtodit. Pax, q̄
charitatis fœcundis nutritur uberibus.Pax,alumna fi
dei:colūna iuſtitiæ. Pax, futuræ ſpei pignus idoneū.
Pax,quæ præſentes ſociat:abſentes inuitat. Pax, quæ
terrena cæleſtibus,et diuinis humana cōciliat: ſic.n.
dicit Apoſtolus.Quod Dn̄s noſter IESVS CHRI- Col.1.
STVS pacificauit per ſanguinem ſuum nō ſolū quæ
in terris ſunt,ſed quæ in cælis.Hæc ergo uobis chariſ
ſimi pro uiribus pauperis uiatici peregrinus uiator
expoſuit,expectans magis una uobiſcum apud men
ſam potentis magiſtri affluentibus, & copioſis dapi-
bus ſaginari.Deus autē pacis qui cæleſtibus terrena
cōiunxit,concedat nobis eadem ſapere in alterutrū:
& plena unanimitate gaudere:per CHRISTVM Do
minum noſtrum,per quem eſt Deo patri omnipotē
ti gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE REMITTENDO FRATRI DELICTO. SERMO. CXXXIX.

SIcut in terra latet aurum, ita diuinus
ſenſus uerbis celatur humanis: et ideo
quotiens Dominica nobis eloquia pan
duntur,mens uigilet, animus intēdat,
ut intellectus poſſit ſcientiæ cæleſtis in
trare ſecretum.Quare Dn̄s hodie ſic cœperit audia
„ mus, Attēdite,inquit,uobis. Quid ſibi iſta nouitas Luc.17.
elocutionis? quo iſta tendit admonitio ꝑter uſum?
„ Attendite,inquit,uobis. Ille attendit ſibi,qui nō alie

„ nis actibus ĩportunis,impudẽs,curioſus intẽdit. At/
„ tẽdite,inqt,uobis. Vagus oculus,paſſiuus ĩtuitus, im
probus aſpectus,ſuas non reſpicit ad ruinas: alienos
currit,& decurrit ad lapſus:ſua cæcus ad crimina, ad
aliena errata plucet: malorũ ſuorũ neſcius, alienorum
eſt accuſator,& teſtis:ſuũ tepidus ad reatum, ad alte
rius & innocẽtis flãmatur, et excãdeſcit examen. Et
Mat.7. ne multis,ſicut dixit Dñs.Oculus in ſe trabẽ nõ uidẽs
uidet in alio feſtucã.Nõne oculus præuaricationis au
Gen.3. ctor. Et uidit,inqt,mulier q̧ bonũ eſſet lignũ ad mã
ducãdũ:et q̧ gratũ oculis ad uidẽdũ.Mortis ianua,in
uidiæ fax, liuoris caminus,toto cupiditatis ĩcẽdio ue
locius p aliena pcurrit,q̃ currit ignis arida, & terre/
na p gramina.Dei ẽ q̧ oculus in orbẽ ſic apertus ar/
ctatᷓ anguſtiſſimus in pupillã,quatenus moderate ui
ſum uideat,nõ inuideat:puideat,nõ proripiat:proſpi
ciat,non deſpiciat:oculus ſit animæ feneſtra: ſpeculũ
ſit mẽtis:ſit lumen corporis:membrorũ dux ſit:non
„ introitus uitiorum. Sed ad p̃fata redeamus. Attẽdite,
„ inqt,uobis. Vobis,nõ dixit tibi,qa quicquid alii attẽ
derit hõ,attẽdit ſibi:& q̃tũ uidebit ipſe alteri,uidebit
„ alter ipſi:ſicut ex ſequẽtibus eluceſcit. Si peccauerit,
„ inquit,in te frater tuus,ĩcrepa illũ:& ſi pœnitẽtiã ege
„ rit,dimitte illis. Age hõ,mãdãte Deo,dimitte,dimit
te peccata:eſto miſericors ad delicta:in te cõmiſſorum
tu remiſſor eſto peccatorum: tu mõ ne pdas in te diui/
næ infulas ptãris,quicquid ĩ alio tu nõ remiſeris, tibi
„ in alio tu negabis. Si peccauerit in te frater tuus,in/
„ quit,ĩcrepa illũ. Increpa ut iudex:ut frater remitte:
quia iũcta libertati charitas,charitati mixta libertas,
& terrorẽ comprimit, & ſuſcitat fratrẽ: fratrẽ frater
✠ eſt in febre cũ lædit:eſt in fide proximo cũ delinqt,

eſt ſui neſcius, eſt humanitatis extraneus: huic q per
cõpaſſionẽ non ſubuenit, hũc qui per patientiã nõ cu
rat, nõ per ueniã ſanat, ſanus nõ ẽ: ægrotat: infirmaẽ:
uiſcera nõ habet: & ab humano ſenſu mõſtratur alie
nus. Furit fr̃, aſcribe ægritudini: tu illũ iuua ut frater:
aſcribe tu qđ ſic gerit febri, et fratri nõ poteris ĩputa
re cõmiſſum: dabiſq; tu prudẽter ĩfirmitati culpã, fra
tri ueniã: ut illius ſanitas ad tuã gl̃iam recurrat: illius
» uenia tuũ redũdet ad p̃miũ. Si peccauerit, inqt, in te
» frater tuus increpa illũ: ſi pœnitẽtiã egerit, dimitte il
li. Nemo iſta audiẽs cenſurã ſibi remittẽtis aſſumat,
et ĩponat fratri delinquẽti uana p̃ſumptione pſonã:
ac ſic durũ putet remittere delicta. Se peccatorẽ, pec
caturũ ſe hõ cogitet: & tũc incipit amare ueniam, nõ
amare uindictã. Audis tu qa remittere debeas, et qa
tibi remitti debeat, nõ audis. Peccabis et tu illi cras q
tibi hodie peccauit: & erit tibi iudex, q tibi erat reus
ante: & reddet tibi ueniã, ſi dediſti: ſi non dediſti, aut
negabit ueniã, aut ſi dederit, ĩputabit amplius, q̃ do/
nabit. Remitte peccãti: remitte pœnitẽti, ut cũ tu pec
caueris repẽſet ĩ uenia, nõ donet. Bona ſemp uenia,
ſed tũc dulciſſima, cũ debet. Vicit pœnã, iudicẽ p̃ue/
nit, euaſit iudiciũ, q remittendo ante ſibi ueniã, q̃ de
» linqueret iã puidit. Et ſi ſepties, inqt, ĩ die peccauerit
» in te, et ſepties in die cõuerſus fuerit ad te, dicẽs, pœ/
» niteт me: dimittes illi. Quare ueniã lege cõſtringit, an
guſtat numero, fine cõcludit, quã ſic pulſat p miſeri/
cordiã: p gratiã ſic relaxat? Si ſepties, ſi octies, uincit
numerus gratiã: bonitati calculus obſiſtit? et addicit
una culpa pœnæ, quẽ cõmiſſa ſeptẽ ueniæ iam dede/
runt? Abſit. Nam ſicut felix ille qui ſepties remiſit,
ita felicior ẽ iſte ſeptuagies ſepties q remiſit. Petrus

Digitized by Google

Mat. 18. mandati inmemor huius interrogat Dñm, dicēs. Si peccauerit in me frater meus, quotiens remittā illi? Septies? Rñdit Dominus. Non ſolum ſepties ſed ſeptuagies ſepties. Præſcriptus ergo numerus non anguſtat ueniam, ſed dilatat: et quod præcepto finit, ſine fine relinquit arbitrio: ut ſi quātum iuſſerit remiſeris, tantum ſit obedientiæ, ſit præmii. Verum ſeptimus numerus qui numero uidetur paruus, inuenitur ampliſſimus ſacramēto: nam ſeptimus numerus per dies gradiens ſabbatum facit, quod benedixit dominus: et deputauit ad requiem tam ſui operis, q̃ laboris humani. Septimus numerus per ogdoadas currens, ſic ſeptem ſeptemplicat ſeptimanas, ut penteco ſten nobis impletā myſterii ſolennitate concludat: totumq; ſancti Spūs imbrem in Eccleſiaſticam ſegetem cæleſti ſonitu tunc effundat. Septimus numerus cum per menſes properat, ſeptimi menſis feſta conſecrat tota nobis ieiunii ſanctitate. Septimus numerus cum uadit per annos, ſeptimanas facit: facit annū qui requiē dat terræ: nexus omnes fraternæ obligationis abſoluit. Septimus numerus annorū cum circuit ſeptimanas, annum quinquageſimum qui Iubileus uocatur, ad plenitudinē totā ueniæ, et remiſſionis adducit: ut tollatˀ ſeruitus, redeat libertas: ut cautionum documenta in monumenta rūpantur: reſurgat debitor, debitum ſit ſepulcrū: redeat ut ager pauperis: ut pereat diuitis totus de cupiditate cōtractus. Et ſi ſeptimus numerus ſeptemplicatus per dies, per menſes, per annos, totum contulit remiſſionis, & ueniæ, ſeptimplicatus ſeptuagies ſepties Septimus numerus quid afferre poſſit, Chriſtianus æſtimet, & aduertat auditor. Tunc uere ceſſabit crediti contractus,

& debiti:

& debiti:tunc uere abolebitur tota conditio ſeruitutis:tunc illa illa ueniet ſine fine libertas: tũc æternus ager uicturus ſemper remeabit. Veniet,ueniet remiſſio tunc uera, quando abolebitur etiã neceſſitas ipſa peccandi:quando pereunte imunditia uere mundus iam uocabitur mundus:quando redeunte uita mors nõ erit: qũ regnante CHRISTO diabolus iã peribit. Orate fratres,ut & nobis Dominus augeat fidẽ,quatenus hæc bona credere,uidere,et tenere poſſimus.

DE ANNVNTIATIONE DIVAE MARIAE VIRGINIS. SERMO. CXL.

SAtis modo ſit oculorũ noſtrorum pura acies, ut poſſit in diuini ortus intẽdere claritatem:nam ſi naſcentis iubar ſolis oculorũ noſtrorum uix ſuffert ſanitas tota, uel puritas, quãta interni uiſus eſt præparanda ſynceritas, ut ſplendorem ſui ferre
„ poſſit orientis,& radiantis auctoris? In ſexto autem Luc. 1.
„ menſe miſſus eſt,inquit,Angelus Gabriel in ciuitatẽ
„ Galileæ,cui nomen Nazareth,ad uirginem deſpon-
„ ſatam uiro,cui nomen erat Ioſeph. Locum,tẽpus, perſonam,ſanctus Euãgeliſta deſignat, ut relationis ueritas manifeſtis ipſarũ rerũ cõprobetur indiciis.
„ Miſſus eſt,inquit, Angelus ad uirginem deſponſatã. Ad uirginem Deus aligerum portitorem mittit: nã dat arrã,dotem ſuſcipit,qui fert gratiã:fidem refert, & tradit munera uirtutis,qui mox uirginei cõſenſus reſoluit ſponſionẽ. Peruolat ad ſpõſam feſtinus interpres,ut a Dei ſponſa humanæ deſponſationis arceat,

& ſuſpendat affectum, neq; auferat ab Ioſeph Virginem, ſed reddat CHRISTO, cui eſt in utero pignorata cum fieret. CHRISTVS ergo ſuã ſponſam recipit, non præcipit alienam: nec ſeparationẽ facit, quãdo ſuam ſibi totam iungit in uno corpore creaturã.
„ Sed quid egerit Angelus audiamus. Ingreſſus ad
„ eam dicit: Aue gratia plena: Dominus tecũ. In hac uoce oblatio eſt, oblatio muneris, non ſimplex ſalutationis officium. Aue, Hoc eſt accipe gratiam. Ne
„ trepides: ne ſis ſollicita de natura. Gratia plena. Quia in aliis gratia, in te tota gratiæ pariter ueniet
„ plenitudo. Dominus tecum. Quid eſt in te Dominus? quia ad te non uiſitandi ſtudio uenit, ſed in te nouo naſcendi illabitur ſacramento. Adiecit con-
„ grue. Benedicta tu in mulieribus: Quia in quibus Eua maledicta puniebat uiſcera, nũc in illis gaudet, honoratur, ſuſpicitur MARIA benedicta. Et facta eſt uere nunc mater uiuentium per gratiã, quæ ma-
„ ter ante extitit moriẽtium per naturam. Quæ cum
„ audiſſet, turbata eſt i ſermone eius. Quid eſt ꝙ perſonam uidet, & de ſermone turbatur? Quia uenerat Angelus blandus in ſpecie, fortis in bello: mitis in habitu, in ſermone terribilis: humana proferens, diuina repromittẽs. Vnde & Virginem, quam leuiter uiſus ſollicitauerat, nimium turbauit auditus: & quam miſſi præſentia parum mouerat, concuſſit toto pondere mittentis auctoritas. Et quid plura? mox ſenſit in ſe ſupernum ſuſcipi iudicem, ubi ante iam cæleſtem uidit, & contemplata eſt metatorem. Quãuis.n. blando motu, affectu pio, Virginem ſibi Deus in matrem, ſeruã ſibi uerteret Dominus in parentem, turbata ſunt tamen uiſcera, mens refugit, ipſa eſt treme

facta conditio,cum Deus,quem tota creatura nõ ca-
pit,totum ſe intra pectus recepit, & condidit huma-
nũ. Et cogitabat,ait,Virgo quæ eſſet iſta ſalutatio.
Aduertat ueſtra charitas,ut diximus,conſenſiſſe Vir-
ginem ſalutationi non uerborum,ſed rerum: & uo-
cem fuiſſe non cõmunis obſequii, ſed ſupernæ uim
totam fuiſſe uirtutis. Cogitat ergo Virgo, quia cito
reſpondere eſt facilitatis humanæ,cogitare uero põ
deris eſt maximi,& iudicii pmaturi. Quãtus ſit Deus
ſatis ignorat ille,qui huius Virginis mentem nõ ſtu-
pet;animum nõ miratur:pauet cælum:tremunt An-
geli:creatura non ſuſtinet:natura non ſufficit: & una
puella ſic Deum in ſui pectoris capit,recipit,oblectat
hoſpitio,ut pacem terris,cælis gloriam,ſalutem per
ditis,uitam mortuis,terrenis cum cæleſtibus paren-
telam,ipſius Dei cum carne cõmercium,pro ipſa do
mus exigat penſione, pro ipſius uteri mercede con-
quirat: & impleat illud Prophetæ.Ecce hæreditas do Ps.126.
mini,filii merces fructus uentris.Sed iam ſe conclu-
dat ſermo,ut de partu Virginis, donante Deo,& in-
dulgente tempore, gratius proloquamur.

DE INCARNATIONE CHRISTI. SERMO. CXLI.

QVantum ſecretum cubiculi ſit regalis, quali reuerentia, quo tremore, locus habeatur ubi ipſa principis requieſcit poteſtas,q̃ nulli extraneo,imundo nemini,nulli infideli pateat illuc, & permitatur acceſſus,q̃ munda,quã caſta,quã fidelia ibidem præſtolétur obſequia,imperialis aulæ manife-

ſtis docetur inſignibus. Quis ad ipſas palatii fores ul lis, quis propinquat indignus? Certe ad thalamum ſponſi niſi ſatis proximus, niſi ſatis itimus, niſi bonæ cóſcientiæ, niſi laudabilis famæ, niſi probabilis uitæ nullus admittitur. Intra thalamũ uero ipſum uirgi-nem Deus capit ſolã: ſuſcipitur ſola uirginitas illiba-ta. Vnde o homo his admonitus exẽplis, æſtima quis ſis, quantũ ſis, qualis ſis, & tunc demũ cogita, utrum poſſis Dominicæ natiuitatis penetrare ſecretũ: utrũ merearis ad illius pectoris cubiculum peruenire: ubi tota ſuperni regis, tota diuinitatis requieſcit maie-ſtas: utrũ debeas humanis oculis, corporeis ſenſibus, conceptum uirginis temerarius diſcuſſor attendere: utrũ poſſis ipſas Dei manus operantes ſanctum ſibi corporis tẽplum intra aluum genetricis audax, & cu rioſus arbiter intueri: conſpectibus tuis abſcõditum ſæculis nudare myſteriũ: reuelare tibi ipſis Angelis inuiſibile ſacramentũ: & ita cæleſti fabricæ præſide-re, ut deprehendas liquido tu, quomodo Deus pene-trale clauſæ carnis intrauerit: quemadmodum ſacri corporis in illo uenerabili utero præter uirginis cõ-ſcientiã liniamenta pinxerit: quomodo præter conci pientis ſenſum manſura ſæculis oſſa ſolidauerit: qua liter præter hominis ordinẽ hominis uerã produxe-rit formã: quemadmodũ præter carnis ſollicitudinẽ totam carnis aſſumpſerit ueritatẽ: qua ratione præ-ter naturam noſtræ carnis integram ſuſceperit qua-litatem: & ſi ad hæc tibi liber non perpatuerit acceſ-ſus, iam Deus ex carne nunc aſſumere non potuit qđ in principio aſſumpſit ex limo? Immo quia totum Deo eſt poſſibile, & tibi ne ad minima quidem ope-rum Dei poſſibile eſt peruenire, conceptum uirginis

Digitized by Google

noli diſcutere,ſed crede:Deum uoluiſſe naſci pie ſen
ti:quia facis iniuriam ſi requiris:magnum Domini-
cæ natiuitatis ſacramentũ fide percipe:quia ne mini
ma quidem operum Dei aſſequi poteris ſine fide:di
cente ſcriptura.Omnia opera eius in fide. Sed tu hic Pſal. 32.
totum uis de ratione conſtare, ubi totum cõſiſtit ex
fide:quod tamen non ſine ratione ſubſiſtit:ſed ratio
ne Dei,non tua homo.Quid tam rationabile, niſi ut
Deus quicquid uoluerit poſſit? Qui quod uult non
poteſt,Deus non eſt. Quæ ergo mandat Deus, exe-
quitur Angelus:implet ſpiritus: efficit uirtus: Virgo
credit:natura ſuſcipit:cæli narrant:annunciat firma-
mentum: oſtendunt ſtellæ: Magi prædicant: paſto-
res adorant:pecora cognoſcunt: atteſtante Prophe-
ta. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, et aſinus præ- Iſa. 1.
ſepe Domini ſui. Tu homo ſi non mox cum Ange-
lis,agnoſce uel tardiſſime cum iumẽtis: ne dum mo
raris,ipſis iumentis, quibus ante comparatus fueras,
poſtponaris. Ecce iumenta adulantur caudis: blan-
diuntur auribus: linguis lambunt: et motu quo poſ-
ſunt auctorem ſuum fatentur contra naturam in tuã
ueniſſe naturam:& tu cum Iudæis diſcutis,carpis,
qui excluſerunt a diuerſoriis ſuis Dominũ ſuũ,
quem iumẽta ſuis in præſepibus ſuſceperunt.
Vnde ſi tandẽ uel Angelis es pium præ-
ſtaturus auditũ, quæ ab Angelo
dicenda ſunt,ſi nõ feliciter,
uel dignãter admitte:
quod nos hodie
differre,& ſequenti refer
re ſermone,ſancti fratres ſatis
uobis neceſſarius ſermo compellit.

Digitized by Google

DE ANNVNTIATIONE DIVAE MARIAE VIRGINIS. SERMO. CXLII.

AVdiſtis hodie fratres Chariſſimi An-
gelum cũ muliere de hominis repa-
ratione tractantẽ. Audiſtis agi, ut ho-
mo curſibus eiſdẽ qbus dilapſus fue-
rat ad mortẽ rediret ad uitam. Agit,
agit cũ MARIA Angelus de ſalute, qa cũ Eua Ange
lus egerat de ruina. Audiſtis Angelũ de carnis nr̃æ
limo tẽplũ diuinæ maieſtatis arte ieffabili ꝯſtruẽtẽ.
Audiſtis in terris Deũ, i cælis hominẽ ſacramẽto in-
cõprehẽſibili collocari. Audiſtis iaudita rõne i uno
corpore deũ, hominẽq; miſceri. Audiſtis fragilẽ nr̃æ
carnis naturã ad portãdã totã Deitatis gloriã Ange-
lica exhortatione roborari. Deniq; ne tãto põderi cæ
leſtis fabricæ in MARIA ſubtilis nr̃i corporis arena
ſuccũberet, & in Virgine totius generis humani por-
tatura fructũ uirga tenuis frãgeret, fugatura metum
Luc. 1. ,, uox Angeli mox ꝓceſſit, dicẽs. Ne timeas MARIA.
Ante cauſam dignitas Virginis annũtiatur ex noĩe:
nã MARIA hebræo ſermone, latine Dña nuncupat̃:
uocat ergo Angelus dñam, ut dñatoris genetricẽ tre
pidatio deſerat ſeruitutis, quã naſci, & uocari dñam
,, ipſa ſui germinis fecit, & ĩpetrauit auctoritas. Ne ti
,, meas MARIA: inueniſti .n. grãm. Verũ eſt, qa q inue-
,, nit grãm neſcit timere. Inueniſti grãm. Apud quẽ?
,, Apud Deũ. Beata, q̃ iter hoĩes audire ſola meruit p̃
,, oĩbus. Inueniſti grãm. Quantã? quantã ſupius dixe
,, rat. Plenã. Et uere plenã, q̃ largo ĩbre totã fũderet,
,, & ĩfunderet creaturã. Inueniſti .n. grãm apud Deũ.
Hæc cum dicit, & ipſe Angelus miratur, aut fœminã

tantum,aut oẽs homines uitá meruiſſe per fœminá:
ſtupet Angelus totum Deum uenire intra uirginalis
uteri anguſtias, cui tota ſimul anguſta eſt creatura.
Hinc eſt ꝙ remoratur Angelus: hinc eſt ꝙ uirginé
uocat de merito:de gřá cõpellat: uix cauſam prodit:
audienti ſane ut ſenſum promoueat uix longa trepi
datione cõponit. Aeſtimate fr̃es,qua reuerentia,quo
tremore nos tanto intereſſe deceat,& cõueniat ſacra
mento, qñ ipſe Angelus nõ ſine metu metũ diſcutit
» audientis. Ecce cõcipies ĩ utero. Bene cõcipies,qđ
» caro neſcit: conditio nõ habet:non admittit natura.
» Ecce cõcipies ĩ utero. Quis ante ad fructũ peruenit,
q̃ terræ laboré ſentiat,& ſudoré? quis ante poma car
pit,q̃ plantæ ſuá tribuat, & impendat induſtriá? quis
præter uiá ad ullá peruenit manſioné? quis p̃ter na/
turá naturæ ſuſcipit increméntum? Beata ergo,& ue
re beata MARIA,q̃ p̃ter generandi curas, p̃ter ma/
terni doloris faſtidia,tátá germinis peruenit ad glo/
riá.Beata q̃ diuinũ pignus ſic ſuo ſuſcepit,& ſeruauit
ĩ pectore,ut illud tota corporis externa neſciret.Bea
ta, quæ quod de ſupernis Angelo referente ſuſcepe/
rat,ſic menti ſuæ ſolæ cõmiſit, & credidit. Intra do/
mum Virginis negotium cæleſte ſic geritur, ut ma/
» nentibus clauſtris ipſa domus ſepta nõ ſentiant. Cõ
» cipies,& paries filiũ. Qui ingreditur,& egreditur,et
introitus ſui, & exitus nulla ueſtigia relinquit, diui/
nus habitator eſt,non humanus: et qui conceptu ſuo
uirginé ſeruat,& ortu ſuo relinquit Virginé,non ter
renus homo é,ſed cæleſtis.Noſtræ ergo carnis ordo
ſecedat,hic ſibi natura noſtra nil uindicet,ubi ad di/
uinam progeniem cæleſtis ordo diuiná inſtituitur ĩ
naturá.Conceptus,et partus ſermo audientis animũ

Digitized by Google

non fatiget: nec leuiter ſenſum moueat Chriſtiani, ubi ad cæleſtē progeniē uirtutis Dei diuina peraguntur inſignia. „ Concipies, et paries filium. Non dixit tibi, non dixit tuum: quare? quia ſanctum uocabitur Filius Dei. Virgo te gratia matrē præſtitit, non natura: genetricem te dici pietas uoluit, quā non ſinebat integritas: in tuo cōceptu, in tuo partu creuit pudor: aucta eſt caſtitas: integritas roborata eſt: eſt ſolidata uirginitas: omnes perſeuerauere uirtutes. Virgo ſi tibi ſalua ſunt oīa, quid dediſti? Si Virgo, quomodo mater? Si ſponſa, genitrix quomodo? ille quo tibi aucta ſunt omnia nil minuit Virgo. Virgo, concipitur ex te auctor tuus: tua ex te oritur origo: i tuo germine eſt genitor tuus: in tua carne eſt Deus tuus: et ipſe lucem mundi per te cepit, qui lucē mundo dedit. Monita ergo per Angelum Virgo ne præſumas hunc uocare filiū tuum, ſed mox ut genueris inuoca Saluatorē: quia uirginitas non ſibi parit filium, ſed parit pignus auctoris: et integritas ſuum geſtat Do„ minū, nō alumnū, dicente Angelo. Et uocabis no„ mē eius IESVM. Quod Saluator latino uocabulo „ nuncupatur. Dixit autē MARIA ad Angelū. Quo„ modo fiet iſtud? Ecce MARIA interrogat: et ſi qui interrogat dubitat, cur ſolus Zacharias uelut querulus percunctator incurrit? quia pectorum cognitor non uerba, ſed corda peruidit: nō quid dixerint, ſed quid ſenſerint iudicauit: erat. n. interrogantiū cauſa diſſimilis, ſpecies perdiuiſa: hæc contra naturā credidit, ille dubitat pro natura: hæc integræ rei ordinem quærit, ille quæ Deus iubet fieri non poſſe perſcribit: ille impellentibus exemplis non accedit ad fidem, hæc ſine exemplo percurrit ad fidem: hæc mi-

Digitized by Google

ratur de partu Virginis,ille de conceptu diſputat cō/
iugali.Merito ergo hæc loquitur,hæc Deum ſuo co/
gnoſcit,et confitetur in corpore, ille tacet,donec Io
hannem quem negabat conuictus proprio redderet
» ex corpore. Quomodo fiet iſtud? Quare? Quia
» uirū non cognoſco. Mulier quē uirū quæris? quem
tu in paradiſo perdidiſti? Redde uirum mulier:red
de depoſitū Dei:redde ex te quē pdidiſti per te:præ/
termitte naturæ ordinē, recognoſce ordinē creato/
ris. Ille ex te aſſumet,et faciet uirum,qui ī principio
te fecit,ėt aſſumpſit ex uiro:ne quæras uirum: ceſſet
opus hominis: quia ad reparationē hominis ſufficit
ars diuina.Hinc eſt quod Deus ipſe ad te uenit, qa te
pœnituit ad hominē pueniſſe. Nec iā caro ad carnē,
» Sed Spiritus ſanctus ſupueniet in te. Quia quod de Iohā.3.
carne natum eſt:caro eſt:& quod de ſpū,ſpūs eſt:qui
ergo de ſpiritu naſcitur,ſine cōtrouerſia Deus eſt,qa
» ſpūs eſt Deus. Spūs ſanctus ſuperueniet in te,& uir/ Ioāh.4.
» tus altiſſimi obūbrabit tibi. Obūbrat Dei uirtus,ne
» portatura Deū fragilitas humana ſuccūbat. Et uir/
» tus altiſſimi obūbrabit tibi. Aeſtus nři corporis ne/
ſcit,quā diuinæ protegit umbra uirtutis: nec ſecretū
mundanæ habitationis inquirit,quæ ſe ſeptā ſuperni
» ſplēdoris circūſpicit uelamēto. Propterea quod na
» ſcetur ex te ſanctū,uocabit̃ filius Dei. Nemo hic cō
muniter accipiat Sāctū, ſed illa ſingularitate qua cla
matur in cæleſtibus. Sāctus,Sāctus,Sāctus,Dominus Iſa.6.
Deus ſabaoth.Mittitur aūt MARIA ad Eliſabet,uir/
go ad ſterilē, infans ad anū, ut certamine pio ſumāt
ambæ,percipiant pariter, altera de nouitate fidē,al/
tera de neceſſitate uirtutē.His auditis reſpondit MA
» RIA. Ecce ācilla Domini, fiat mihi ſecundū uerbū

Digitized by Google

tuum. Quæ uocatur ab Angelo domina, ipſa ſe co/gnoſcit,& cõfitetur ancillã. Quia deuotus animus in ſulis beneficiorũ creſcit ad obſequiũ:augetur ad gratiã:non ad arrogantiã proſilit:nõ ad ſuperbiã pertu/
„ meſcit. Fiat mihi ſecundũ uerbũ tuum. Quæ credit
Ioã. 1. uerbo, merito concipit Verbũ. In principio erat Verbum: & Verbũ erat apud Deũ:& Deus erat Verbũ:et ad totam rem peruenit, quæ ſecretum fidei conſen/tit auditu. Quãtũ peccat hæreticus, qui poſt cauſam nõ credit, eũ tñ hâc crediditſſe cõſpicit ante cauſam?

DE EADEM. SERMO. CXLIII.

DEbet quidẽ uobis natalitius ſermo, ſed ineffabile natiuitatis Dñicæ ſacramentũ credere magis conuenit, q̃ referre. Virgo pepit. Quod natura non habet, & uſus neſcit, ignorat ratio, mens non capit, pauet cælũ, ſtupet terra, creatura miratur, quõ ſermo narrabit humanus? Deniq; Euãgeliſta concepttũ Virginis, Virginis partũ ſicut humano ſermone pãdit, ita diuino claudit arcano:& hoc facit, ut homo qđ credere iuſſus eſt, diſcutere nõ pſumat. Quis at/tingat arcanũ Dei? partũ Virginis? rerũ cauſas? ſæculorũ negociũ? cõmerciũ diuinitatis, et carnis? hoĩem
Luc. 1. „ Deũq; unũ Deũ? Euãgeliſta ſic ait. Miſſus eſt Ange/
„ lus Gabriel a Deo ĩ ciuitatẽ Galilææ, cui nomen erat
„ Nazareth: ad Virginẽ deſpõſatã uiro, cui nomen erat
„ Ioſeph: et nomẽ uirginis Maria. Miſſus ẽ Angelus a Deo: ubi mediator ẽ Angelus, humana ceſſet opinio: ubi cæleſtis ẽ nũtius, iterp̃tatio terrena pellat. Curioſitas humana torpeſcat, ubi ſupernus habet iterpres.

Digitized by Google

» Miſſus ẽ Angelus a Deo. Qui audit attẽtius qa a Deo
miſſus ſit, Deitatis refugit pſcrutari ſecretũ. Quod p
Angelũ Deus mãdat ille meret̃ ſcire, qui timet ſcire.
Audi Dñm dicẽtẽ. Sup quẽ reſpiciã, niſi ſup humilẽ, Iſa. 66.
et mãſuetũ, et tremẽtẽ uerba mea? Humilẽ, et man- iuxta. lxx.
ſuetũ: quantũ manſuetus eſt ille qui iuſſis obtẽperat,
» imãſuetus tm̃ eſt ille q iuſſa diſcutit. Miſſus eſt An-
» gelus ad Virginẽ. Quia ſemp eſt Angelis cognata
uirginitas. In carne pter carnẽ uiuer̃ nõ terrena uita
eſt, ſed cæleſtis. Et ſi uultis ſcire, Angelicã gloriã acq
rere maius eſt, q̃ hr̃e: eſſe Angelũ felicitatis ẽ, Virgi-
nẽ eſſe uirtutis: uirginitas. n. hoc obtinet uiribus, qd
habet Angelus ex natura. Angelus ergo, & Virgo, di
» uinũ agũt officiũ, nõ humanũ. Ingreſſus, inqt, Ange-
» lus ad eã dixit. Aue gr̃a plena: Dñs tecũ: benedicta tu
» iter mulieres. Aue gr̃a plena, Dñs tecũ: uideris qui-
» bus eſt uirgo oppignerata muneribus. Aue gr̃a ple
» na: Dñs tecũ. Aue, hoc eſt accipe: quid? uirtutes mu-
» neræ, nõ pudoris. Aue gr̃a plena. Hæc eſt gr̃a, q̃ de-
dit cælis gloriã: terris Deũ: fidẽ gẽtibus: finẽ uitiis: ui
tæ ordinẽ: moribus diſciplinã. Hãc gratiã detulit An
» gelus: accepit Virgo ſalutẽ ſæculis redditura. Aue
» gr̃a plena. Quia ſingulis gr̃a ſe eſt largita p partes,
Mariæ uero ſimul ſe totã dedit gr̃æ plenitudo. Oẽs,
inqt, Euãgeliſta, de plenitudine eius accepimus. Vñ & Iohã. 1.
Dauid dicit. Deſcẽdit ſicut pluuia in uellus. Vellus cũ Pſal. 71.
ſit de corpore neſcit corporis paſſiões, ſic uirginitas
cũ ſit ĩ carne uitia carnis ignorat: cæleſtis ergo ĩber
uirgineũ in uellus placido ſe fudit illapſu: & tota diui
nitatis unda bibulo ſe nr̃æ carnis celauit in uellere,
donec p patibulũ crucis expſſũ terris oĩbus in pluuiã
ſalutis effũderet. Et ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſup terrã.

Pſal.71. Vt uitalibus partita ſtillicidiis tempora fidei rigarẽt
,, germina,nõ necarẽt. Aue gr̃a plena:Dñs tecũ. Miſ
ſus eſt Angelus a Deo,& qd dicit? Dñs tecũ. Ergo
erat cũ uirgine,qui ad Virginẽ miſerat.Præceſſit nũ
tiũ ſuũ Deus,ſed a deo nõ receſſit:teneri locis nõ põt
qui oĩbus habet̃ ĩ locis:& totus ubiq; ẽ,ſine quo nihil
,, eſt totũ. Benedicta tu inter mulieres. Vere benedi
cta Virgo,q̃ & uirginitatis poſſidet decus:matris & p
tulit dignitatẽ.Vere bñdicta,q̃ & ſupni cõceptus me-
ruit gratiã,& ſuſtulit ĩtegritatis coronã.Vere benedi
cta,q̃ & diuini germinis ſuſcepit gloriã,et regina to-
tius extitit caſtitatis.Vere benedicta,q̃ fuit maior cæ
lo,fortior terra,orbe latior:nã Deũ quẽ mundus nõ
capit ſola cepit.Portauit eum qui portat orbem:ge-
nuit genitorẽ ſuũ:nutriuit omniũ uiuẽtiũ nutritorẽ.
,, Sed uideamus quid ait Euãgeliſta. MARIA,ĩquit,
,, ut uidit Angelũ, turbata eſt in ſermone eius. Tur-
bata eſt caro,cõcuſſa ſunt uiſcera,mens tremuit,to-
ta cordis obſtupuit altitudo,quia in ingreſſu Angeli
Virgo ſenſit diuinitatis ingreſſum.Turbatur huma-
ni corporis tẽplum,et carnalis domicilii mouebant̃
anguſtiæ,cũ ſe in uirgineo pectore tota Dei cõderet
magnitudo.Sed,ſi placet,priuſq̃ fidei Chriſtianæ pe
netremus arcanũ,loquamur ad eos qui partũ uirgi-
nis,qui magnũ pietatis ſacramentũ,qui reparationẽ
ſalutis humanæ referunt ad diuinitatis iniuriã.Venit
,, ad uirginẽ Deus,hoc eſt ad opus ſuũ opifex:creator
Ioã.1. ,, ad creaturã ſuã.Q uãdo ad opificis honorẽ opis re-
ſtauratio nõ redundat?qñ honor nõ deputat̃ ad glo
riã,ſi factor facturã ſuã reparet?ne amittat quis opus
ſuũ,nõne cũ ueteraſcit renouat?et cũ cadit erigit?et
cum deſtruitur, in melius nõ reformat? Ergo quod

Digitized by Google

in partu uirginis agitur: nō eſt creatoris iniuria, ſed ſalus eſt creaturæ. Si Deus fecit hominē, quis arguit cur refecit? & quod ex limo formaſſe digne credit, quare ex carne reformaſſe iudicatur indignū? Quid pretioſius caro, aut limus? ergo reparationis noſtræ quanto pretioſior materia, tanto maior eſt gloria. Aut quando Deus non in utero plaſmator eſt hominis? Audi Iob. Manus tuæ fecerunt, & finxerūt me. Iob. 10.
Et poſt, Vt caſeum coagulaſti me: oſſibus, et neruis inſeruiſti me: uitam, et miſericordiam dediſti mihi. Et Dauid. Tu formaſti me, et poſuiſti ſuper me manum tuam. Et ad Hieremiam Deus. Priuſq̃ eſſes in utero noui te: et in uulua ſanctificaui te. Si ergo parentis in aluo Iob liniamenta depinxit, ſi matris in utero Dauid membra compegit, ſi Hieremiam genetricis ſanctificauit in uulua, ſi Iohānem ſterilis in utero repleuit Spiritu ſancto, quid mirum modo, ſi uirginis habitauit in utero, qui mulierem hominis ſumpſit ex latere? Ipſe hominem mulieris reſumpſit ex utero, qui uirginem uiri formauit ex corpore: ac perinde homo quæ tibi uidentur noua, Deo habentur antiqua. Sed dicis, Quæ naſcendi neceſſitas Deo, cui ſuppetit faciendi poteſtas? quæ? ut ipſam naturam naſcendo reficeret, quam fecerat operādo: quia quæ facta fuerat ut generaret ad uitā, ipſa generabat ad mortē. Per peccatū primi hominis natura lethale uulnus accepit: et cœpit eſſe origo mortis, quæ erat initiū uitæ.

Pſ. 138.
Hie. 1.

Hoc eſt ergo negotiū natiuitatis qđ naſci cōpulit xp̄m, ut naturæ curā natiuitas daret auctoris: et naturæ curatio eſſet uiuificatio filiorum.

DE EADEM. SERMO. CXLIIII.

DE natiuitate CHRISTI nos cōperen
dinare ſermonem altitudo rei facit, et
cogit myſterii magnitudo. Virgo pe/
perit: quis loquet̃r? Verbū caro factū eſt:
quis narrabit? ſi uerbū Dei īfantiæ dat
uagitum, homo imperfectus quomodo clamabit in
uerbo? quātā ſtella Magis nocte dedit q̄rētibus lucē,
tantā doctoris ſermo ortus Dñici præbet audiētibus
claritatē: ut CHRISTVM inueniſſe gaudeant, diſcu/
tere non præſumant: honorent muneribus infantiā,
nō minorent. Sed orate frēs, ut qui noſtro ſenſim cre
uit in corpore, paulatim noſtro creſcere dignetur in
uerbo. Euāgeliſta hodie Angelū rettulit ſic locutū.
Luc. 1. ,, Ne timeas MARIA, inueniſti.n. gratiā apud Deum.
,, Ne timeas MARIA: quare? Quia inueniſti gratiā.
Timet nō qui inuenit, ſed qui perdit. Inuenit, inuenit
hæc concipiendo ſuperni germinis gratiam, quæ pa
,, riendo nō perdidit uirginitatis inſignia. Ne timeas
,, MARIA. Quid timet, quæ ſecuritatem rerum con
cipit? parit gaudia ſæculorum? Timor non eſt, ubi
diuinum eſt negotium, non humanum: ubi uirtutis
conſcientia eſt, non pudoris. Quid timet, quæ ſuſce/
pit eum, quem timent omnia quæ timentur? quid ti
met, cui Iudex cauſæ eſt aſſertor: integritas teſtis in/
,, nocentiæ? Ne timeas MARIA, inueniſti.n. gratiam
Ioā. 1. ,, apud Deum. Quod erat ī principio apud Deū Ver/
bum Deus intra ſe uirgo repperit: et factum eſt ma/
gnum Deitatis templum, quæ erat puſillum huma/
nitatis hoſpitium: et quem nō capiebat puſillitas hu/
mani corporis, cœpit uirginalis uteri magnitudo.

Digitized by Google

„ Ecce, inquit, concipies in utero. Propter reuerentiã dixiſſe ſuffecerat, concipies: quod exaggerat, i utero, quid eſt? ut conceptus eſſet ueritas, nõ figura: ut partus eſſet proprietas, non imago: ut ſicut de Deo uero Deus uerus natus eſt; ſic de uero conceptu ueritas humani corporis naſceretur. In ortu CHRISTI, fratres, humani corporis iniuria ſublata eſt, nõ natura: nec eſt creatura deleta, ſed culpa damnata. Eſt ergo hæreſis, quæ CHRISTVM aerium corpus aſſumpſiſſe metitur: nec habuiſſe carnem, ſed hominem ſimulaſſe confingit. Concipies, inquit, in utero: et paries „ filium: et uocabis nomen eius IESVM. Quod hebraice IESVS, græce Soter, hoc dicitur latine Saluator. Merito ergo Virgini ſalua ſunt omnia, quæ „ omnium genuit Saluatorem. Et uocabis nomen „ eius IESVM. Quia i hoc nomine Deitatis tota adoratur maieſtas: omnes qui cõmorantur in cælis, uniuerſi qui habitant terram, cuncti qui in profundo tenentur inferni, huic proſternũtur nomini: hunc adorant: audi Apoſtolum dicentem. Vt in nomine IESV omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & iſernorum. Hoc nomen, quod dedit cæcis uiſum: auditum ſurdis: claudis curſum: ſermonem mutis: uitam mortuis: totãq; Diaboli poteſtatem de obſeſſis corporibus uirtus huius nominis effugauit. Et ſi nomen tãtũ eſt, quãta poteſtas? Sed quis eſt iſte, qui uo„ catur hoc nomine? Iã dicat Angelus. Et filius altiſſi„ mi uocabitur. Videtis quia quod cõcipit Virgo, nõ terrenum germen eſt, ſed cæleſte: Virgo peperit, ſed Deus ſuſcepit filiũ. Ergo q de hac natiuitate humano modo diſputat, ad omnem tendit tanti genitoris in

Phil. 2.

Digitized by Google

» iuriam. Et dabit, inquit, ei Dominus ſedem Dauid
» patris ſui. Hinc hæreticus generat perfidiæ ſuæ ne-
bulas: hinc ſibi fingit erroris materiã. Ecce, inquit, nõ
ego dico, ſed Angelus, dabit illi Dominus Deus: nũ-
quid nõ maior eſt qui dat, quã qui accipit? & qui ac-
cipit anteq̃ acciperet non habebat. Sed nos iſta fres
audiamus non ut perfidi, ſed ut fideles: & ſit nobis ar
» gumentum fidei, quod illis eſt erroris occaſio. Da-
» bit illi Dominus Deus. Quid dat? aut cui dat? utiq;
» Deus homini dat: diuinitas carni. Dabit illi Domi-
» nus Deus. Quis Deus? utiq; Verbũ quod erat in prin
Ioãh. 1. cipio ſemper Deus. Cui dat? quod caro factum eſt, &
2. Cor. 5 habitauit in nobis: audi Apoſtolũ dicentẽ: Deus erat
in CHRISTO mundũ recõcilians ſibi. Sibi utiq;, nõ
alii. Hic ergo Deus qui in CHRISTO erat, regnum
ſibi dabat in CHRISTO: et conferebat ſuſcepto cor-
pori, quod ſemper ſua diuinitate poſſederat: ſicut ex
» ipſo Angeli probatur eloquio. Dabit illi Dñs Deus
» ſedem Dauid patris ſui. Vides quia quãdo accipit,
Dauid filius dicitur: quãdo dat, Dei filius nũcupatur:
Ioã. 16. ipſe dixit. Omnia quæ habet pater mea ſunt. Et quæ
neceſſitas accipiendi, ubi eſt habendi poteſtas? Ait:
omnia quæ habet pater mea ſunt. Quis accipit q̃ ſua
ſunt? aut in gratia dantis eſt, ſi accipientis eſt quod
donatur? Fatemur quia accepit, ſed iſte qui natus eſt:
qui ſuſcepit carnem: qui ſuſcepit ĩfantiã: qui cunabu-
la pertulit: qui ſuſcepit ætates: qui laborẽ ſuſtinuit: q
famẽ ſenſit: qui ſitim paſſus eſt: qui tota iniuriarũ ge
nera non refugit: qui aſcendit crucẽ: qui ſubiit mor-
tem: qui intrauit ſepulchrũ: hæretice huic quod acce
pit aſcribe. Aut putas qđ honorẽ a Deo dedignatur
accipere,

Digitized by Google

accipere, qui ab hominibus tantas accepit iniurias? aut exiſtimas quod conferri ſibi regnum a patre faſtidit, qui ab inimicis pœnas, mortéq; ſuſcepit? hæretice quod eſt iniuriæ, quod infantiæ, quod ætatis, quod téporis, quod dati, quod accepti, quod minoratiõis, quod mortis, ſi intellexeris non eſſe diuinitatis, ſed corporis, tu nullã filio irrogabis iniuriã: nullã tu facies in Trinitate diſtantiã. Sed reuertamur ad nos, et
» quæ ſunt noſtra iam loquamur. Dabit illi, ĩquit, Do
» mini Deus ſedé Dauid patris ſui: et regnabit ĩ domo
» Iacob in æternũ: et regni eius non erit finis. Qui in cælo ſemper conſedit patri, nunc ſedem Dauid accepit in terra: qui regnauit ſibi ſemper, modo nobis in domo Iacob regnum ſortitus eſt æternũ. Gaudeamus fratres, quia qui ſibi regnauit, regnaturus eſt nobis: gaudeamus, qa uenit regnaturus in terra, ut nos cum illo regnare poſſimus ĩ cælo: audi Apoſtolum. Si cõpatimur, et corregnabimus. Nobis natus eſt: no 2. Tim. 2
bis utiq; regnum uenit donaturus, ipſo promittente cum dicit. Venite benedicti patris mei, percipite re- Mat. 25.
gnum quod uobis paratũ eſt ab origine mundi. Vo-
« bis dixit, nõ mihi: ueniet ut ſit nobiſcũ ſemper: ut no-
« ſtris ſit ſemper ĩ oculis, qui nunc tantum noſtris habetur in cordibus: ueniet, ut quibus eſt gloria de re-
« gno, ſit de familiaritate fiducia. Et regni eius non
» erit finis. Qui eius aduentum credis gaude, quia regnum ſine fine promiſit: ubi eſt ſine ſucceſſore militia: ubi ſunt perpetuæ dignitates. Sed quid eſt quod permanſura non ambiunt, qui ambiunt tranſitura? quid eſt? quid eſt q caducos honores auro cõparãt: et nolũt gratis accipere ſempiternos? Fratres hic parantur officia: hic decernuntur loca: hic honores de-

Digitized by Google

ſignantur:hic qui non de Euágelii fide acceperit co-
dicillos,ibi æternarum infulas non habebit dignita
tum. Ergo ſi delectat militia,ſi uolumus ſemper mi
litare, arripiamus arma CHRISTI : uigilemus : ſo-
brii ſimus:uincamus diabolum:proſternamus uitia:
ut poſſimus accipere præmia pariter, & coronas ab
ipſo Domino noſtro IESV CHRISTO,qui cũ
Deo patre regnat nunc,et ſemper, et per
omnia ſæcula ſæculorum:Amen.

DE GENERATIONE CHRISTI. SERMO.CXLV.

AVdituri eſtis hodie frés quéadmodũ
nobis beatus Euangeliſta generatio-
nis CHRISTI retulit ſacramentum.
CHRISTI,inquit, generatio ſic erat.
Mat.1. „ Cum eſſet deſpóſata mater eius MA-
» RIA Ioſeph, anteq̃ cóuenirent inuenta eſt in utero
» habés de Spiritu ſancto:Ioſeph auté uir eius cũ eſſet
» iuſtus,& nollet eá traducere,uoluit occulte dimitte-
» re eá. Et quomodo iuſtus,qui conceptũ ſponſæ du
xit non diſcutere? ſuſpecti nõ exquirit cauſam pudo
» ris? coniugii famá non uindicat, ſed relinquit? Vo
» luit occulte dimittere eá. Hoc pio magis uidetur có
uenire,q̃ iuſto:ſed humano iudicio,non diuino. Pe-
nes Deum neq; pietas ſine iuſtitia eſt, neq; ſine pieta
te iuſtitia: cæleſti ſenſu ſine bonitate æqtas,ſine æq-
tate bonitas nõ habetur. Virtutes ſi ſeparatæ fuerint
dilabuntur:æquitas ſine bonitate ſæuitia eſt: & iuſti-
tia ſine pietate crudelitas.Ioſeph ergo merito iuſtus,
quia pius:& pius,quia iuſtus. Deniq; dum pietaté co-

Digitized by Google

gitat,crudelitate caruit:dum cauſam temperat,iudicium cuſtodiuit:dum uindictam differt, crimen euaſit:dum refugit accuſatorẽ,fugit ſententiã. Aeſtuabat animus ſanctus negotii nouitate pculſus:ſtabat ſponſa prægnans,ſed uirgo:ſtabat plena pignore, ſed nõ uacua pudore:ſtabat de conceptu ſollicita, ſed de integritate ſecura:ſtabat ueſtita materno munere,ſed non honore uirginitatis excluſa. Sponſus quid faceret ad iſta? accuſaret de crimine? ſed erat ipſe innocentiæ teſtis: culpã diceret? ſed erat ipſe cuſtos pudoris: urgeret adulterium? ſed erat ipſe uirginitatis aſſertor. Quid faceret ad iſta? Cogitat dimittere: qa nõ poterat uel foris pdere, uel intus quod euenerat continere. Cogitat dimittere,& dicit Deo totũ, quia quod homini diceret non habebat. Et nos frẽs quotiens res turbat,fallit ſpecies, facit color negotii internа neſcire,declinemus iudiciũ: ſubtrahamus uindictã:ſententiã fugiamus: dicamus Deo totũ, ne dũ facile inocentum forte geſtimus in pœnã, ipſi nobis noxiam ſententiam proferamus:dicẽte Domino. In quo iudicio iudicaueritis,iudicabitur de uobis. Certe ſi nos tacuerimus,clamabit Deus:reſpondebit Angelus,qui Ioſeph ne innocentiam deſereret, ſic præuenit. Ioſeph,inquit,fili Dauid, noli timere accipere MARIAM coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt,de Spiritu ſancto eſt. Pariet autẽ filium, & uocabis nomen eius IESVM: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Ioſeph fili Dauid:uideris fratres in perſona genus uocari: uidetis in uno totam proſapiam nuncupari:uidetis in Ioſeph ſeriem Dauidici ſtẽmatis iam citari. Ioſeph fili Dauid. Triceſima octaua generatiõe natus quomõ Mat. 7.

Dauid filius dicitur, niſi quia generis aperitur arca-
num: fides promiſſionis impletur: ſuperna conce-
ptio cæleſtis partus uirginea iam ſignatur in carne:
„ Ioſeph fili Dauid. Tali uoce ad Dauid prolata fue-
ps. 131. rat promiſſio Dei patris. Iurauit Dominus Dauid ue
ritatem, et non fruſtrabitur eum: de fructu uẽtris tui
ponã ſuper ſedem tuam. Quod factum quidem tali
ps. 109. gloriatur in cantico. Dixit Dominus Dño meo, ſede
a dextris meis. De fructu uentris tui: bene fructus uẽ-
tris tui: bene de utero: quia cæleſtis hoſpes, ſupernus
habitator, ſic in uteri deſcendit hoſpitiũ, ut corporis
clauſtra neſciret: ſic de habitaculo uẽtris exiit, ut uir-
ginalis ianua non pateret: & impleret illud quod can
Can. 4. tatur in Cantico canticoꝝ. Hortus clauſus ſoror mea
„ ſponſa: hortus clauſus, fons ſignatus. Ioſeph fili Da-
„ uid noli timere. Spõſæ cauſas ſponſus ne timeat ad
monetur: & uere pius animus dum cõpatitur, plus pa
„ ueſcit. Ioſeph fili Dauid noli timere. Ne qui de cõ
ſcientia ſecurus ſis, de ſacramenti cognitione ſuccũ
„ bas. Ioſeph fili Dauid noli timere. Quã uides uir-
tus eſt iſta, non crimen: hic non humanus lapſus eſt,
ſed eſt diuinus illapſus: hic præmiũ eſt, non reatus:
hic incremẽtum cæli eſt, non corporis detrimẽtum:
hic non eſt proditio perſonæ, iudicis eſt ſecretum:
hic palma cognitoris eſt, non ſupplicii pœna: hic ho
minis furtum non eſt, theſaurus eſt Dei: hic non eſt
mortis cauſa, ſed uitæ. Et ideo noli timere, quia quæ
„ uitam parturit, nõ meretur occidi. Ioſeph fili Dauid
„ noli timere MARIAM coniugẽ tuã accipere. Spon
ſam uocari coniugẽ legis eſt hoc diuinæ: ſicut ergo
manente uirginitate mater eſt, ita coniux dicitur pu
„ dore pmanente. Ioſeph fili Dauid noli timere acci

Digitized by Google

„ pete MARIAM coniugem tuam : quod enim in ea
„ natum eſt,de Spiritu ſancto eſt. Veniant,audiant,q
„ requirunt,quis ſit quem MARIA genuit. Quod in
„ ea natum eſt,de Spiritu ſancto eſt. Veniant,audiāt,
qui græco turbine latinā nubilare niſi ſunt puritatē
Ἀνθρωποτόκον, χριστοτόκον, ut θεοτόκον tollerēt, blaſphe .i. hoiem
„ mantes. Quod in ea natū eſt, de Spiritu ſancto eſt. parientē,
Et quod de Spiritu ſancto natū eſt, ſpiritus eſt: quia Chriſti=
Deus ſpiritus eſt.Quid ergo requiris, quis eſt qui de parā,Dei
Spiritu sācto natus eſt, cum tibi quia Deus eſt, Deus parā. Ioāh. 3.
ipſe reſpondeat? cū te Iohānes increpet qui dicit,In er.4.
prīcipio erat Verbū,& uerbū erat apud Deū,& Deus Iohā.1.
erat uerbū:& uerbū Deus caro factū eſt:& habitauit ī
nobis : & uidimus gloriā eius. Iohānes uidit gloriā:
„ reſpicit infidelis iniuriā. Quod ī ea natū eſt,de Spi-
„ ritu ſancto eſt. Et uidimus gloriā eius : cuius eius?
qui natus eſt de Spiritu sancto : eius qui uerbū caro
„ factū eſt,& habitauit in nobis. Quod in ea natū eſt,
„ de Spiritu ſancto eſt. Virgo concepit,ſed de ſpiritu:
uirgo parturit, ſed eū quē prædixit Iſaias.Ecce Vir- Iſa.7.
go in utero accipiet,& pariet filiū : & uocabūt nomē
eius Emanuel : quod interp̄tatur nobiſcū Deus. No- Mat.1.
biſcū Deus, cū illis homo : &,Maledictus homo qui
ſpem ſuam ponit in homine. Audiāt qui requirunt, Hie. 17.
„ quis eſt qui natus eſt de MARIA. Paries filiū, inq̄t
„ Angelus:& uocabis nomē eius IESVM. Quare IE- Phil.3.
SVM? Apoſtolus dicit,Vt ī nomine IESV omne ge
nu flectatur cæleſtium, terreſtrium,& infernorū : et
tu quis ſit IESVS doloſus cognitor nunc requiris?
Omnis iam lingua cōfitetur quia Dominus IESVS
in gloria eſt Dei Patris : et tu adhuc inquiris quis eſt
„ IESVS. Paries filiū,et uocabis nomen eius IESVM:

„ ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum. Non alte-
„ rius ſaluum faciet. Vnde? A peccatis eorum. Eſſe
Deum qui peccata donat, ſi Chriſtianis non credis,
Ioã. 10. crede infideliſſime uel Iudæis dicentibus. Cum ſis
Mar. 2. homo, facis te ipſum Deum. Quis poteſt peccata di-
mittere, niſi ſolus Deus? illi eum negabant Deum,
qui eum peccata dimittere non credebant: tu ab eo
peccata dimitti credis, & Deum dubitas confiteri?
Verbum caro factum eſt, ut hominis caro promoue
retur in gloriam Dei, non ut Deus in carnis uertere
i. Cor. 6. tur iniuriam, ſicut dicit Apoſtolus. Qui ſe iungit Do
mino, unus Spiritus eſt. Et quomõ nõ, quãdo ſe iun-
git Deus homini, unus eſt Deus? Humanæ leges itra
triginta annos litigioſas oẽs interimũt qõnes: et xp̃s
Actas circa qngentos annos natiuitatis ſuæ cãs p̃ſtat: ortus
Chryſo- ſui lites patit: ſtatus ſui ſuſtinet quæſtiones: Hæreti
logi. ce deſine iudicare iudicem tuum: & adora in cælis
Mar. 2. Deum, quem Deum Magus adorauit in terris.

DE EADEM. SERMO. CXLVI.

QVotiens trãſcurſis anni metis dies Do-
minicæ natiuitatis aduentat, & uirgi-
nei partus fulgor orbe toto diffũditur
flãmeo coruſco, uoluntatis, non pauo
ris eſt quod tacemus. Quæ mens in
ipſo ortu diuini regis obiicere ſe præſumat? Solis
radii cum erumpunt uiſus hebetatur humanus: ra-
diante Deo quomodo non totus animorũ ſauciatur
aſpectus? reparatis ergo ſenſibus noui luminis poſt
ſtuporem, tẽpus eſt quo iam nobis per carnẽ ipſius
diuinitatis uiſu generationis CHRISTI contemple-
Mat. 1. „ mur arcana. CHRISTI, inquit Euangeliſta, gene-

Digitized by Google

„ ratio ſic erat. Fratres ſi uolumus intelligere quæ di cuntur, diuina uerba modis nō penſemus humanis: ſeponendus eſt humanus ſenſus, ubi totum quod di/ citur eſt diuinum. Sic CHRISTVS ꝙ naſcitur nō eſt conſuetudo, ſed ſignum: nō eſt natura, ſed uirtus: nō ordo eſt, ſed poteſtas: & eſt cæleſte miraculum, ratio non humana. Hic mundana ſcientia quid capiet? hic
„ carnis intelligentia quid requiret? CHRISTI, in/
„ quit, generatio ſic erat. Non dixit ſic facta eſt, ſed ſic erat: quia CHRISTI generatio erat apud patrem, quando generabatur ex matre. Quod erat, ſemper erat: quod factum eſt, hoc reddebat: erat Deus, red/ debatur homo: ex utero nos ſuſcepit ille, q nos plaſ/
„ mauerat ex luto. Cum deſponſata eſſet mater eius
„ MARIA. Suffecerat dixiſſe, cum deſponſata eſſet MARIA. Quid ſibi uult ſponſa mater? ſi mater, nō
„ ſponſa: ſi ſponſa, non adhuc mater. Cum deſponſa/
„ ta eſſet MARIA mater eius. Virginitate ſponſa, fœ cunditate mater: mater uiri neſcia, partus conſcia. Aut quomodo non ante cōceptum mater, quæ poſt partum uirgo mater? aut genetrix quando non, quæ ſæculorū generauit auctorem? principium dedit re bus? natura uirgo mater ſemper: ſic rerum ſemper nouerca corruptio. Eſt ergo muneris uirginalis, ut regeneret per Deum uirgo, quod per Deum uirgo generauit: Deus, & integritas eſt cæleſte conſortium: uirginitas iuncta CHRISTO copula eſt perfecta uir tutis. Quod uirgo cōcipit, ē honor ſpūs, nō onus eſt carnis: quod parturit uirgo, ſecretū eſt Dei, non eſt miniſteriū cōiugale: quod naſcitur CHRISTVS di/ uinæ maieſtatis eſt, nō eſt imbecillitatis humanæ: eſt gloria Deitatis tota, ubi nulla carnis ſentitur iniuria.

„ Cum eſſet deſpõſata mater eius MARIA Ioſeph,an
„ teq̃ cõuenirent,inuẽta eſt in utero hñs de Spũ ſãcto.
Quid eſt ꝙ ad ſpõſam, & non ad liberam cæleſtis in
nocentiæ deſtinatur arcanum? quid eſt ꝙ ſic zelo
ſponſi ſponſæ periculum cõparatur? quid eſt ꝙ uir/
tus tãta putatur crimen? ſalus certa diſcrimen? quid
eſt ꝙ inter innocentes taliter laborat pudor? uerecũ
dia ſuccumbit? fatigatur caſtitas? ſauciatur fides?
extat accuſatio? urget cauſa? facultas tota excuſatio
ne aufertur? quis excuſat ſponſam, quam conceptus
accuſat? aut quid proficiet defenſor externus,quan
do facti teſtis iternus aſſiſtit? Quid tenemus fratres?
non apices,non literæ,non ſyllabæ,non uerbum,nõ
nomina, non perſonæ, in Euangelio diuinis uacua
ſunt figuris. Sponſa quæritur, ut iam tunc Eccleſia
CHRISTI ſponſa ſignetur, iuxta illud Oſee Prophe
Oſee.2. tæ.Sponſabo te mihi in iuſtitia,& iudicio,& in miſe/
ricordia,& miſerationibus: & deſponſabo te mihi in
Iohã.3. fide.Hinc Iohannes ait. Qui habet ſponſam ſponſus
2.Cor.11 eſt.Et beatus Paulus. Sponſaui uos uni uiro uirginẽ
caſtam exhibere CHRISTO.Vere ſponſa,quæ uirgi
nali partu nouam CHRISTI regignit infantiã.Pro/
curatur Ioſeph ſponſus,ut iſte in illo Ioſeph CHRI/
STI figuram impleat paſſionis: Ioſeph prophetali/
bus ſomniis incurrit zelum, CHRISTVS propheti/
cis uiſionibus ſuſcepit inuidiam:Ioſeph miſſus in la/
cũ mortis, uiuus emergit a lacu,CHRISTVS mor/
tis ſepulchro datus,uiuus remeat a ſepulchro.Ioſeph
uenũdatus eſt,ꝑtio taxatus eſt CHRISTVS. Ioſeph
tranſducitur in Aegyptum, ad Aegyptum fugatur
CHRISTVS. Ioſeph eſurientibus populis panem co
pioſe ſubminiſtrat, CHRISTVS cæli pane manẽtes

orbe toto exaturat nationes. Sic lucet cur Ioſeph iſte cæleſtis ſponſi typum prætulerit:portauerit imaginem:ambulauerit in figuram. MARIA mater uocatur:et quando non MARIA mater? Congregationes, īquit,aquarum appellauit Maria. Nōne hæc exeuntem populum de Aegypto concepit uno utero,ut emergeret cæleſtis in nouam creaturā renata progenies? iuxta illud Apoſtoli. Patres noſtri oēs ſub nube fuerunt:& omnes mare trāſierunt:& oēs in Moyſe baptizati ſunt ī nube,& in mari. Et ut ſemper MARIA humanæ præuia ſit ſalutis,populum quem unda generatrix emiſit in lucem ipſa iure præceſſit ī Cantico:MARIA,inquit,ſoror Aaron ſumens tympanum in manu ſua dixit. Cantemus Domino,glorioſe enim honorificatus eſt.Nomen hoc prophetiæ germanū eſt:hoc renaſcētibus ſalutare:hoc uirginitatis inſigne:hoc pudicitiæ decus:hoc indicium caſtitatis:hoc Dei ſacrificiū:hoc hoſpitalitatis uirtus:hoc collegiū ſanctitatis: merito ergo matris CHRISTI nomen eſt hoc maternū.Diximus quare mater ſponſa,quare Ioſeph ſponſus,quare MARIAE maternū nomen,ut totum circa ortum CHRISTI fuiſſe myſticū panderemus: nunc quare ſponſa quæſita ſit ad partū CHRISTI, aliis prodamus ex cauſis. Prædixerat Iſaias & uirginē parere Deū cæli: regē terræ:orbis Dominū:reparatorē mundi:mortificatorē mortis:redditorē uitæ:perpetuitatis auctorē: hoc q̄ eſſet mundanis triſte,terribile regibus, pauendū Iudæis, ipſe Dn̄icæ natiuitatis probauit euētus.Nāq; ubi natū CHRISTVM nuntiātibus Magis audiuit iudæa,Herodes didicit,mox perdere Iudæi,Herodes occidere molitus ē CHRISTVM: & dū ſucceſſorē ſibi timēt,

Gen.1.
1.Cor.10.
Exo.15.
Iſa.7.
Mat.2.

omnium perdere conati ſunt Saluatorē: deniq; quia ipſum inuenire nequierunt, delent patriam: lac miſcent ſanguini: coæuos eius parricidali furore colliduntur: laniant innocentiæ ſocios, quia culpæ participes inuenire non poterant quos punirent: et ſi iam nato CHRISTO hæc faciunt, cōcepto CHRISTO tanta feritas quid feciſſet? Hinc eſt ꝙ prouidetur ſpōſus, prouidetur maritalis ſpecies, ut celet miraculū: ut tegat ſignum: ut uelet Virginis partum: ut crimini non det locū: ut furentis inſidias ſic eludat. CHRISTVS quāuis morti deditus in utero ſi fuiſſet extinctus, mors præceps quod noſtræ ſaluti uenerat abſtuliſſet. Et quia locus iſte multa nobis conferre poterit ſi dicatur, prælibaſſe nos hodie fratres Dominicum ſufficiat ſacramentum.

DE INCARNATIONIS SACRAMENTO. SERMO. CXLVII.

DOminū CHRISTVM fratres quæ res fecerit terreni corporis inire cōmerciū, intrare humanæ carnis anguſtias, habitare uirginalis uteri manſionem, quia antehac audire cœpimus, hodie plenius audiamus. Vos mihi uita, uos mihi ſalus, uos mihi gloria: & ideo non patior neſcire uos, quod Ioān. 1. Deus mihi dederit ſcire. Deum ſciuit Euangeliſta cū dicit. Deum nemo uidit unq̄. Ergo Deum quem ſciebat, agnoſcebat, ſentiebat, quia uidere non poterat creatura, ferebatur ſeruitute dura: triſte exhibebat obſequium pro inuiſibili maieſtate: obſederat pauor omnia: timor ſoluerat uniuerſa: cuncta concuſ

ſerat terror : in cælo diuinus ſplendor proſtrauerat
Angelos:in terra tonitrua,& fulmina corda morta/
lium quaſſabant. Sic nimius pauor amorem domi/
nantis excluſit:Angelos fugauit ad terras :homines
traxit ad idola:mundum uanis erroribus occupauit:
fecit omnes creatoré fugere,colere creaturas. Ama
re non poteſt,qui ſatis timet: hinc eſt ꝙ mundus pe/
rire maluit,q̃ timere:pauore mors ipſa leuior.Deni/
que Cain ubi parricidali cœpit terrore uexari, mor/ Gen.4.
tem petit,requié credit ſi periret. Et quid dicá Cain?
Elias ille ubi ſenſit toto ſe timore aſpergi, repetebat 3.Re.19.
quam fugerat mortem,melius exiſtimás morti ſuc/
cumbere,quam timori.Petrus quoq; dominicæ uir/
tutis timore turbatus, CHRISTVM ut a ſe diſcede/
ret ſupplicabat.Diſcede,inquit,a me,quia homo pec Luc.5.
cator ſum. Hoc dicebat quia quicquid erat amoris,
& fidei,pódus pauoris extinxerat:ſic timor niſi amo
re fuerit temperatus,quáuis deuotam ſeruitutem ef/
ficit contumacem.Videns ergo Deus mundum labe
factari timore cótinuo, agit ut eum amore reuocet:
inuitet gratia:charitate teneat : & cóſtringat affectu.
Hinc eſt ꝙ inueteratam malis terrá abluit ulciſcen/ Gen.7.
te diluuio:& Noe noui ſæculi uocat parentem:blan/
do ſermone cópellat:dat familiaré fiduciá:pie de p̄/
ſentibus inſtruit:cóſolatur per gratiá de futuris : & iá
nó iuſſis,ſed participato labore una í arca claudit to
tius ſæculi partú,ut ſocietatis amor timoré ſeruitutis
auferret:& ſeruaret amore cói,quod fuerat cói labo
re ſaluatum. Hinc eſt ꝙ Abrahá uocat de gétibus au Gen.12.
get nomine,patré fidei facit,comitatur uia,inter ex/
teros ſeruat,ditat rebus,honorat triúphis, promiſſis

oppignerat, eripit iniuriis, hoſpitalitate blãditur, mi-
rificat germine deſperato, ut tot repletus bonis, tan
ta diuinæ illectus dulcedine charitatis, Deum dilige
re diſceret, non timere: amando colere, non pauen-
Gen. 28. do. Hinc eſt ꝙ Iacob fugientem ſolatur in ſomnis,
redeuntem pio certamine prouocat, luctatoris con-
ſtringit amplexu, ut amaret partem certaminis, non
Exo. 3. timeret. Hinc eſt ꝙ Moyſen patria uoce uocat, pater-
na alloquitur charitate, ut ſit plebis ſuæ liberator in
uitat. Et quid plura? Deum facit: dedit eum in Deũ
Pharaonis: Deum facit: munit ſignis: armat uirtuti-
bus: iuſſis bella expugnat: militem ipſo uerbo uince-
re tribuit: præceptis triumphare concedit: atq; per
omnes uirtutum coronas ad amicitiam ſuam pro-
mouet, cæleſtis regni præſtat eſſe participẽ: & ut ipſe
ſit legislator indulget: totum tamen ut amaret acce
pit: deniq; tantum eſſet Dei amore ſuccenſus, ut ipſe
ardenter diligeret: & alios ut diligerẽt ſic moneret.
Exo. 20. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex
tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Quicquid eſt
cordis, quicquid mentis, quicquid uirtutis humanæ,
ita Dei amore uoluit poſſideri, ut hominis munda-
nus non haberet quid uiolaret affectus. Sed per hæc
quæ memorauimus, ubi humana corda flamma di-
uinæ charitatis accendit, & humanis ſenſibus amo-
ris Dei tota ſe fudit ebrietas, ſaucia mente cœpe-
runt Deum carnalibus uelle oculis intueri. Deum
quem mundus non capit, anguſtus quomodo cape-
re poterat humanus aſpectus? Quid erit, quid de-
beat, quid poſſit, non reſpicit ius amoris. Amor
ignorat iudicium: ratione caret: modum neſcit.

Digitized by Google

Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, non recipit de difficultate remediũ. Amor niſi ad deſiderata peruaſerit, necat amantem: & ideo uadit quo ducitur, non quo debeat. Amor parit deſideriũ: gliſcit ardorem: ardor ad inconceſſa pertendit. Et quid plura? Amor quod amat non poteſt nõ uidere: hinc eſt ꝙ oẽs ſancti omnia quæ meruerant parua duxerũt, ſi Dominũ nõ uiderent. Et re uera fratres quomodo pro beneficiis reddet obſequiũ, ſi beneficiorum non uideat largitorẽ? aut quomõ credit a Deo ſe amari, cuius non meretur aſpectum? Hinc eſt ꝙ amor q cupit uidere Deũ, & ſi nõ habet iudiciũ, habet tamẽ ſtudiũ pietatis. Hinc eſt ꝙ Moyſes audet dicere. Si inueni gratiã coram te, oſtende mihi faciẽ tuam. Hinc eſt ꝙ alius dicit. Oſtende faciem tuam. Deniꝗ & ipſi gentiles ob hoc ſimulacra finxerunt, ut in ipſis erroribus oculis cernerent quod colebant. Sciens ergo Deus uiſendi ſe deſiderio cruciari, laſſariꝗ mortales, unde ſe uiſibilem faceret hoc elegit, quod eſſet & terrenis magnũ, & nõ minimũ ſupernis. Nam quod in terra a Deo ſibi ſimile factum eſt, in cælo poterat honorificũ non haberi. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Perfecta deuotio hoc debet imagini, quod debet & regi. Si de cælo ſumpſiſſet Angelum, nihilominus inuiſibilis haberetur: ſi de terra minus hominem, & diuinitatis eſſet iniuria, & deieciſſet hominem, nõ leuaſſet. Nemo ergo Chariſſimi Dei credat iniuriam, ſi Deus ad homines per hominem uenit: & aſſumpſit ex nobis, ut uideretur a nobis: qui uiuit, & regnat Deus nunc, et per omnia ſæcula ſæculorum:

Exo. 33.
Pſal. 79.
Gen. 1.

AMEN.

DE EODEM. SERMO. CXLVIII.

HOdie fratres heſternũ debemus redhibere ſermonẽ: hodie Dñicæ natiuitatis lætitiã debemus iterare: quãdo cõcipit Virgo, uirgo parit, manet uirgo, non eſt conſuetudo, ſed ſignũ: non eſt ratio, ſed uirtus: auctor eſt, non natura: nõ eſt cõmune, ſed ſolũ: diuinũ eſt, non humanũ. Ceſſet ergo inanis philoſophiæ labor: naſci CHRISTVM nõ fuit neceſſitas, ſed poteſtas: fuit honor, iniuria nõ fuit: ſacramentum pietatis fuit, Deitatis non fuit detrimentũ: fuit reparatio ſalutis humanæ, imminutio ſubſtãtiæ non fuit hoc diuinæ. Qui non naſcendo ex intacto limo fecit hominem, naſcendo ipſe hominem de corpore fecit intacto: manus quæ in noſtrum plaſma lutum dignanter aſſumpſit, ad reparationem noſtram dignãter aſſumpſit & carnem. Ergo quod creator in creatura ſua, quod Deus inuenitur in carne, creaturæ honor eſt, non eſt creatoris iniuria. Sed hoc contumeliam credit, qui credit lutum pretioſius eſſe q̃ carnem. Fortaſſe pœnitet de luti iniuria in honorem carnis, in hominis gloriam ſe mutatum? Homo quare tibi tam uilis es, qui tam pretioſus es Deo? quare ſic honoratus a Deo te ipſum taliter inhonoras? quare quæris unde factus ſis, & ad quid factus ſis non requiris? Nõne tota iſta quam uides tibi facta eſt mundi domus? tibi infuſa lux circũfuſas remouet tenebras: tibi eſt temperata nox: tibi dimenſus eſt dies: tibi cælũ Solis, Lunæ, Stellarũ uario fulgore radiatũ eſt: tibi terra floribus, nemoribus, fructibus eſt depicta: tibi creata eſt in aere, in campis, in aqua ſpe-

cloſa continens mirabilis animantium multitudo, ne gaudium noui ſæculi triſtis ſolitudo cõfunderet. Hinc eſt quod fecit te eſſe de terra, ut eſſes tu Dominus terrenorum: & eſſes ipſis in ipſius ſubſtantiæ cõmunione cõmunis: nec tamen te terrenum terreſtribus ſic æquauit, ut non etiam cæleſtibus animatum te cælitus exæquaret: & ut eſſet tibi cũ Deo ratio cõmunis, corpus cõmune cum iumentis, dedit tibi animam de cælo, dedit tibi corpus de terra, ut i te nexa cæli, terræq; concordia ſeruaretur. Adhuc tamen quid adiiciat ad honorem tuum tuus creator excogitat: in te imaginem ſuam ponit, ut terris inuiſibilem cõditorem uiſibilis imago præſentem poneret: & in terrenis dedit tibi uices ſuas, ut non fraudaretur Domini uicario mundi tam larga poſſeſſio. Et ſi iſta ita ſunt: quare modo putatur iniuria, quando Deus quod per ſe fecit in te, in ſe clementer excepit? & in homine ſe uere uideri uoluit, in quo ante imaginario uoluit ſe uideri? deditq; ut proprietas eſſet ipſe, qui ante ut ſimilitudo eſſet acceperat? concepit Virgo: Virgo peperit: non te conceptus turbet, partus te non confundat auditus, quando uirginitas quicquid eſt humani pudoris excuſat. Aut quæ ibi uerecundiæ læſio, ubi init Deitas cũ amica ſibi ſemp integritate conſortium? ubi eſt interpres Angelus? fides pronuba? deſponſatio caſtitas? donatio uirtus? iudex conſcientia? cauſa Deus? conceptus integritas? uirginitas partus? Virgo mater? Nemo ergo iudicet humano modo, quod diuino geritur ſacramento: nemo myſterium cæleſte diſcutiat ratione terrena: nemo ex uſu tractet nouitatis arcanum: nemo quod ſingulare eſt metiatur exemplo: nemo

Gen. 1.

matum humano ſpiritu,ſpûm uiuificat in diuinũ: et ſic eum totum tollit in Deum,ut in eo quod peccati, quod mortis,quod laboris,quod doloris, quod terræ eſt nil relinquat:præſtãte Domino noſtro IESV CHRISTO,qui cum patre uiuit,& regnat, in unitate Spiritus ſancti Deus,nũc, & ſemper,& per immortalia ſæcula ſæculorum.Amen.

DE NATIVITATE CHRISTI. SERMO.CXLIX.

Quem quidam D.Seueriani Epiſcopi putant,ſed falſo.

IN aduentu Domini,& Saluatoris noſtri,atq; in pſentia eius corporali Angeli ducentes choros cæleſtes euangelizabant paſtoribus dicentes. Annuntio uobis gaudium magnũ, quod erit omni populo. Ab ipſis ergo ſanctis Angelis etiam nos mutuati uocem annuntiamus uobis gaudiũ magnũ.Hodie.n.Eccleſia in pace eſt, et Hæretici in ira: hodie Eccleſiæ nauis in portu eſt, & hæreticorum furor iactatur in fluctibus:hodie fratres paſtores Eccleſiæ in ſecuritate,& hæretici in perturbatione ſunt:hodie oues Domini in tuto,et lupi inſaniunt : hodie uinea Domini in abnndantia,& operarii iniquitatis in indigentia:hodie populus CHRISTI chariſſimi exaltatus eſt,et inimici ueritatis humiliati ſunt: hodie dilectiſſimi CHRISTVS in læti tia , et diabolus in luctu:hodie Angeli in exultatione,et dæmones in confuſione.Et quid plura dicere? Hodie CHRISTVS q eſt rex pacis,cum ſua pace procedens fugauit omne Luc.2.

Digitized by Google

diſſidium:diſſenſiones depulit:diſcordiam perturbauit:et ſicut cælum ſplẽdor ſolis,ita Eccleſiam fulgor
» pacis illuminat. Quia natus eſt uobis hodie,ait, Sal
» uator mundi. O quam deſiderabile nomen pacis:q̃ religionis Chriſtianæ ſtabile fundamentum: et altaris Dominici cæleſtis ornatus.Et quid dignum poſſumus de pace proloqui? Pax nomen eſt ipſius CHRI
Eph.2 STI,ſicut et Apoſtolus dicit. Quia CHRISTVS eſt pax noſtra,qui fecit utraque unum:quæ non ſententiis,neq; fide,ſed inuidia diaboli diſſidebant. Verum ſicut procedente rege,et plateæ mundantur, et omnis Ciuitas diuerſis floribus,& ornatibus coronatur, ut nihil ſit,qđ minus dignum uultui regis appareat: ita et nunc procedente CHRISTO rege pacis, omne quod triſte eſt auferatur a medio: et illuceſcente ueritate,fugetur mẽdacium:fugiat diſcordia:reſplẽdeat concordia.Et ſicut frequẽter fieri uidemus, ubi Regum, uel fratrum tabulæ depinguntur, ut inter utroſq; unanimitatis declarentur inſignia, artifex pictor fœmineo habitu poſt tergum utriuſq; concordiam ſtatuit,quæ brachiis ſuis utrunq; complectens indicet,ꝙ hi qui uidentur corporibus ſeparati, ſentẽtiis,& uoluntate conueniant:ita nũc pax Domini media aſſiſtens,et utrunq; noſtrũ gremio palpante connectens, diſcreta corpora in unum cõuenire animũ ulnis iungentibus docet:in quo ſine dubio comple
Zach.6. tur ſermo propheticus,qui ait.Et erit conſilium pacificum inter utroſq;.Et heſterno quidẽ pater noſter cõmunis Euangelico pacis ſermone præfatus eſt, hodie uero nos uerba pacis expromimus: ipſe nos heſterno reſupinis manibus in uerbo pacis excepit, et nos hodie dilatato pectore,ulniſq; patentibus ad eũ

cum muneribus pacis occurrimus. Iam bella deſtru cta ſunt. Omnia pulchritudo pacis obtinuit: nunc in luctu eſt diabolus, et in lamentatione omnis dæmonum turma: nunc in cæleſtibus lætitia, et in Angelis exultatio, quibus ſpecialius familiaris eſt pax: hãc.n. etiam cæleſtes admirantur uirtutes, apud quas fons eius habetur perennis: ex quo etiã terreni guttis quibuſdam exinde diſtillantibus irrorãtur. Et ideo etiã ſi in terris pax laudatur a ſanctis, laudis eius ſplẽdor redundat in cælum: laudant etiam cæleſtes Angeli, » et dicunt. Gloria in altiſſimis Deo: et in terra pax ho » minibus bonæ uoluntatis. Videtis fratres quomodo cæleſtes omnes, terreſtres inuicem ſibi munera pacis mittunt: cæleſtes Angeli pacem terris annunciãt: ſancti in terris CHRISTVM qui eſt pax noſtra collaudant in cæleſtibus poſitum et myſticis choris » cõclamãt. Hoſiah anna in excelſis. Dicamus ergo et nos cũ Angelis, Gloria in altiſſimis Deo: qui humiliauit diabolum, et exaltauit CHRISTVM ſuum. Gloria in altiſſimis Deo: qui diſcordiam fugauit: et pacem ſtatuit. Videte fratres uocẽ Angelicam exultantem. Gloria in excelſis Deo: et in terra pax. Dico enim uobis artẽ diaboli, cuius neque uos ignoratis aſtutias. Vidit Satanas firmitatem fidei, ſtabilitatẽq;: uidit eam pietate dogmatum ſeptam: uidit eam operum bonorum fructibus abundãtem: et ideo pro his omnibus ad inſaniã uenit, et rabie furoris exarſit, ut inſcinderet concordiam: ut conuelleret charitatem: ut diſrumperet pacem: ſed pax ſemper ſit nobiſcum.

SERMO DE FVGA CHRISTI IN AEGY-PTVM. SERMO. CL.

SI cõceptum uirginis, uirginis partum,
ſermo non aperit, ſenſus nõ recipit, nõ
capit mẽs humana: deum fugiſſe ut ho-
Mat. 2. „ minem quis loquatur? Apparuit, inqt,
„ Angelus Domini in ſomnis Ioſeph di-
„ cens. Accipe puerum, & matrẽ eius, & fuge in Aegy-
„ ptũ. Si pietatis eẽ diximus ꝙ natus eſt CHRISTVS,
CHRISTVS quod fugiſſe legiť quid dicemus? For-
te ſicut natum diximus, ut repararet naturam: dica-
mus, ut fugaces reuocaret, aufugit. Et reuera ſi ut re-
Mat. 18. uocet errantem ouem in mõtibus ipſe errat, quomo
„ do ipſe non fugit fugientes populos ut reducat? Ac
„ cipe puerum, & matrem eius: & fuge in Aegyptum.
Quid eſt ꝙ ſic cæleſtis cauſa triſtatur, ut humanus ſe
confundat auditus? laſſetur animus? laboret intelli
gentia? ſenſus hebeteť? fides nutet? ſpes titubet? cre
„ dulitas ipſa ſuccumbat? Accipe puerum, & matrem
„ eius: & fuge in Aegyptũ. Perſequente homine Deus
fugit: ſæuiente terra cælum trepidat: et uolitante pul-
uere pauore turbantur Angeli: et pauor patris filio
„ fugiente mõſtratur. Accipe puerum, et matrẽ eius:
i. Reg. „ et fuge in Aegyptum. Dauid perſequẽte Saul ad Iu
21. et. 22 dæam confugit, recepit uicinia: domus unius uiduæ
3. reg. 17 Eliæ ſufficit ad latebras: CHRISTO fugiente locus
deeſt: prouincia deficit: nõ ſubuenit patria. Dum mi-
grat, non uicinæ gentes, non finitimæ ſufficiũ: regio
✠ nes: ſed Aegypti triſtem locum, extorrem habitu, lin
„ gua, moribus barbarũ ꝓcurať exiliũ. Accipe puerũ,
„ & matrem eius: et fuge in Aegyptum. Si rerum re-

Digitized by Google

fugium fugit, auxilium lateſcit omnium, ſi formidat fortitudo cunctorum, ſi ſe uniuerſorum defenſio nõ defenſat, quare humana notatur fuga ? arguitur trepidatio ? formido culpatur ? Quare uocatur in crimen Petrus qui negat ? Iohannes, qui expaueſcit, et fugit ? diſcipuli omnes quia deſerunt per pauorem ? Et iſta fratres eſto facta ſint, quare literis mandantur ? quare referuntur in libris ? quare recitãtur ſæculis ? quare cotidianis lectionibus innoteſcũt ? quare omnes panduntur in gentes ? nunquid ut diuinũ timorẽ lingua, locus, ætas, tempus, uniuerſa cognoſcãt ? ſicut .n. cum uirtutes leguntur, animos erigunt ad profectum: ita deponunt animos cum recitantur infirma. Quid ſibi uult ergo Euangeliſta ꝙ hæc ſcribit ad memoriam ſempiternam ? Deuoti militis eſt regis ſui tacere fugam, referre conſtantiam: uirtutes loqui, timores ſilere: aperire fortia, infirma reticere: aduerſa delere, prædicare uictorias, quo et hoſtium frãgere auſus poſſit, et ſociorum excitare uirtutem. Euangeliſta igitur referendo talia, uidetur excitaſſe hæreticorum latratus, et defenſioné fidelibus ſuſtuliſſe. Tolle, ait, puerum, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptum. Mandatur fuga, non profectio: imponitur neceſſitas, non uoluntas: indicit Angelus latentẽ peregrinationem, non liberum cõmeatum: ut uia quæ eſt per ſe moleſta ſemper, eſſet moleſtior per timorem. Ergo ob quam cauſam hæc nobis ſcripta ſint, iam tempus eſt ut quæramus. Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Bellicoſus ꝙ in bello fugit artis eſt, non timoris: Deus quando fugit hominem ſacramenti eſt, non pauoris: potens qñ ſe ſubducit infirmo, inſequentem non pauet, ſed foris pro

Mat. 26.
Mar. 14.

ducit:uult enim in aperto uincere, qui publicam re-
ferre cupit ex hoſte uictoriam:occultum ſe non pati
tur inire conflictum, qui mandare ſuum ſæculis uult
triumphum. Secreta uictoria, uirtuſq; latens exem-
plum poſteris non relinquunt. Hinc eſt ꝙ CHRI-
STVS fugit ut cedat tempori, nō Herodi: neq; enim
mortem fugit, qui uenerat de hoſte reportare uicto
riam: neq; humanas inſidias expaueſcit, qui totas ue-
nerat diabolicæ fraudis aperire uerſutias: neq; tunc
timuit, quando infans, et ſecundum hominem time
re neſciuit: et ſecundum Deum potuit non timere.
CHRISTVS fratres ſi mactatus in illo grege lacten
tium tunc fuiſſet, mors ei caſus fuerat, non uoluntas
non uirtus fuerat, ſed infirmitas: neceſſitas fuerat, nō
poteſtas: et innocentiæ fuiſſet præmium, maieſtatis
Exo. 23. gloria non fuiſſet. Certe ubi eſſet quod a Deo dictū
et. 34. „ eſt. Non coques agnum in lacte matris ſuæ. Futurū
„ eſt, inquit, ut Herodes quærat puerum. Herodes q̄re
bat, ſed q̄rebat diabolus per Herodē, qui uidebat ſibi
Magos quos habebat in erroribus ſuis principes au-
fugiſſe. CHRISTVS ſi uinctus pannis, ſi ſub matris
uberibus occupatus, ſi tacens lingua, ſi latens opere,
ſi greſſu nullus, diaboli ſigniferos, hoc eſt Magos in
duces fideliſſimos cōmutauit, perfectæ ætatis CHRI
STVS quid poſſet facere diabolus iam uidebat: et
ideo mouebat Iudæos, inſtigabat Herodē, ut CHRI
STI ſuſpectam ſibi præueniret infantiam: ut futura
uirtutis eius anticiparet inſignia: ut peremptorium
ſibi, nobis uictorioſiſſimū uexillum Crucis callidus
machinator auferret. Sentiebat diabolus, ſentiebat
ꝙ CHRISTVS doctrinis, uirtutibus, uitam mox re-
pararet: et mundum totum qui adhuc uagiēs ipſum

quod erat mundani uerticis, occuparet: iuxta illud
Prophetæ, Priuſq́ ſciat puer uocare patrem, aut ma/ Iſa.8.
trem, accipiet et uirtutem Damaſci, et ſpolia Sama/
riæ. Et ut ipſis probantibus Iudæis, cum dicunt: Vide Ioã. 12.
tis quia nihil proficimus: ecce mundus totus poſt ip/
ſum uadit: CHRISTVS ſe in carne uenturum, aſcen
ſurum per ætatum gradus, annuntiaturum gloriam
cæleſtis regni, prædicaturum fidei doctrinam, et im
perio uerbi ſolo fugaturum dæmones, daturum cæ/
cis uiſum, claudis curſum, mutis uerbum, auditum
ſurdis, peccatoribus remiſſionem, mortuis uitam,
per legem promiſerat, et per prophetas: unde hæc
CHRISTVS impleturus uir, infans mortem diſtu/
lit, non fugit. Deniq; fugã eius non de periculi metu,
ſed de prophetiæ ueniſſe myſterio Euangeliſta aſſe/
» rit, ſic dicendo. Accipe puerum, et matrem eius: et
» fuge in Aegyptum. Et poſt. Vt impleretur quod
» dictum eſt a Domino per Prophetam dicentem. Ex
» Aegypto uocaui filium meum. CHRISTVS ergo Oſee.ii.
fugit, ut ſtaret legis ueritas: prohetiæ fides: Pſalmiſtæ
teſtimonium: dicente ipſo Domino. Neceſſe erat im Luc.24.
pleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, et pro/
phetis, et pſalmis de me. CHRISTVS fugit nobis,
non ſibi: CHRISTVS fugit, ut diſpenſata tempori/
bus ſacramenta ſeruaret. CHRISTVS fugit, ut futu/
ris uirtutibus, et perfidis materiã tolleret excu/ ✠
ſandi: et credituris fidei fiduciam largire
tur: quia in perſecutione melius eſt
fugere, q̃ negare. Deniq; Petrus Mat.14.
quia fugere noluit abne
gauit: Iohãnes ne ab
negaret aufugit.

Digitized by Google

DE EADEM. SERMO.CLI.

Mat. 2. ,, HOdierna lectio mouit corda:concuſſit uiſcera:ſtupere fecit auditum. Ecce,inquit,Angelus Dñi apparuit Ioſeph in ſomnis dicens.Surge, accipe puerum, et matrem eius,et fuge in Aegyptum. Cui naſcenti uirginitas nõ reſiſtit,non obuiat ratio, nõ cõtradicit natura,poteſtas quæ, quæ uis,quod diſcrimen præualeret,ut compelleretur ad fugam? Accipe puerum,et matrem eius,et fuge in Aegyptum. Reuerentius diceret,uade in Aegyptum:ut eſſet profectio,non fuga:uoluntas,non neceſſitas:iudiciũ, nõ metus,humanum ſaltem,ſi non diuinũ:at nunc mãdatur fuga:mandatur cælitus,mãdatur per Angelũ, ut uideatur cælum timor ante tenuiſſe, q̃ terrã. Accipe puerum,& matrem eius, & fuge in Aegyptum. In Aegyptum fuge a tuis ad extraneos:ad ſacrilegos a ſanctis:à templo tuo ad dæmonum fana : ad idolorum patriam e regione ſanctorũ.Sic Iudææ nõ ſufficit latitudo:ſic anguſtatur ſæculi diffuſa poſſeſſio:nõ capit ſecretum templi:ſacerdotum turba non ſuſcipit:non abſcondit numeroſitas inueſtigabilis cognatorũ : ut ad deitatis latebras profana Aegyptus cõducatur:ſic res urget:ſic non uacat intueri uerecũdiam uirginis:laborem matris:ſexus pudorem:periculum Ioſeph:longinquitatis fatigationem : exitium totius domus:et quod his durius , Iudæos peregrinaturos in gentibus : quibus nec ipſa eſt cõmunio, immo eſt profundum legis trãſgreſſione naufragium.O q̃ durum eſt peregrinatio etiam inter ciues,fratreſq;: ſapit quid ſit ſua domus,qui ſentit alienam:et ubi eſt il

Digitized by Google

lud. Domine refugium factus es nobis? Et, Deus no/ Pſal. 89.
ſter refugium, et uirtus? Si refugium fugit, ſi timet Pſal. 45.
uirtus, ſi præſidium migrat, quæ uita? quæ ſpes? quæ
ſecuritas? quod munimen? Eliæ cōtra inſidias libe/ 3. reg. 17
ri regis uidua una ſufficit, CHRISTO contra Hero/
dis captiui minas Iudæa tota nō ſufficit: Elias miſſos 4. reg. 1.
ad ſe cæleſti igne cōſumit, CHRISTVS ſola fuga fit
ſaluus. Hucuſq; fugæ CHRISTI q̄rimonias exagge/
raſſe ſufficiat. Fr̄es qđ fugit CHRISTVS, fuit my/
ſterii, non timoris: fuit liberatio, nō periculum crea/
toris: diuinæ uirtutis fuit, non fuit fragilitatis huma/
næ: non fugit propter auctoris mortē, ſed fugit pro/
pter ſæculi uitam: nam qui mori uenerat, quare fuge
ret mortem? CHRISTVS totam cauſam noſtræ ſa
lutis occiderat, ſi ſe paruulū p̄miſiſſet occidi. CHRI/
STVS uenerat, ut quos præceptis docuerat, firmaret
exemplis: et ipſe faceret quæ facienda mandauerat:
et uiſu probaret poſſibilia, quæ impoſſibilia uideban
tur auditu. Venerat ut mundo notitiam ſuæ deitatis
infunderet: et humani generis ignorātiam auferret.
Venerat, ut pigra mortalium corda ad fidem uirtuti
bus excitaret. Venerat diabolū publico ſuperare con
flictu: ut ab omnibus et diuino uinceretur iuſſu, et hu
mano proſterneretur exemplo. Venerat præſentiæ
ſuæ promiſſa perſoluere: ut quibus ſcire ſe dederat,
concederet ſe uidere. Venerat, ut ueniret Iudæus de
contemptu legis. Venerat introducere ad fidē gen/
tes. Venerat eligere Apoſtolos doctores orbis, eoſq;
cæleſtibus implere doctrinis: munire uirtutibus: ar/
mare ſignis, ut ſignis edomarent feros: ſanarent uir/
tutibus infirmos: doctrinis dociles edocerent: et ad
ſummum, uenerat mortem perdere moriendo: pe/

netrando inferna diſſoluere: reſurgendo ſepulchra reſerare: aſcendendo ad cælos cæleſtibus donare terrenos. Oia hæc utiq; periiſſent nobis; ſi CHRISTVS cum eſſet in cunabulis non fugiſſet. Sed auditor dicas, cum poſſet aliter, quare tantis, quare talibus ſummiſit iniuriis? Quare? Primum quia neq; ſine homine poterat ſaluari homo: neq; ſine humanis iniuriis iniuriæ humanæ poterant amputari: cauſam ſuá facit, qui alterius uult cauere: qui non compatitur, amputare non poteſt paſſiones. CHRISTVS nos in ſe ſuſcepit, ut ſe daret nobis: pertulit paſſiones noſtras, ut noſtras tolleret paſſiões. Hinc eſt, ꝙ CHRISTVS fugit, ut noſtras fugas in perſecutionibus temperaret. Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiá, non comprehenſus debet fugere perſequentem: ut et perſecutori indulgeat reſipiſcendi tempus, et ſibi tempus non auferat ſupplicandi, dicente Domino.
Mat. 10. Si uos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliá. Perſecutorem qui prouocat facit: corrigit qui declinat. Fugere debemus ergo, prouocare nó debemus, ſi ſaluari perſecutores noſtros uolumus, pro quibus
Mat. 5. præceptum eſt nos orare. Orate, inquit, pro perſequétibus uos. Orandum eſt, fugiendum eſt, ut et ille qui per ignorantiam furit ſanetur: et ille qui patitur de patientia palmam ſubeat, non ſubeat de temeritate diſcrimen. Fratres ſi Paulum martyres nó fugiſſent, Paulum non feciſſent. Hoc faciendum docuit CHRISTVS: hoc nobis reliquit exemplum, ut fugiente domino, fugere indignum non putet ſeruus. Et alia eſt cauſa ꝙ fugit CHRISTVS: ꝙ infans tempus ſuæ diſtulit paſſionis: ꝙ crucem ſupra triceſimum annum uitæ corporalis aſcendit: ut qui ad uitam perfectum

hominem fecerat,perfectam repararet in uitam : ut
qualem terris dederat,talem redderet cælo.Et q ad
ad Aegyptum fugit,aliam procedit ad cauſam . Fu/
git ad Aegyptum,ut perfidiam Iudæorum per fidē
gentium caſtigaret:nam dominum ſuum quem Iu/
dæa fugauerat,Aegyptus obſequenter accepit:ut Ec
cleſiam ſynagogæ,Iudæis gentes anteponendas in fi
de ſuam panderet per figuram.

DE INFANTIVM NECE, SERMO. CLII.

Qui non recte tamen D.Seuerini
titulo circun/
fertur.

ZElus quo tēdat,quo proſiliat liuor,in/
uidia quo feratur , Herodiana hodie
patefecit immanitas: q̄ dum temporalis
regni æmulatur anguſtias , æterni re/
gis ortū molitur extinguere: ſicut ait
,, Euangeliſta. Tunc Herodes uidēs quia illuſus eſſet Mat. 2.
,, a Magis iratus eſt ualde : et mittens occidit omnes
,, pueros qui erant in Bethlehem , et in omnibus fini/
,, bus eius. Videns quia illuſus eſſet a Magis: dolet im
pietas ſe illuſam:dilatam ſe crudelitas furit : fremit
doloſitas ſe deceptam:et in ſe fraus reuerſa collidi/
tur.Herodes ſtridet cadens ipſe in laqueū quem te/
tendit:hinc iniquitatem quam cōdiderat euaginat:
de fide perfidiæ ſumit arma : terreno quærit furore
quem natum cælitus non credit : ad ſinus matrum
militum cogit caſtra:inter ubera arcem pietatis op/
pugnat: in teneris uberibus ferrum durat : lac fun/

dit anteq̃ ſanguinem: dat ante mortem ſentire, q̃ uitam: tenebras ingerit intrantibus lucem. Sic agit magiſter mali, miniſter doli, iræ artifex, inuentor ſceleris, impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentiæ, hoſtis naturæ, malus omnibus, ſuis peior, peſſimus ſibi: quẽ CHRISTVS non ut euaderet, ſed ne uideret aufugit. In altum tendens cadit ab alto: cælũ pulſans intrat profundũ: in ſe uadit, qui uadit in Deũ: ſe occidit, qui uitam conatur occidere: quia capi nõ poteſt perditione ſalus, occiſione uita, æternitas fine. O ambitio q̃ cæca ſemper. O q̃ ſemper præſumptio peſſima. O q̃ perdit conceſſa, qui inconceſſa captat. Herodes obſidens terrenum regnum, impugnat cæleſte: terrenis inhians, irruit in diuina: ipſamq; pietatem tota impietate ſectatur. Audierat natum regẽ, quæſierat ubi, quando, unde, et ad quid: aſt qualiter debuerat non quæſiuit: quia apud illum peccandi amor, amor innocentiæ non manebat. Deſtinatus ad ſcelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimẽ, cauſas innocentiæ non requirit: ius abrogat: confundit fas, nefaſq;: cui nequitia eſt ſodalis: cui odioſa eſt æquitas: iniquitas ſemper eſt amica: qui cædibus uiuit: qui ſe munit ſanguine: qui crudelitatem ſectatur: cui de timore ſtat totum, de amore nil conſtat. Herodes tũc cæcus ſic CHRISTVM gladiis quærit: inueſtigat cruore: crudelitate rimatur: ſucceſſorem timens, inceſſit in auctorem: peremit innocentes, uolens innocentiam deperire. Rector populi, morum cuſtos, diſciplinæ cenſor, iuſtitiæ indagator, æqtatis defenſor, ſeruator innocentiæ, ampliator populi, innocentis cauſam facit innocentium crimen: munus nati natorum uertit in pœnam: auctoris

ortum, orientum mandat occaſum: negotium ſalua
tis, ſaluandorum iubet eſſet diſcrimen. Iudex audien
tes uocat: interrogat loquentes: negantes arguit: ur-
get reos: percellit noxios: cōſcios corripit: addicit cō-
plices: ſentētiæ dat detectos: infantes quid? quorum
lingua tacuit: oculi nil uiderunt: nil audierunt aures:
manus nil fecerunt: et qbus actus nullus eſt, unde cul
pa? ſumpſerunt mortem, qui uiuere neſcierunt: non
tempus affuit: non excuſauit ætas: ſilentium nō defen
dit: quibus apud Herodem ſolū ꝙ nati ſunt, hoc fuit
crimen: et reuera quomodo non redderent naturæ
creditum, a quibus cauſa exigebatur auctoris? Infe-
lix homo, qui ſibi ad accuſationem parauit omnia:
ad excuſandum ſpeciem non reliquit, ſed totum pa-
rauit ad pœnam. Quis excuſabit quem pulſat innocē
tia? infantia impetit? lac ut ſanguis accuſat? Hoc cō
tra Herodem. At CHRISTVS futurorum præ-
ſcius, conſcius ſecretorum, cogitationum iudex,
mentium perſcrutator, quare deſeruit quos ſcie-
bat quærendos eſſe propter ſe? et propter ſe no-
uerat occidendos? Natus rex, et rex cæleſtis quare
neglexit milites innocentiæ ſuæ? coætaneum ſibi
quare contempſit exercitum? quare cunabulis ſuis
deputatas excubias ſic reliquit, ut regē ſolum quæ-
ſiturus hoſtis totum craſſaretur in militem? Fra-
tres CHRISTVS non deſpexit ſuos milites, ſed
prouexit: quibus dedit ante triumphare, ꝙ̃ uiuere:
quos fecit capere ſine concertatione uictoriā: quos
donauit coronis anteꝙ̃ membris: quos uoluit uirtuti
bus uitia præterire: ante cælum poſſidere ꝙ̃ terram:
nec ante humanis inſerere ꝙ̃ diuinis. Præmiſit ergo
CHRISTVS ſuos milites, non amiſit: recepit ſuas

acies,non reliquit.Beati,quos martyrio natos uidimus eſſe,non ſæculo.Beati,qui labores in requiē, in refrigerium dolores,mœrores in gaudium cōmutarunt.Viuunt,uiuunt,quia uere uiuunt,qui pro CHRISTO merentur occidi. Beati uentres qui portauerunt tales: beata ubera quæ ſe talibus infuderunt: beatæ lachrymæ quæ pro talibus fuſæ flentibus gratiam baptiſmatis contulerunt. Nam diuerſo modo,dono uno, ī lachrymis ſuis matres,et ſui filii ſuo ſanguine baptizantur.In martyrio filiorū paſſæ ſunt matres:nam gladius filiorū pertranſiens mēbra ad matrum corda peruenit:et neceſſe eſt ut ſint præmii conſortes,quæ fuerūt ſociæ paſſionis. Arridebat paruulus occiſori:gladio adiocabatur infantulus: nutricis loco attendebat lactans percuſſoris horrorem:neſcia lucis ætas moritura gaudebat:infans filius omnem hoīem non hoſtem reſpicit,ſed parentē. Mřes tulerunt quicqd et angoris extitit,et doloris:et ideo non carebunt martyrii gaudio,martyrii lachrymas quæ fuderunt.Hoc loco attendat auditor,attēdat, ut intelligat martyrium non cōſtare per meritū,ſed uenire per grām: in paruulis quæ uoluntas, quod arbitriū,ubi captiua fuit et ipſa natura? de martyrio ergo demus totū deo, nil nobis. Vincere diabolum, corpus tradere,contemnere uiſcera, tormenta expendere,laſſare tortorem,capere de iniuriis gloriā, de morte uitam,non eſt uirtutis humanæ, muneris eſt diuini. Ad martyrium qui ſua uirtute currit, per CHRISTVM nō peruenit ad coronā:ſed ipſe nos cæleſte perducat ad pabulū,qui noſtro dignatus ē iacere ī ſtabulo IESVS CHRISTVS Nazarenus Dñs nř, qui uiuit,et regnat in ſæcula ſæculorum: Amen.

DE EADEM. SERMO. CLIII.

FRatres humani ſenſus nõ eſt Virginei partus aperire myſterium: quod natura non habet, auctoris eſt, non naturæ: eſt opus ſuperni ſpiritus, quod ſentire non poteſt caro: ubi non eſt humanitatis indicium, ibi deitatis eſt ſignum, dicente Propheta. Ipſe dñs Deus dabit uobis ſignum. Ecce uirgo in utero accipiet. Vbi nil eſt terreni uſus, eſt ibi cæleſtis ordinis totum: quod de mundo nõ eſt, mundano intellectui non poteſt ſubiacere. Conceptus qui uirginem ſeruat, partus uirginẽ qui relinquit, diuinũ eſt quod generat, non humanũ: Deus graditur, ubi ueſtigium nullatenus humani trãſitus inuenit, cõſuetudo deficit, miracula cũ geruntur: cõſuetudines nõ reſpiciunt ſigna: ſingularitas non admittit exemplũ: ſicut hodierna pandit lectio, q̃ diuina narrat ꝓlia paruulorum. Coorta regi cohors ſuo magis præmori, quam cõmori tota geſtit: CHRISTO dicati milites cœperunt ante militare, q̃ uiuere: ante pugnare, q̃ ludere: fundere ante ſanguinẽ, q̃ lactis ubera perpotare: ardentes aſte moras corporis nõ tulerunt, a gremio ad furẽtes hoſtiũ cuneos peruolãtes: anticipãt uirtutibus blãdimẽta, uulneribus oſcula, unguẽta ferro, ut cælũ poſſint añ inhabitare, q̃ terrã: ꝓmia ſps ante portare, q̃ carnẽ: ante referre triũphos Deo, q̃ perferre hoĩum nutrimẽta. Vere, uere fr̃es iſti ſunt grãæ martyres: cõfitent tacẽtes: neſciẽtes pugnãt: uincũt inſcii: moriunt incõſcii: ignari tollũt palmas: coronas rapiũt ignorãtes. Ergo ſicut uirginitas corruptionis neſcia cõtulit honorẽ matri, ſic infantia paſſionis ignara martyrii Iſa. 7.

palmas rapuit,et coronas.Sed quid dicemus, ꝙ rex ipſe qui ſtare debuit fugit ſolus? et fugit monéte patre? Fugere iſtud eſt amoris intimi,nō timoris ignauiæ. Si ſtetiſſet CHRISTVS,haberet eos Synagoga filios,hos Eccleſia martyres uon haberet.

IN DIVVM STEPHANVM PROTOMARTYREM. SERMO.CLIIII.

SIcut dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur,ita nomina ipſa ſæpe Sanctorū merita indicant: teſtantur inſignia.Ita Abraham ꝙ fide credidit,nominis adiectione monſtrauit:quādo ex Abrā Abraham diuinitus nuncupatur: ut dilatandus ge-
Gen. 17. nere, nomine ante dilataretur:dicente Domino. Et non uocabit amplius nomen tuū Abram,ſed Abraham erit nomen tuum:quia patrem multarum gentium poſui te. Sic coniux ſancta eius cum de ſterili fit fœcunda,ex Sarai uocitata eſt Sarah: ut et ipſa ante creſcat nomine,ꝗ creſcat pignore: et quia promittente domino riſum credidit,ſi uetula cōciperet exarata iam rugis,ſi pareret deſperata iam fœcunditas, ſi ſterilitas iam penes ſenectutis extrema ꝑgnās fie-
Gen. 21. ret,riſum mox quod genuit nuncupauit: et hoc aptauit in nomine,quod ſenſu paſſa eſt cū rideret: et uocauit nomen eius Iſaac,quod interpretatur riſus. Sic
Gen. 25 Iacob qui in utero cœpit ante luctari,ꝗ uiuere, ante uiribus ſuperare,quam membris,ét inter uiſcera materna ipſa ſupplantatoris eſt uocabulum conſecutus, eo quod anteꝗ naſceretur,noſcitur diuinitus reprobatum ſupplantaſſe germanum.Et quia longum eſt

ire per

ire per ſingula: ſicut Petrus a petra nomen adeptus eſt, quia primus meruit Eccleſiā fidei firmitate fundare: ita Stephanus uocatus eſt a corona, qa primus meruit pro CHRISTI nomine ſubire conflictū: primus meruit ſanguine ſuo militū CHRISTI martyriū dedicare. Petrus apoſtolici chori uetuſtū teneat principatū: aperiat intrantibus regna cælorū: reos poteſtate uinciat: pœnitentes clementer abſoluat: Stephanus eſt martyrū primus: Stephanus purpuratum ducit exercitum: qui pro Domini ſui adhuc calente ſanguine ſanguinē ſuum auidus bellator effudit. Et quia cruore proprio tinctā ſibi ipſe purpurā conquiſiuit, merito a rege ſuo conſecutus eſt poſt coronā: qui iam cū naſceretur nomen ſortitus eſt a corona: uere quē præſciuit, & prædeſtinauit, ipſum nūc martyrii primum uocauit ad gloriam.

DE CALENDIS IANVARIIS, QVAE VARIA GENTIVM SVPERSTITIONE POLLVEBANTVR. SERMO. CLV.

VBI noſtrā CHRISTVS pie natus eſt ad ſalutē, mox diabolus diuinæ bonitati numeroſa genuit, & pnicioſa portenta: ut ridiculū de religione cōponeret: i ſacrilegiū uerteret ſanctitatem: de honore Dei Deo pararet iniuriā. Hinc eſt fratres, hinc eſt ꝙ hodie Gentiles Deos ſuos fœditatibus exquiſitis, excogitato dedecore, & ipſa turpitudine turpiores deos ſuos uidendos trahunt, diſtrahunt, pertrahunt, quos faciunt non uidendos. Quæ uanitas,

qualis dementia, quãta cæcitas, fateri Deos, & eos lu/dibriis infelicibus infamare? irriſores ſunt, cultores non ſunt, qui Deos quos uenerãtur illudunt: iniuriis afficiunt, non honorant, qui Deos a quibus ſe formatos exiſtimant ſic deformant: confundunt, nõ glorificant, qui eos de ipſa confuſione componunt. Vere, ſi
Rom. 1. cut ait Apoſtolus, quia non probauerũt Deũ habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum, ut faciant ea quæ non conueniunt: quando eis quibus humana abrogant, dant diuina: quando eos iudicãt dignos cælo: quando ipſos faciunt terra ipſa non di/gnos: uere dati ſunt in reprobũ ſenſum: & nõ eſt hoc iudicii diuini, eſt hoc ſapientiæ Dei, ut ipſi ſint iniu/riarũ Dei uindices, qui iniuriæ probantur auctores. Quæ ira, quæ ultio, ſic in Deum de idolis exequere/tur offenſam, ut eos quos uetuſtas aris, incenſo, uicti/mis, gẽmis, auro, Deos eſſe mẽtita eſt, poſteritas tur/pi cultu homines fuiſſe turpiſſimos iudicaret? & cogi/tatu, mores, actus, ipſis eorũ ſignaret in uultibus? ac doceret tales fugiendos eſſe potius quam colendos? Defleamus fres & eos qui talia ſunt ſecuti: & nos eua/ſiſſe talia cælitus gaudeamus. Quorum formant adulte/ria i ſimulachris, quorum fornicatiões imaginibus mã/dant, quorũ titulãt incæſta picturis, quorũ crudelita/tes cõmendant libris, quorũ parricidia tradunt ſæcu/lis, quorũ impietates perſonant tragœdiis, quorũ ob/ſcæna ludunt, hos qua dementia Deos crederent, niſi quia criminũ deſiderio, amore ſcelerũ poſſidentur? criminũ deos exoptãt habere criminoſos? Qui pecca/re cupit, peccatorum colit, & ueneratur auctores: hinc ẽ q Veneri adulter inſeruit: hinc eſt q ſe Marti crude

ſis addicit. Hæc diximus frẽs,ut ꝑderemus cauſam, quare facientes hodie quæ talia ſuſtinemus, faciant gentiles Deos ſuos: & faciant tales,qui uidentibus & horrori ſint,& pudori: faciant ut eos aliqñ & ipſi qui faciunt horreant,& relinquant: & Chriſtiani glorientur a talibus ſe liberatos eſſe p CHRISTVM: ſi modo nõ coꝝ ex ſpectaculis polluantur:ſi eorũ nõ inq̃nent thura tactu:ſi huiuſmodi fugiant de aſſenſione diſcrimen:quia factis ſemp eſt æqualis aſſenſus,Apoſtolo probãte,cũ dicit.Non ſolũ qui faciunt ea,ſed ẽt qui cõſentiunt faciẽtibus. Et ſi tãta eſt de aſſenſione damnatiõ,quis ſatis lugeat eos q ſimulachra faciũt ſemetipſos?nõne iſti amiſerunt imaginẽ Dei? ſimilitudinẽ perdiderunt CHRISTI?exuti ſunt indumẽtũ,q ſe ſimulachrorũ formis ſacrilegis formauerũt? Sed dicit aliquis,nõ ſunt hæc ſacrilegiorũ ſtudia,uota ſunt hæc iocorũ:& hoc eſſe nouitatis lætitiã,nõ uetuſtatis errorẽ:eſſe hoc anni principiũ, nõ gentilitatis offenſam.Erras homo: nõ ſunt,nõ ſunt hæc ludicra,ſunt crimina.Quis de impietate ludit? de ſacrilegio quis iocatur? piaculum quis dicit riſum? ſatis ſe decipit, qui ſic ſentit: tyrannus eſt, tyranni habitum qui præſumit. Qui ſe Deum facit, Deo uero contradictor exiſtit:imaginem Dei portare noluit, qui idoli uoluerit portare perſonam: qui iocari uoluerit cum diabolo,non poterit gaudere cum CHRISTO. Nemo cum ſerpente ſecurus ludit: nemo cum diabolo iocatur impune. Si qua ſunt ergo uiſcera pietatis ĩ nobis,ſi qua eſt in nobis cõtẽplatio humanitatis, ſi qua nos habet fraternæ ſalutis affectio, abſtrahamus eos qui ſic ad perditionẽ currunt: rapiuntur ad mortẽ:trahuntur ad tartara:feſtini ſunt ĩ gehẽnã.

Rom. 1.

Digitized by Google

Abſtrahat ergo pater filium: ſeruū dominus: parens parentem: ciuem ciuis: homo hominē: Chriſtianos omnes qui ſe beſtiis compararunt: exæquarunt iumentis: aptauerunt pecudibus: dæmonibus formauerunt. Et ille qui liberat, inuenit præmiū: qui negligit, acquirit offenſam. Beatus qui ſuæ uitæ cuſtos eſt, & prouiſor eſt ſalutis alienæ.

DE EPIPHANIA, ET MAGIS. SERMO. CLVI.

QVOtiens ſalutaribus ſuccis contra lethales morbos ātidotum tēperat peritia præcauta medicorum, ſi præter artem, præter medicinā, præter tempus, accipere præſumat ægrotus, fit periculi cauſa quod ꝓuiſum eſt ad ſalutē: ſic Dei uerbū ſi præter magiſteriū, præter doctrinā, præter dogma fidei, ſcire temerarius præſumat auditor: quod eſt uitæ materia, fit perditionis occaſio. Q uærendū eſt, fratres, ne per audiendi imperitiā, quod ad profectū nobis diuinitus ſcriptū eſt, ad animarū ueniat detrimentū. Putas ne Chaldæos ſiderum ſcrutatores, errantes per aſtra Magos, cæli negotia in tenebris noctium perquirētes, naſcendi, moriendi cauſas ſtellarū curſibus aſcribentes, bona, malaue hominū de arbitrio luminarium firmātes, Euangeliſta hodie ortum CHRISTI abſconditū ſæculis ſtella duce docuit inueniſſe? abſit: ſic ſentit mūdus: ſic Gētiles intelligunt: ſic fallit ſpecies lectionis: cæterū ſermo Euāgelicus nō humana loquitur, ſed

Digitized by Google

diuina:non uſitata,ſed noua : non arte fallentia, ſed ueritate ſubnixa:non oculis alludentia, ſed cordibus infixa:nõ coniecturis nutantia,ſed auctoritate firmata:a Deo uenientia,non a fato :nõ collecta numeris,
„ ſed uirtutibus acquiſita. Cũ natus eſſet IESVS,inqt, Mat.2.
„ in Bethlehẽ Iudæ ĩ diebus Herodis regis: ecce Magi
„ ab oriente uenerunt Hieroſolymã,dicentes. Vbi eſt
„ qui natus eſt rex Iudæorũ? uidimus ſtellam eius in
„ oriente,& uenimus adorare eum. Cum naſcitur IESVS,oritur origo rerũ: generatur largitor generis: naſcitur auctor naturæ:ut repararet naturam:genus redderet : originẽ recrearet. Adã primus homo,pater generis,origo generationis,naturæ bonũ, libertatẽ generis,& germinis uitã, ſic perdidit dũ deliqt, ut malũ naturæ, ſeruitutẽ generis, germinis mortẽ ſucceſſio lamẽtãda portaret. Hinc ẽ q̃ CHRISTVS naſcendo naturã reddidit: tulit moriendo mortem: uitã reuocat dũ reſurgit:& qui homini animã dederat de cælo,ĩde hominẽ fecit & carne cõſtare:ne terrena labes cæleſtẽ ſenſum rurſum carnis demergat in lapſum:dicente Apoſtolo. Primus hõ de terra terrenus,ſecũdus hõ de cælo cæleſtis:qualis terrenus,tales & terreni:& qualis cæleſtis,tales & cæleſtes.Et Iohãnes Euãgeliſta.Oĩs qui ex Deo natus eſt nõ peccat: ſed generatio Dei ſeruat illũ.Hinc eſt ergo q̃ naſcitur CHRISTVS,ut iacẽtes in terreno germine cæleſtẽ
„ tolleret ad naturã. Cũ natus eẽt IESVS in Bethlehẽ
„ Iudæ. Bethlehẽ frẽs hebraice, domus panis uocatur. His ergo uocabulis Iudæ ſignatur domus,genus uocatur, ut promiſſionis fides,ut ꝓpheticæ ueritas ĩpleatur,dicẽte Iacob.Iuda te laudabunt frẽs tui:manus tuæ ſupra dorſum inimicorũ tuoꝝ: adorabũt te filii patris tui.

i.Cor.15
Iohã. 5.
Gen.49.
iuxta.lxx.

Et poſt.Non deficiet princeps ex Iuda,nec dux ex fe-
moribus eius,donec ueniat, cui repoſita ſunt: & ipſe
Ps.59. „ expectatio gentiũ.Vñ & Dauid. Iuda rex meus. Cũ
„ natus eſſet IESVS in Bethlehẽ Iudæ in diebus Hero
„ dis regis. Quid eſt quod tẽpore regis nefandi Deus
deſcẽdit ad terras? miſcetur diuinitas carni? fit terre
no corpori cæleſte cõmerciũ? Quid eſt? & qñ nõ ue-
rus rex expulſurus tyrãnũ,uindicaturus patriã,inſtau
raturus orbẽ,libertatẽ redditurus aduentat? Herodes
refuga gẽtis Iudaicæ inuaſit regnũ:libertatẽ ſuſtulit:
ꝓfanauit ſancta:cõfudit ordinẽ:quicqd diſciplinæ,qc
qd cultus eſt aboleuit: merito ergo gẽti ſanctæ quia
humana deſunt,diuina ſuccurrũt: & adeſt Deus ipſe,
cui homo nõ erat q adeſſet. Sic iterum CHRISTVS
ueniet ut Antixp̃m ſubruat: liberetur orbis: paradi-
ſi patria reddat̃:mũdi perpetuet̃ libertas:ſæculi ſerui
„ tus tota tollat̃. Ecce Magi ab oriẽte uenerunt. Ab
oriẽte ad orientẽ ueniunt Magi,ut ſuſciperet uenien
tes ipſe, qui iuſſerat ut uenirent: quando.n.Deũ Ma-
gus niſi Deo iubẽte perquireret? qñ regẽ cæli niſi re-
uelãte Deo aſtrologus inueniſſet? qñ unũ Deum ſine
Deo Chaldæus adoraret in terra,qui in cælo diis to-
tidẽ,quot ſideribus ſeruiebat? plus cæleſte de Magis,
q̃ de ſtella ſignũ eſt: ꝙ Iudææ regẽ,ꝙ legis auctorẽ
Magus ſcit,neſcit Iudæus: Chaldæa defert, nõ defert
Iudæa:Hieroſolyma auerſat̃ & refugit,Syria ſequit̃,
„ & adorat. Ecce Magi ab oriente uenerunt,dicentes:
„ ubi eſt qui natus ẽ rex Iudæorũ? uidimus ſtellã eius.
2.Cor.8 Et quid nõ ẽ quod uidetur? uere ſicut dixit Apſ. Cũ
eſſet diues, pauper factus eſt: cum eſſet i Deitate ſua
diues,noſtra fit pauper in carne: et habere cœpit ſtel
lam unam,totã qui fecit,habet, et continet creaturã.

„ Vidimus ſtellã eius. Aliqñ uidet Magus, qui habet
ſtellã,non habetur a ſtella:nec ipſe agit̃ curſu ſtellæ,
ſed ipſe ſtellæ agit curſum:cuius per cælũ ſic curſum
dirigit,ſic moderat̃ inceſſum,ſic uiã tẽperat, ut Ma/
gorũ ſeruiat,et mittatur ad greſſum : nã ambulante
Mago ſtella ambulat:ſedente Mago ſtat ſtella : Ma/
go dormiente excubat ſtella:ſic ſentit Magus, ut qui
bus uiãdi par cõditio eſt,par ſit neceſſitas ſeruiẽdi:et
ſtellã iam nõ Deũ credit,ſed iudicat eſſe cõſeruã,quã
„ cernit taliter ſuis obſequiis mãcipatã. Vbi eſt qui na
„ tus eſt rex Iudæorũ? uidimus ſtellã eius in oriẽte,et
„ uenimus adorare eũ. Dicẽdo:ubi eſt q natus eſt rex
Iudæorũ? nõ interrogant,ſed inſultant,qñ ſcientes in
terrogant,neſcientes non ignorant:ſed negligentes
arguunt:increpant deſides:malos produnt:cõtuma/
ces uerberant:ſeruũ Domino nõ occurriſſe cauſant̃.
Nã quid ab hominibus quærunt, qui per Deũ noue/
rant quod q̃rebant? ut quid illis ad hoc humanæ de/
mõſtrationis officiũ,quibus ad hoc cæli ſidera ſeruie
bant? quo illis lucerna tẽpli, quibus cæli ſidus mira/
„ bile perlucebat? Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ?
Hoc eſt dicere : cur rex Iudæorũ in præſepe iacet,&
non decũbit in tẽplo? cur non fulget in purpura, ſed
ſquallet in pannis? cur latet in ſpecu,& manifeſtus in
ſanctuario nõ habetur? Receperunt iumenta in præ
ſepe,quẽ in domo ſua recipere uos ſpreuiſtis. Agno
uit, ſicut ſcriptum eſt, bos poſſeſſorem ſuum, & aſi/ Iſa. 1.
nus præſepe Domini ſui : tu autem Iſrael tuum Do/
„ minũ non quæſiſti . Vidimus ſtellã eius . Apparuit
ſtella non uolens,ſed iuſſa:nõ cæli nutu,ſed diuinita
tis ĩpulſu:nõ lege ſiderũ,ſed nouitate ſignorũ: nõ cæ
li climate,ſed uirtute naſcẽtis: nõ ab arte,ſed a Deo:

non Aſtrologi ſcientia, ſed præſcientia conditoris: nō Arithmetica ratione, ſed ſanctione diuina: ſuperna procuratione, non curioſitate chaldæa: non arte magica, ſed Iudaica prophetia. Sic, ubi uidit Magus humanas periiſſe curas, ſuas defeciſſe artes, mūdanæ ſapientiæ exinanitos labores, omnium ſudores obriguiſſe ſectarū, totius philoſophiæ theſauros eſſe uacuatos, fugiſſe paganā noctem, opinionū nebulas cōcidiſſe, ipſas dæmonū delituiſſe umbras, ſtellam non ut cometē inconfuſo crine occultare quod nuntiat, obſcurare quod lucet: ſed, dici fas eſt, uade, & tenuo radio, ſignifero lumine, ſplendore certo radiare Iudæam: illicq; natum regem, præter mundi legē, ꝑter carnis ordinem, præter humanā monſtrare naturā: ſic depoſito errore ſequitur: currit: peruenit: inuenit: gaudet: procidit: adorat: quia non per ſtellā, non per artem, ſed per Deum Deū ſe inueniſſe humana miratur in carne. Ergo fratres lectione præſenti nō eſt firmatus error Magicus, ſed ſolutus: ſed ſufficiāt iſta hodie, ut p Deū q̄ ſunt in ſequētibus clare eluceſcāt.

DE EISDEM. SERMO. CLVII.

DOminicæ feſtiuitates cauſas ſuas ſuis uocabulis eloquuntur: nam ſicut naſcēdo CHRISTVS diem dedit natalem, & reſurgendo Reſurrectionis diē dedit, ſic lumine ſignorum diem ſuæ illuminationis oſtendit. Qui.n.naſcēdo ante humano corpore ſe uelauit, poſtea operando ipſe ſe cæleſti reuelauit arcano: poſt Deus ipſe apparuit trino modo, qui homo i partu patuit ſingularis. Merito ergo ſolēni

tas præſens Epiphaniæ uocabulo nuncupatur, in qua illuxit Deitas, quæ noſtra nobis obſcurabatur in carne. Iſta eſt fratres, iſta eſt feſtiuitas, quæ concepta tẽpore diuerſo peperit tria Deitatis inſignia. Per Epiphaniã Magi CHRISTVM Dominũ muneribus myſticis confitentur, & cultores ſiderũ, noctis incolæ, auctorem lucis denſis inueniunt in tenebris: ut ſit hoc auctoris gratia, non ſit hoc induſtria ſic quærentis: non ſit ſtellæ, ſed Dei: ſit creatoris donum, non ſit beneficium creaturæ: non ſit humanæ artis, muneris ſit diuini. Ecce Magi, inquit, ab oriente uenerunt dicentes: ubi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? uidimus enim ſtellã eius in oriente: & uenimus adorare eum. Vidimus ſtellam eius. Et quid non eius? ſtella eius eſt, non ille ſtellæ. Stellã eius: Quæ accepit eſſe, ſed nõ dedit: ſtellã, cuius ortũ tenebat auctor, non quæ ortum tenebat auctoris. Stellã eius: Venientem non a geneſi, ſed a genitore: mandato, non fato: nõ a cõputatore, ſed ab auctore: non quæ daret ortũ, ſed quæ ſuſtineret occaſum: Stellã non legiferam, ſed ſigniferã: ferentẽ non dierũ ordinẽ, ſed noctiũ lumen. Stella hæc miniſtra uiæ, non uitæ: comes Magorũ, non cognata xpi: non dñantis domina, ſed ancillula ſeruorum. Sed dicit aliquis: quare Magi? quare per ſtellam? ſi cũ ſtellis, cũ origine nulla cauſa eſt? nulla ratio cũ natura? quare Magi? quare ſtella? ut per CHRISTVM ipſa materia erroris ſic fieret ſalutis occaſio: quẽadmodũ p CHRISTVM mortis cauſa cauſa facta eſt uitæ. Hoſtẽ ꝓprio mucrone turbare ſingulare eſt inſigne uirtutis. Apud Magos in culpa erat ignorãtia, non uoluntas: & erat in crimine nõ ſtudiũ, ſed error. Quærere Deũ, & neſcire

Mat. 2.

quærere, neceſſitas magis eſt, q̃ reatus. Fuit ergo piũ, ut et Deus inuenire ſe quærentibus daret: et culpã deputaret errori. Deniq; Paulus iudicio tali de perſecutore factus eſt prædicator: quia per zelũ legis ĩpugnabat legẽ: & in Deũ Dei amore peccabat: hinc eſt ꝙ fides currit ad Paulũ: perfidia ad ignorantiã recurrit. Sed adhuc dicit auditor: eſto, ꝙ ſtella nõ nutu ꝓprio, ſed Dei iuſſu oſtẽderet uiã q̃rentibus Magis: unde tãta munerũ ſcientia myſticorũ? unde donorũ ſacramenta tanta? nõ Chaldæa arte, ſed de priſca ſanctorũ traditione maiorũ: erant iſti de genere Noe, de filiis Abrahæ, qui CHRISTVM naſci per Deũ didicerant, non per artem: eumq; hominẽ, Deũ, Regẽ, moriturũ alto cognouerant ſacramẽto. Hinc eſt ꝙ apta patrum fidei munera portauerũt: ut aurum Regi, incenſum Deo, morituro myrrhã ſcienter offerrent: taliq; munere & pietati ſatiſfacerent, & honori. Sed de

Iohã. 2. Magis iſta ſufficiant. Per Epiphaniã CHRISTVS in nuptiis aquas ſaporauit in uinũ: ut CHRISTVM nuptiis interfuiſſe uirtutis fuerit, nõ uoluptatis: non fuerit humanitatis, ſed poteſtatis: ſigni fuerit cauſa, non uentris: ebrietatis nõ fuerit apparatus, fuerit Deitatis oſtenſio. Deniq; ubi aqua mutauit naturã, mox patefecit auctorẽ: & elementorũ creator mutatione reuelatus eſt creaturæ. Felices nuptiæ, felices illæ, quibus CHRISTVS ẽſt ꝑſens: quæ nõ luxu, ſed uirtutibus cõ

Mat. 3. ſecrantur: quid ibi nõ trãſiuit in gratiã, ubi aqua trãſiuit in uinũ? Per Epiphaniã xp̃s Iordanis alueũ baptiſma noſtrũ cõſecraturus intrauit, ut quos naſcẽdo in terra ſuſceperat, hos renaſcẽdo releuaret in cælũ: in ſe h̃ret liberos, quos ꝑter ſe uiderat eſſe captiuos: faceret uitales ipſe, quos culpa fecerat eſſe mortales:

perpetuos redderet, quos mors dederat tēporales: & quos diabolus exules fecerat terrenorū, hos ipſe i cæleſtibus ſibi faceret eē cōſortes. Hinc eſt tres qđ Spiritus ſanctus tunc toto ſe fudit illapſu, qñ Pater de cæleſtibus clamat: Hic ē filius meus dilectus: ut qbus in creandis nobis operatio fuerat una cū filio, una fieret de noſtra reparatiōe dignatio: ſicq; CHRISTVS diuerſo tēpore uno, eodēq; die Magorū munere, aq̄ mutatione, atq; pris uoce Deus trino teſtimonio noſceretur: fieretq; de trina oſtenſione CHRISTI Epiphaniæ una, & ſacrata ſolennitas. Mat. 3.

DE EISDEM. SERMO. CLVIII.

SAepe qſiuimus, qre ſic mundū CHRISTVS intrat, ut uteris experiat anguſtias: partus patiatur iniuriā: ſuſtineat uincla pannorū: cunabula toleret ībecilla: lachrymis ubera nutrimēta diſquirat: ætatū gradus, neceſſitatesq; perſentiat. Et qualiter uenire debuit, qui uoluit apportare gratiā, timorē pellere, qrere charitatē? natura docet oēs quid ualeat, quid mereat īfantia. Infantia quā barbariē nō uincit? quā nō feritatē mitigat? quā crudelitatē nō cōprimit? quē nō cōpeſcit furorē? quā nō poteſtatē deponit? quē nō mollit rigorē? quā duritiā nō reſoluit? qd nō amoris expoſtulat? qd nō affectionis extorquet? quā nō imponit gratiā? quā nō impetrat charitatē? Hoc ita eſſe ſciunt patres: matres ſentiunt: probant omnes: uiſcera humana teſtantur. Sic ergo naſci uoluit, qui amari uoluit, non timeri: & tamen apud malitiam humanam ſic blanda, ſic pia, ſic chara, audite quid proficit infantia. Audiēs, inquit, Mat. 2.

„ Herodes Rex turbatus eſt:& omnis Hieroſolyma cũ
„ ipſo: & congregans omnes principes ſacerdotum,
„ & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis ubi CHRISTVS
„ naſceretur. Si Hieroſolyma, ſi rex, ſi ſcribæ, ſi principes ſacerdotũ ad CHRISTI ſic turbãtur infantiam, quid iſti facerent, CHRISTVS perfectũ mox in hominẽ ſi ueniſſet? ſi fultus diuitiis, & multitudine, ſi cũ ſuſpectis, ſi cũ extraneis? qui nil dant tẽpori, nil ætati, nil pauperi, nil parenti, ſed ut audiunt natũ, parant naſcenti mortẽ: inocenti dolos: ſcelus pio: nudo gladios: ſoli milites: uagiẽti necẽ: pœnã parenti: & ut uis miſceatꝰ ſanguini, crudelitas acerba bella cunabulis indicit: ubera telis urget: clypeos illidit gremiis: quatenus humanã, diuinãq; ſobolẽ ante ſepulchrũ faciat intrare, q̃ mundũ. Eſto ꝙ Herodes rex amore regni, ſucceſſoris timore, coactus ſit talia moliri, q̃re Hieroſolyma? quare principes? quare ſcribæ? quare? quia naſci non uult profanus Deũ: ſeruus Dominũ: iudicẽ reus: rebellis principem: perfidus cognitorem. Hieroſolyma uaria ſe contaminatione perfuderat: ſacerdotes profanauerant ſancta: & peccata uendentes, in quæſtum ueniam, pietatemq; cõuerterant: ſcribæ doctrinam cæleſtem, ſcientiam ſalutarem, uitale magiſterium, in ſuum ſenſum, in perfidiæ lapſum, in lethale uaniloquium cõmutarant. Hinc eſt ꝙ CHRISTVM nolunt naſci, uiuere timent, quia nouerant ſe mox ignominiæ dandos: trahendos opprobriis: eiiciendos templo: priuandos ſacerdotio: oblationum munere uacuandos. Semel enim cupiditate flammati, capti pompa, uitiis ſauciati, uanitate ebrii, madefacti luxu, quia de correctione nil cogitare poterant, de uenia nil ſperabant.

Digitized by Google

Bonus uillicus quādo copioſum fructū continuo labore conquirit, uenire Dominū ſuū ad lucrū ſuū cupit: ſuū concupiſcit ad gaudium: diligens operarius quádo opus ſuſcepti laboris impleuerit, ut mercedē percipiat, patrēfamilias deſiderat aduenire: deuotus miles poſt cōflictū, poſt uictoriā, præſentiā regis optat, ut præmiis ſudores, & uulnera remuneratione cōpēſet: ſic ad palmā ſuā cupit uenire CHRISTVM, qui bella mundi indefeſſa uirtute ꝓſternit: ſic CHRISTVM uenire non uult, qui ſuperatus illecebris ſæculi de pœna trepidat: de uenia nil præſumit. Fratres faciamus bona, declinemus a malis: fugiamus uitia, uirtutes ſequamur: diſſimulemus præſentia, futura cogitemus: noſtrū petamus ad regnum: noſtrā ueniamus ad palmā: optemus ad gloriā: tendamus uotis oībus ad coronā. Sed ad illa ſermo quæ ſunt in ſequētibus iam recurrat. Tunc Herodes, inquit, clam
„ uocatis Magis diligenter didicit ab eis tēpus ſtellæ q̄
„ apparuit eis: & mittēs in Bethlehem, dixit: Ite, & inter
„ rogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renū
„ tiate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Occulte uocat Magos, quia palā nil audet ſimulata mens: cōſcientia doloſa: occulte uocat Magos, quia fur amat noctē: latro in occulto tendit īſidias. Diligēter inquirit tēpus ſtellæ: ſed cū timet regnū, ſignū cæli non timet: tēporis non pertimeſcit auctorē. Quid turbaris Herodes? quid es tantū de ſucceſſore ſollicitus? cui
„ ſydera militant, terreno imperio nō tenetur. Ite, &
„ interrogate diligenter de puero, & cū inueneritis re
„ nuntiate mihi. Herodes, Magus adorare iuſſus eſt, non deferre: teſtari uenit ille, nō prodere: uidere illi
„ datū eſt, tibi non datum eſt inuenire. Ite, & interro

rogate. Quaſi Magos ſemel interrogare nõ ſufficit.
Interrogantibus pie datum eſt ſine pietate reſpon/
ſum: ſalutis nuntius male audientibus conuerſus eſt
in ruinam. Contumax ſeruus audit natũ Dominum,
ſed Domino naſcenti parat laqueos, non honorem:
mortem præparat, ut careat ſeruitute. Sed quia nec
finiri Deus, nec perire ſalus, nec uita poterat iter ire,
permanet in honore Dominus, ſeruus remanſit ĩ cri
mine: et ad pœnã trahitur, qui ad obſequium uenire
contẽpſit: capitur ad ſentẽtiam, qui ad gratiã noluit
„ peruenire. Ite, & interrogate diligenter de puero: &
„ cum inueneritis renuntiate mihi. Conuenienter di
xit renuntiate mihi; quia ſemper diabolo renuntiat,
qui peruenire feſtinat ad CHRISTVM. Chriſtianus
futurus a ſacerdote cũ audit, renuntias diabolo? re/
ſpondet, renuntio. Proprie ergo Herodes a Magis ſi
bi renuntiari debere dicit, qui ſe diaboli ſciebat te/
„ nere locũ: ſatanæ nouerat implere perſonam. Vt &
„ ego ueniens adorem eum. Vult mentiri, ſed nõ po/
teſt: ueniet, ut ad tormenta curuetur: ad ſupplicia ia/
ciatur: ſternatur ad pœnam, qui adorare finxerat ut
ſæuiret: ſed Magi ubi Iudaicæ perfidiæ nubila tran/
ſierunt, & in Chriſtianæ fidei ſereno reuident quam
uiderant ſtellam, ipſa præuia, ipſa duce, ad ortus Do/
„ minici locum ſacratiſſimum peruenerunt. Et aper
„ tis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, Aurũ,
„ Thus, & Myrrhã. Aurũ regi, Thus Deo, mo
rituro Myrrhã, Dñicæ deuotioni offerunt,
ſcientiæ theſauros maximos ĩ poſterũ
credituris: ſic ad ſua per inocentiæ
uiã redeũt, q iter Herodianæ frau
dis calcauerunt in ruinam.

Digitized by Google

DE EISDEM. SERMO. CLIX.

ANTE hos dies,id eſt diem octa-
uum Kalendarũ huius,quo cre-
ſcere dies cœpit,quia dies uerus
illuxit,in carne natum Dominũ
CHRISTVM IESVM in Euan
gelio ſcriptum facile recolunt,
qui legerunt, uel qui aurem le-
gentibus præbuerũt . Iſraelitici
paſtores ſuper gregem ſuum uigilantes Angelis nũ Luc.2.
tiantibus cognouerunt:hodie in eadem carne mani
feſtatum Gentiles Magi curioſa ſectãtes ſignis indi-
cantibus inuenerunt: illis ortum Dominicæ natiuita
tis annuntians locuta eſt uox ſpiritalium miniſtro-
rum,iſtis ſtella tanq̃ linguæ cælorum : dicunt illi ad
quos ſæpius Prophetæ miſſi fuerant,tranſeamus uſq;
Bethlehem,& uideamus hoc uerbum quod factum
eſt ad nos,dicunt iſti quibus nullus unq̃ locutus fue-
» rat prophetarum,& ſciſcitantes interrogant. Vbi eſt Mat.2.
» qui natus eſt Rex Iudæorum? uidimus ſtellam eius
» in oriẽte,et uenimus adorare eum. Accedunt ergo
illi de proximo, hi ueniunt de longinquo : utriq; ta-
men ad unum,eundẽq; fidei locum, quia deuotione
conueniunt : ibiq; regem CHRISTVM appoſitum
ante duo Prophetica illa iumenta,duorum uidelicet
populorũ typum, figurãq; geſtantia ĩuentur:admi-
rantur : agnoſcunt. Agnouit enim bos poſſeſſorem Iſa.1.
ſuum:et aſinus præſepe Domini ſui . Agnouit enim
bos Iudæus iugo legis excuſſo: agnouit et aſinus pa-
ganus ſtultitiæ feritate depoſita: ille deſerens ſuper-
fluum obſeruationis laborem,hic relinquẽs uagum

ſuperſtitionis errorem. Vterq; agnouit, quia uterque ad unum præſepe Domini epulaturus acceſſit, epulaturus non fœnum mortis, ſed cibum ſalutis. Edite, edite pia animalia æterne uitæ cibaria : et perpetuæ retributionis eſcam auidis quantum poteſtis faucibus occupate: nõ diuidentes in fruſta, ſed integrum, ſolidũq; ſumentes. Nõ poteſt enim edi CHRISTVS, et diuidi: integer a credẽtibus ſumitur: ĩteger in ore
Ioãh. 1. cordis recipitur. Verbum enim caro factũ eſt, et habitauit in nobis: habitauit, ex quo uterum uirginis
„ dignãter impleuit. Obtulerunt illi, ut ſcriptum eſt,
„ Aurum, Thus, et Myrrham. Nos fidei Thus longinquæ regiõis, nos proximæ cõfeſſionis myrrhã boni odoris, nos ſuaueolentia dona charitatis: tria nãq; iſta offerimus, quando CHRISTVM, et regẽ, et Dominum, et hominem confitemur: ſed ſi in ſpiritu, et ueritate adoramus CHRISTVM: ſi ei munera fidei, et confeſſionis obtulimus: et nos ſicut illi Magi qui ſunt fidei noſtræ duces, credulitatiſq; prĩcipes, commoniti in ſomnis, id eſt in hac uita quæ ſomno eſt ſimilis, illuſo Herode Rege, id eſt Diabolo huius mundi principe, per aliã uiã, id eſt per alteram uitam ad illam noſtram patriã reuertamur, de qua per Adã eiecti infeliciter ſumus, p CHRISTVM uero miſericorditer nunc reducti.

DE EISDEM, SERMO. CLX.

QVamuis in in ipſo Dñicæ incarnationis ſacramēto affuerint clara ſemper diuinitatis inſignia, Deum tamen ueniſſe in humanū corpus multis modis aperit, & reuelat hodierna ſolennitas: ne perdat per ignorantiā ſemper obſcuritatibus inuoluta mortalitas, quod tantā tenere meruit, et poſſidere per gratiam. Nam qui nobis naſci uoluit, a nobis noluit ignorari: et ideo ſic aperit, ne magnū pietatis ſacramentum magni fieret erroris occaſio. Hodie Magus quem fulgentē quærebat in ſtellis, in cunis reperit uagiētem. Hodie Magus clarum miratur in pannis, quem diu in aſtris patiebatur obſcurū. Hodie Magus quid ubi uideat profundo ſtupore peruoluit: in terra cælū, in cælo terram, in Deo hominē, in homine Deum, et uniuerſo ſæculo non capacem cōcludi corpore perpuſillo. Vnde Magus quia ſcrutari non ualet, capere nō poteſt, mox adorat: uidet.n.nō ſic lucere in cælo ſtellas, lunam, ſolem, qualiter illuxiſſe carnem cōtemplatur in terris: uidet in uno, eodemq; corpore Diuinitatis, et humanitatis cōueniſſe cōmercium. Hic dum credit Deum, ſentit regem: intelligit humani generis amore moriturum: et pauida cogitatione pertractat, quēadmodum poſſit mori Deus: qualiter poſſit uitæ reſtitutor occidi. Ac ſic Magus ceſſat arte quærere, quod arte non poteſt inuenire: et quia ſe in cælo diu cum aſtris errātibus uidet erraſſe, gaudet in terra ſe ad Deum ducatu unici ſideris perueniſſe: et deprehendit Magus cuncta quæ uidētur in cælo, humanis clara oculis, profundis eſſe

obſcurata myſteriis. Iamq; uidens credere ſe, & non
diſcutere myſticis muneribus cõfitetur, Thure Deũ:
auro regem: Myrrha eſſe moriturum. Thure deũ, au
ro regem: ut eum diuiti placaret obſequio, quem cu
rioſo, & importuno inceſſerat, & offenderat inſtitu/
to: atq; implet illud, qđ multi de ſpadone ex Aethio/
Pſal.67. pia ſuſpicantur. Aethiopia ꝑueniet manus eius Deo.
Videt CHRISTVM Magus Iudæum præueniẽs ma/
nibus ſuis, quia quãdo CHRISTVM Iudæus Herodi
ſcelere prodebat, tunc Magus Deũ CHRISTVM mu
neribus fatebatur. Hinc eſt ꝙ gentilis qui erat nouiſ/
ſimus, factus eſt primus: quia tunc ex Magorum fide
eſt gentium credulitas dedicata: et Iudæorũ eſt no/
tata crudelitas. Hodie CHRISTVS Iordanis alueũ
mundi peccatum lauaturus intrauit: ad hoc eum ue/
Ioã.1. niſſe Iohãnes ipſe teſtatur. Ecce Agnus Dei, ecce qui
tollit peccata mundi. Hodie ſeruus dominũ, homo
Deum, Iohannes CHRISTVM tenet: tenet acceptu/
rus ueniam, non daturus. Hodie, ſicut ait Propheta,
Pſal.28. Vox Dñi ſuper aquas. Quæ uox? Hic eſt filius meus
Mat.3. dilectus in quo mihi complacui. Hodie uox Dei ſup
aquas, qa pr̃ Deus ut ꝓbaret generis fidem, ipſe ſui te
ſtis filii, ipſe aſſertor aſſiſtit. Hic ẽ filius meus dilectus,
quia alterũ qui teſtimonium diceret nõ habebat: ar/
canum patris, arbitrum non habebat: teſtem genera
tio neſcit diuina: diuinitas externam non recipit no/
Mat.11. tionem, ipſo filio dicẽte: Nemo nouit filiũ niſi pater:
neq; patrẽ quis nouit niſi filius. Hodie Spũs ſanctus
ſupernatat aquis in ſpecie columbæ: ut ſicut illa colũ
Gen.8. ba Noe nuntiauerat diluuiũ diſceſſiſſe mundi, ita iſta
indice noſceretur perpetuum mundi ceſſaſſe naufra
gium: neq; ſicut illa ueteris oliuæ ſurculũ portaret,

Digitized by Google

ſed totam in caput parentis noui chriſmatis pingue-
dinem fundit,ut impleat illud quod Propheta prædi
xit.Propterea unxit te Deus deus tuus oleo lætitiæ p̄- Pſal.44
conſortibus tuis. Hodie dominus ſuper aquas : Bene
ſuper aquas,et nō ſubtus aquas:quia CHRISTVS ba
ptiſmati ſuo non ſeruit,ſed imperat ſacramentis.Ho
die Deus maieſtate intonuit : et ſi pater de cælo into
nat,ſi filius Iordanis inſiſtit fluentis , ſi Spūs ſanctus
corporaliter apparet de ſupernis, quid eſt ꝙ Iorda-
nis qui fugit ad præſentiā legalis arcæ,ad totius Tri-
nitatis præſentiam non refugit ? quid eſt ? quia qui Ioſ.3.
pietati obſequitur,incipit non eſſe timori. Hic Trini
tas exercet gratiam totam : totam ſecum loquitur
charitatem:ibi elementa corripit , ut ſeruulos inſti-
tuat ad timorem. Inter hæc tamen talia, et tanta in-
trepidus ſtat Iohannes,quia timere non poteſt , qui
totus ad Dei amorem natus Angelico teſtimonio
comprobatur. Hodie CHRISTVS initium dat Ioā.2.
ſignorum cæleſtium,dum cōuertit aquas in uinum:
ut quem Pater uoce filium iam probarat , ipſe ſe
Deum uirtutibus approbaret:qui elementa commu
tat,et naturam fecit ipſe: qui contra naturam face-
re non laborat,aquam tranſfert in uinum , ut diui-
nitatis in uigore naturæ noſtræ proficiat hebetu-
do . Nam qui panes quinque fragmento pro- Mat.14.
fluo , et furtiuo incremento , ad quinque millia
hominum tetendit , et dilatauit ſaginam , potu-
it augmentis ſuccreſcentibus ad nuptiarum fe-
ſta uini ampliare , et perpetuare menſuras . Sed
aqua in ſanguinis erat conuertenda myſterium ,
ut mera pocula de uaſe corporis ſui CHRI-
STVS bibentibus propinaret : ut impleret illud

Digitized by Google

Pſal.22. prophetæ.Et calix tuus inebrians q̃ præclarus eſt.Tri
bus autem modis hodie CHRISTI deitas eſt proba
ta,magorum munere:patris teſtimonio:aquæ muta
tione in uinum:quia tribus ſtare omne uerbum ſcri/
Mat.18. pturæ firmauit auctoritas,dicẽdo. In ore duorũ,uel
trium teſtium ſtet omne uerbũ .Sed quia feſtiuitas
ipſa ad menſam nos Domini, et calicis iſtius lætitiã
cõmonet iam uenire:res amplas breui ſermone ſuffi
cit cõcluſiſſe, per Dñm noſtrum IESVM CHRI/
STVM,qui uiuit,et regnat nunc, et ſemper, & per
omnia ſæcula ſæculorum:Amen.

DE PARABOLA SERVI AB AGRO RE/GRESSI, DEQ. HOMINIS ERGA DEVM GRATITVDINE. SERMO. CLXI.

AVdiſtis fratres quemadmodum famu
latum diuinũ Dominus exigit huma/
Luc.17„ næ ſeruitutis exemplo, dicẽdo. Quis
„ ueſtrum habens ſeruum arantem, aut
„ paſcẽtem,qui regreſſo ab agro dicat:
„ ſtatim tranſi,recumbe:et non dicit ei: para quod cœ
„ nem,& præcingere:et miniſtra mihi,donec mandu/
„ cem,et bibam:et poſt hæc tu manducabis,et bibes?
„ Nunquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ſibi
„ imperauit? Nõ puto.Sic et uos,inquit, cum feceritis
„ omnia quæ præcepta ſunt uobis,dicite:Serui inutiles
„ ſumus:quod debuimus facere fecimus.Sic et uos: qd
ſimile? immo longe diſſimile:tantum debet homo
Deo,quantum debet homini homo? Abſit.Nam eſt
alter ordo,diuerſa cauſa,diſſimilis fides. Deus homi

Digitized by Google

nem fecit eſſe:naſci iuſſit:dedit uiuere:conceſſit ſape
re:donauit et tempora:diſtribuit ætates:conceſſit ad
gloriam:aperuit ad honorẽ: præfecit animantibus:
et toti terræ dñm definita lege,& ætate præſcripſit:et
cum talia,tantaq; homini Dei beneficia deperiiſſent,
ſecunda reparauit tanto maiora,quanto diuina: præ
ſtantiora tanto,quanto cæleſtia. Nam cæli poſt habi
tatorem dedit,quem dederat ante incolam terreno
rum,ut aduerſum nullũ illi,nullus incurſus, nulluſq;
terrenis irreparet bonis amplius in hominem nõ ua ✠
leret: ſeruaretq; cõditio iam certa,quem perdiderat
incerta libertas:& eſſet homo liber omnium ſola do
mini ſeruitute:cui cõditionem qua factus eſt debet:
debet originem: quod redemptus eſt, ꝙ emptus eſt,
debet utiq; ſeruitutem,dicente Apoſtolo. Pretio em i.cor.7.
pti eſtis,nolite fieri ſerui hominũ.Et propheta ut cõ
ditionem,ut originem fateretur.Ego ſeruus tuus, in Pſal.ii5.
quit,et filius ancillæ tuæ.Deo iſta, homini quid tale
debet homo? Et tamen quærit Deus uel tantũ: quia
reddere homo Deo nil uult cui debet totum. Sed re
petamus lectionem:et oculis noſtris ſimilitudinem
proponamus ipſam: et quod diximus tunc lucebit:
quia nullam Deo,homini totam dependimus ſerui-
» tutem. Quis ueſtrum habens ſeruum arantem, aut
» paſcentem,cui regreſſo ab agro dicat: ſtatim tranſi,
» recumbe? et non dicit ei,para quod cœnem:& præ-
» cingere,et miniſtra mihi, donec mãducem,et bibã:
» et poſt hæc tu manducabis,& bibes? Quam familia
ris,ꝙ uernacula,ꝙ de cotidiano uſu ueniens, ꝙ cõmu
nis eſt iſta doctrina.Si dñs eſt qui audit,agnoſcit ta-
lia ſe exigere a ſeruo:ſi ſeruus, exhibere ſe dño iſta
cognoſcit.Seruus nãq; poſt uigilias antelucanas,poſt

totius diei uarios,et duros labores, poſt trepidãtes, et anxios concurſus,et parat domino ſuo cœnam: et cinctus quod parauerat ſumminiſtrat:non eſt elatus quia fecit,ſed cum deuotione ſingula faciens cõtre/miſcit: et apponit domino ſuo cibos multiplices, ar/te tota totius ſaporis conditos,ipſe aũt ſemicoctam, nec ſalitam forſitan cœnulam guſtaturus:porrigens crebra pocula,uarios calices,uina mutat:ad longiſſi/mi conuiuii fabulas longiores ſtat fixus:ſtat moueri neſcius:ſtat cui laſſeſcere non licet ſeruituti.Et cũ do minus iam partem noctis inſomnem deducit,pera/git inquietem,ſeruus colligit,curat, accurat, ponit, componit,reponit: et ſic in rebus neceſſariis imora/tur,ut nihil ſibi,aut parum noctis ad eſcam reſeruet, et ſoporem.Poſt hæc omnia niſi peruigilet in craſti num,et dominum præuenerit dormiẽtem, feſſus,in defeſſus manicabit ad uerbera: ad præſentem pœnã nihil heſterno ei ſubuenit de labore : quia quicquid dominus indebite,iracunde,libens, nolens, oblitus, cogitans,ſciens,neſciens,circa ſeruũ fecerit, iudiciũ, iuſtitia,lex eſt:imperantis ira ſubdito ius eſt:et ad li/bitum domini uocem non habet cõditio ſeruitutis. Si ergo et ſeruus ſentit quid Deo debeat homini ta/liter ſeruiendo:et dominando dñs qualem ſeruitu/tem Dño dominorum debeat docetur:et ĩtelligit ſe magiſtrũ.Hoc implebat Paulus,qui ſeruitutis ſuæ ti/
i.cor.4. tulos ſic ſcribebat.Vſq; ad hanc horam eſurimus : et ſitimus:et nudi ſumus:et colaphis cædimur. Et alibi.
i.cor.9. Liuidum facio corpus meũ:et ſeruituti ſubiicio.Præ/bebat uindictam bonus ſeruus,qui ſe uſq; ad liuorẽ ſic agens iugiter uerberabat: nec laxabat frena cor/pori,ne per indulgentiam caro laxata alterius incur

Digitized by Google

feret ſeruitutem. Sed homo quod a ſeruo exigis, im pende ei qui te dominum fecit. Tu qui ſemper dor/ mis, et a ſeruo exigis uigilias indefeſſas, aliquādo ui/ gila tuo domino pro te ſine ceſſatione uigilanti: aſſi ſte tuo dño uel momento uno ieiunanti, cui mandu canti tuus ſeruus ſemper aſſiſtit: remitte ſeruo inno centi, cui peccanti blandiť dominus tuus: da interim ueniā, cui tuus dominus ſemp ignoſcit. Certe ſi quic quā boni feceris, crede te dominanti ſoluiſſe debitū,
" non beneficiū præſtitiſſe. Cū feceritis, inquit, oīa q̃
" ꝑcepta ſunt uobis, dicite: ſerui inutiles ſumus: qđ de/
" buimus facere fecimus. Quando per ſe homo utilis ad diuina, qui ſic ſibi ē inutilis ad humana? Cogitet homo cordis mala: carnis uitia: uoluptatum fluctus: deſideriorū procellas: irarū ſcopulos: naufragia cri/ minum: et tunc quicquid in ſe ē utile dabit Deo: ſibi quicquid inutile eſt deputabit. Sed ad ꝓpoſita redea mus: ut, quare Dñs diſcipulos ſuos admonuerit, iam pateſcat. Apoſtolos ſuos CHRISTVS ut mitteret ad populos uario dolore languentes, dedit illis uirtutē ſpiritus: poteſtatem ſupernam dedit: dedit gratiā ſa/ nitatum: unde perambulantes illi reddebant uiſum cæcis: claudis curſum: ſurdis auditum: et ne per ſingu la uos morer, cunctis male habētibus dabant ſalutē: unde redeuntes gloriabātur dicentes. Dñe ēt in noīe Luc. 10. tuo dæmonia ſubiecta ſunt nobis. Quos dñs tēperat dicens. Nolite gaudere, quia Dæmonia ſubiecta ſunt uobis: gaudete autē quia noīa ueſtra ſcripta ſunt in cælis. Ergo ne per elationem perderent quod cōqui/ ſierant per laborem, et deputarent ſibi quod diuini/ tus fuerant conſecuti, ad humilitatem quæ mater eſt doctrinæ, tali reuocat exemplo. Quis ueſtrum ha/

Digitized by Google

» bes ſeruum arantem,aut paſcétem, qui regreſſo ab
» agro dicat ei:ſtatim tranſi,& recumbe:et nō dicit ei,
» para quod cœnem:et præcingere , et miniſtra mihi
» donec manducem ,et bibam:et poſt hæc tu máduca
» bis,et bibes? Poſt exactos labores,et magna,et mul
ta documenta uirtutum,Apoſtoli ſatis ſibi utiles ui/
debantur:ſed uerſari in luto carnis,et limo corporis
huius,et quod eſſent inutiles neſciebant:ſed depre hé
Mat.26. dútur cum Iudas tradit:Petrus negat:Iohánes fugit:
Mar.14. relinquūt omnes,út ſolus in quo erat, et ex quo erat
» tota utilitas appareret.Quod autem dixit. Et poſtea
» tu manducabis.Monet diſcipulos ut poſt aſcenſioné
ſuá ſtatim copulari ſe dño in illa beatitudine ſupna
geſtirent.Nam deniq; hic relicturos approbat:et præ
cingit ad tolerantiam paſſionis:et miniſterii ſui per
ficit ad laborem.Nam tunc tanto tempore miniſtra
runt Apoſtoli diſcumbenti,quanto tépore inter pec
catorum coquinas,& gentium focos, cœnam domi/
ni ſuper menſas Eccleſiæ in memoriam perpeté præ
pararūt .Hanc cœnam qui fidelis ē nouit : qui neſcit,
et ſcire deſiderat,ſit fidelis.

DE EO QVI VOLEBAT DIVIDERE HAE/ REDITATEM. SERMO. CLXII.

AVdiſtis fratres hodie quid a Domino
hæres bonorum petierit múdanorū.
Luc.12 » Magiſter,inquit,dic fratri meo, ut di/
» uidat mecum hæreditatem. Præceps
cupiditas,et incauta,mundanæ litis ar
bitrum credidit ipſum ſæculi cognitorem:et eū fie/
ri uoluit diuiſionis auctorem , qui ad reſtituendam

» uenerat humani generis unitatem. Magiſter dic fra
» tri meo,ut diuidat mecum hæreditaté. Hic non ma
» giſter quæſtus eſt,ſed amoris. Dic fratri meo,ut di/
» uidat mecũ hæreditatem. Cũ dicit, dic fratri meo:
præmiſit quod charitaté moneat:qđ interpellet na/
» turam : qđ pulſet affectũ. Dic fratri meo,ut diuidat
» mecum hæreditatem. Non poteſt dicere fratri diui
de,qui per Prophetam docuit.Ecce q̃ bonũ,& q̃ iucũ Pſal.132
» dum habitare fratres in unum. Dic fratri meo,ut di
» uidat mecũ hæreditatem. Quæ maior hæreditas, q̃
melior hæreditas,q̃ diuinæ uinculũ charitatis? quia
hæreditas aliqñ perit,charitas nunq̃,dicente Apoſto
lo.Charitas nunq̃ excidit.Sed dicit aliquis:ergo cha/ i.cor.13.
ritas nunq̃ perit? nunq̃ uiolatur? plane nunq̃, quia
charitas ſi eſt,permanet:ſi non permanet,non eſt.Si
cut ſterilis arbor quæ uernali tempore cum tota can
deſcit in flore,fructum non dat illa,ſed fallit: ita iſta
charitas quæ putatur,et non eſt,occaſionum cõcuſſa
fluctibus euaneſcit:ac ſic lædit ſollicitos,et decipit in
» cautos.Sed ad cœpta redeamus. Magiſter dic fratri
» meo,ut diuidat mecum hæreditaté. Hæreditas mũ
dana ante poſteris infert iurgia,q̃ conferat cenſum:
anteq̃ diuidat facultates,ſcindit hæredes: anteq̃ debi
tas tradat ſingulis portiones,ſucceſſores ipſos deſe/
cat,et mittit in partes.Proinde nõ eſt hæreditas iſta,
ſed pugna:et hæc nouerca filiorum eſt,non facultas.
Ille ditat filios,qui relinquit filiis pleniſſimam chari
taté.At tu quiſquis ille es,qui dñm tali petitione cõ/
pellas:Dominum prouocas:dominũ producis ad li/
tem,cũ quo tibi Apl's hæreditaté docet, et oſtẽdit eẽ Rom.8.
cõem.Hæredes,inquit,Dei ſumus,cohæredes autem
CHRISTI.Hic tibi ſic hæres eſt,hic ẽ tibi frater, qui

naſcendi ſorte, conditione creſcendi, uiuẽdi ordine, moriendi exitu, per omnia tibi uoluit ſimilis inueniri. Nam cum eſſet et ſolus Dei hæres, et filius unicus per naturam, te participem ſibi, te cohæredẽ ſibi uoluit, et fecit eſſe per gratiam: qui eras miſer, et ſubiectus ultimæ ſeruitutis. Habebis itaq;, et collata poteris feliciter poſſidere, ſi manſeris in aula patris: ſi fueris in diuina hæreditate cõmunis. Dari poteſt, diuidi non poteſt ſors diuina: quia cæleſtia et qui dederit non amittit, et qui acceperit ſibi ſingulariter non recondit. Vnde homo quid hũc ad diuiſionem uocas? quid hũc ad diſcuſſionem miſerandus inuitas? quid ab eo partem petis, qui tibi quæſiuit, et cõtulit totũ? uel expertus ceſſa: et iã pœniteat talia te petiiſſe. Nam
Luc. 15. partem ſubſtantiæ principalis accepiſti: et acceptam peregrinus, uagus, luxurioſus cũ luxurioſis heluo perdidiſti. Hinc paradiſi exul, hinc hæreditatis exors, hinc extorris a uita. Homo dicit tibi CHRISTVS, quod a me, et per me conſecutus es, ſine me non poteris poſſidere: quia ſine me qualis fueris iã uidiſti: hoc ſciens pro te patrem ingrate omnium ſic popo-
Ioã. 17. ſci: Pater quos dediſti mihi uolo ut ubi ego ſum, et illi ſint mecum. Et quia nec hoc tibi ſufficere poterat ad tutelam, nam cum mecum eſſes in paradiſo, et extra me tu periiſti, adieci dicens. Pater ſicut tu in me, et ego in te, ita et iſti in nobis unũ ſint. Ego ut patris bona habeam, proceſſi de patre, a patre penitus nõ receſſi: et ideo tantum te in nobis habere uolo, quantũ nos ipſi ſumus, et manemus ĩ nobis. Deſine ergo uel ſuperna diuidere: uel de terrenis me audiente litigare: ne quem tenes, et habes hodie largitorẽ pium, ſeueriſſimum ſentias poſtmodum cognitorem: ſed

iam quid reſponderit Dominus audiamus. Homo,
» inquit, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſu
» per uos? Quis me conſtituit iudicem? Et ubi eſt il
lud quod tu dixiſti domine? Pater neminē iudicat, Ioā. 5.
» ſed omne iudicium dedit filio. Aut diuiſorem ſup
» uos? Et quis diuidet iuſtos ab iniuſtis, ſicut ſegregat Mat. 25.
paſtor oues ab hædis? Si tibi iudiciū debetur homi
nis, & per te eſt totius ſæculi celebranda diuiſio, qūo
dicis, quis me cōſtituit iudicē, aut diuiſorē ſuper uos?
Eſt quidē penes CHRISTVM, et fuit, atq; erit, oē iu-
dicium, ſed tunc nō iudicaturus uenerat, ſed iudican
dus: nec addicturus reos, ſed a reis innocens addicen
dus. In homine agebat deum: in ſeruo dn̄m, ut eſſet
uernula temporis, qui erat et factor, et cognitor ſæ-
» culorum: merito ergo rn̄dit. Quis me conſtituit iu
» dicem, aut diuiſorem ſuper uos? Et quis eū cōſtitue
ret iudicē, qui cōſtituit, et reſtituit uniuerſa? CHRI-
STVS ad litigatoris arbitriū arbiter eſſe nō poterat,
qui totius iudicii ſumma eſt: et poteſtas. illi iurgator
nō inuitatus a patre taliter tu petiſti, hæc dicit, ſed in
uiſus aſtitit, ut adiudicātes, illi fas non ſit reſilire ſen-
tentiā. Et quia correcturus uenerat, nō damnaturus
reum, præcepto remouet fomitē iurgiorū, dicendo.
» Videte, cauete ab auaritia. Hoc eſt dicere, abiiciatur
auaritia, & non erit in hæreditate cōtentio. Auaritia
fratres, parentes negat: germanos diuidit: ſeparat ſo
cios: amicitiā ſoluit: excludit affectū: hanc qui intra
ſe habuerit, erit nullius: ſuus non erit. Auaritia fr̄es,
ſicut dicit Apoſtolus, radix eſt oīum malorū: quæ cū i. Tim. 6
radicari cœperit in corde, ſic morum diſſipat orna-
mēta, ſicut arbor noxia feralibus radicibus nexa ſol
uit, et diſſipat monumenta maiorum.

DE TERRENORVM CVRA DESPICIENDA. SERMO.CLXIII.

BEati quorum corda hodiernus Dominici ſermonis penetrauit auditus. Beati quorum mẽtes promouit ad fidem tãta, et talis promiſſio Saluatoris. Beati qui credulitate cæleſtiũ mandatorũ duris abſoluti ſunt præſentiũ curis. Tali namq; hodie diſcipulos ſuos, immo oẽs auditores ſuos, dñs uoce
Luc.12. ,, cõpellat. Nolite ſolliciti eſſe aïæ ueſtræ quid mãdu
,, cetis: neq; corpori ueſtro qđ ueſtiamini. Aĩa plus eſt
,, q̃ eſca, et corpus plus eſt q̃ ueſtimentũ. Quis ſic ita inuidus bonis ſuis, qs ſic deliciis ſuis inimicus, ut ſpõtanea, et cælitus præparata deſpiciat? et concupiſcat mundanis laboribus, & doloribus conquiſita? Degener nimis animus, mens tota ſeruilis eſt, quæ cocorũ affatus, ſqualores coquinæ, heſterno horrore fœtentia perqrat obſonia, cui iugiter regius deſeruit, atq; adiacet apparatus. Noli ergo homo inania prouidẽdo gemere, noli laborare caduca præparando, quia prandii tui ſemper, et ubiq; Deus præparator aſſiſtit. Quis rex deuotis militibus debitã non procurat annonã? quis dñs fidelibus ſeruis iuſta cibaria nõ miniſtrat? quis pater nõ dat panẽ filiis? Si ergo nobis Deus, et Rex, et Dñs, & Pr̃ eſt, quid negabit? Stipẽdiis ſuis militãs derogat miles Regi: ſuis ſumptibus uiuẽs Dñm ſeruus accuſat: ꝑ ſe ſollicitus filius culpat ſupſtitẽ pr̃em. Noli ergo hõ exponere Deũ ꝑ te talr̃ cogitãdo, q et iuſtitia regnãtis, et dñantis ſtudio, et gñantis affectu, in ſe totã tui recepit ſollicitudinẽ, refudit
,, et curã, dicẽdo. Nolite ſolliciti eẽ aĩe uĩæ qd mãdu

ceris. Sed te forte mellitus imber, et ſingularis ci/ bus, Iudaici faſtidii deterret exemplo: nec carnē cre/ dis humorum uarietate concretam per ſolum Man/ na ſua uoluntate cōpleri: dicis, Deus corpus ſicut ex diuerſis uoluit conſtare membris, ita uariatis dapi/ bus uoluit, et iuſſit enutriri. Superfluus eſt o homo iſte, qui te exagitat, timor: nam creatoris ad prandiū tota concurrit, et aduolat creatura. Vnde ſi te legalis cibi ſingularitas, et parcitas terret, inuitet, et prouo/ cet Euangelici conuiuii cæleſtis effuſio: quæ in uno ferculo manducaturo Petro totius apponit genera creaturæ: nam quicquid Noe uector noui ſæculi ſæ/ culi ſeruauit ad ſemē, quicquid in aere uolitat, et fer/ tur, quicquid gignitur, & uiuit in terra, quicquid in aquis ē, & mouetur, hoc uno Petri cælitus mactatur, et exhibetur ad cœnam. Si ergo uis homo accipere et omnia mãducare, deſpice uilia tibi prouidere cel/ laria. Et nos quidem magnis exemplis tibi ſuperna cogitanti carnalia non defutura probare contendi/ mus: Deum autem pro ſuæ maieſtatis inſignibus de ſuis dubitantem promiſſis ad uilia, et extrema remit tit exempla: ut te tali examinatione redarguat, quē Act. 10.

» tanta mutatione non traxit. Conſiderate, inquit, Cor
» uos, quia non ſeminãt, neq; metunt: qbus non eſt cel
» larium, neq; horreum, et Deus paſcit illos: quãto ma
» gis uos pluris eſtis illis? Dubium merito infidelē ad

auem mittit amicam belli: furoris ſociam: inſatiatā ſanguine: et in ipſos mortuos ferro grauius ſæuiētē. Namq; ceſſante gladio carnifex improbiſſimus exa/ nime graſſatur in corpus: laniat: diſſipat: ſpargit: ne quid funeris inuentum quieti miſericors ſepulturā cōmendet. Itaq; Dominus exēplo tali exaggerat du/

bitantis inſaniam: qui putat Deum hoc piis filiis denegaturum, quod impiis auibus ſubminiſtrat: & exiſtimat relinquentibus propter ſe patriam, domũ, parentes, filios, coniuges, uictus ſubſidia non daturum, qui naſcenti indulſit creſcere: terminauit corporis incrementum. O miſerum, o tota infelicitate digniſſimum, cui cum detur regnum, ſuſpirat panem: cũ perpetuitate donetur, deflet potum: cum immortalitatis gloria induatur, plangit corporis ueſtimentũ. Genuinæ infelicitatis conſcius fieri non credit ſe felicẽ: et terreno enutritus in puluere cæli incolam dubitat ſe futurum. Conuenienter ergo Dominus quæ ſequũtur adiecit. ,, Quis autem ueſtrum cogitando poteſt ,, adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? Humanarum mentium cogitationes intimus ſcrutator exponit: nam omnis homo dum ſui corporis pulchritudinem concupiſcit, procerum ſe eſſe exoptat: ſed cogitare homo hoc poteſt: hoc per ſe homo obtinere non poteſt: ad id credendo peruenit, ad quod peruenire non poteſt cogitando. Hinc eſt quod Dominus humani cõſcius deſiderii hominem CHRISTI tetendit in formam: ut in menſuram CHRISTI ſpecioſitate tota decorus eſſet, qui in breuitate ſua erat ipſo erubeſcente deformis: unde bene ſubiũxit. ,, Si ergo neq; quod minimum eſt poteſtis, de cæteris ,, quid ſolliciti eſtis? Hoc eſt, quid cogitatione homo maiora præſumis, qui per fidem minora deſperas? quid ueſtimento minus? quid maius corporis incremento? crede ergo tibi a Deo ueſtitum corporis poſſe præſtari, a quo tibi fides corporis incrementa repromittit. Verum quia Deus ſic humanum diligit genus, ut ipſos quos dominãtis iure corripit, mox

paterno ſolet,& mulceat blandimento: quos cópara
tione fœdiſſimæ auis exaſperaſſe uidebatur, ad floris
» odorati,& ſpecioſi nimiũ hos reducit exemplũ. Cõſi
» derate, inquit, lilia qũo creſcunt: non laborant, neq;
» nent: dico autẽ uobis, nec Salomon in omni gloria
» ſua ueſtiebatur ſicut unum ex iſtis. O quãtum ſe ſu/
perna pietas hominis amore deponit: nam qui pote
rat præcepta ſua ſola auctoritate firmare, toto inſi/
nuat,& aſtruit labore doctoris: et q ſufficiebat in ſola
fide promiſſionis ſuæ terminũ collocare, auditores
ad fidẽ ꝑmiſſi ſuaſoris ꝑducit exẽplo: dubios lilii cõ
paratione confirmat: liliũ Salomonis ſublimat exẽ
plo: qa ipſo Dño teſtãte, inter oẽs mundi reges Salo/
mon ſingulari gloria, ornatu unico, ſpecioſus efful/
ſit: et oẽs terræ flores liliũ uincit, et ꝑcellit in gr̃a: tan
tũq; diſtat ab uniuerſo germine liliũ, quãtũ regem
ſpecie, gloria, cũctos cõſtat excellere. Nec a nobis la/
tius lilii deſcribẽda eſt pulchritudo, cuius ꝓrogatiuã
Dñica teſtatio reddit ſingularẽ: iterãda ſunt ſane il/
la, q̃ ad robur fidei nr̃æ geminato Dñs cõmendauit
exẽplo: quia Chriſtianus de uita, de regno, de imor
talitate certus, de paſtus, et ueſtitus nõ debet neceſſi/
tate pulſari, cũ uideat Deũ hodie nato, & perituro in
craſtinũ germini tantã ueſtibus gloriã cõtuliſſe: ſed
ſicut ariditati iſta, ſicut clibani deputant incẽdio, ita
mortis, ita gehẽnæ ignibus deſtinãt, q ꝑſentia ſibi a
Deo ꝓſtari dubitant, cũ futura ſibi iam ſentiãt cõtri/
» buta. Et uos nolite quærere quid mãducetis, aut qd
» bibatis: et nolite in ſublime tolli: hæc.n. omnia gẽtes
» mundi quærunt: Pater autem ueſter ſcit quoniam
» his indigetis. Veruntamen quærite regnum Dei: &
» hæc omnia adiicientur uobis. Cũ ſe patrẽ noſtrum

Digitized by Google

dicit,noſtri ſibi piam curam comprobat non deeſſe:
cum nos regnum cæleſte iubet quærere,nobis ſubii/
cienda monſtrat omnia:nobis quicquid cæleſtis exi
git apparatus indicat affuturum.

IN ILLVD LVCAE. IGNEM VENI MIT/ TERE IN TERRAM: ETC. SERMO. CLXIIII.

SIcut febrientibus amarus eſt ſemper ſa
lutaris cibus,ita et ſæpe Dominicus ſer/
mo contrarius imperitis: utriſqꝫ tamen
aliter,aut ex corporis , aut ex mentis in
firmitate contingit.Hodie Dñs exaſpe/
Luc.12. „ raſſe nõnullorum uidetur auditum dicendo. Ignẽ
„ ueni mittere in terram:et quid uolo niſi ut accenda/
„ tur? Et infra. Putatis quia pacẽ ueni mittere in ter/
„ ram? non, dico uobis,ſed ſeparationẽ. Et ubi eſt il/
Ioã.1. lud,Ecce Agnus Dei? ubi illud,Sicut ouis ad occiſio
Iſa.53. nem ductus eſt,et ſicut agnus coram tõdente ſe mu/
Mat.21. tus,ſic non aperuit os ſuum? ſed et illud, Dicite filiæ
ſion,ecce rex tuus uenit tibi manſuetus? et quid eſt
ꝙ agnus iſte tam dure in prædicatione percu/
tit? quid ſic arietat in uerbo? qui in paſſione tanta
patientia tacet:in morte tota humilitate ſuccumbit?
Et reuera fratres mundum ſuum CHRISTVS per
omnia mitis,et manſuetus intrauit,dum naſcitur no
ſtro dulcis in germine: dum cunis blande blandior
ipſe fouetur:dum paruulus in gremio ſe fundit,et re
ſoluit humano: dum parentis in collo ſtringitur, et
ſtringit toto charitatis amplexu: et ut enutriat toto
dũ nutritur affectu,per omnes ſenſim currit,et ado/

leſcit

leſcit ætâtes:pauper agit ſemper:ſolitarius ſemper in
cedit:quia pauper cõmunis eſt ſemper:patet oîbus ſo
litarius ſemper. Et quid eſt ꝙ tantum uerbis ſpargit
ignem? quod tanta,& talia inflámat,& dilatat incen
„ dia,dicẽdo, Ignẽ ueni mittere in terrã? Quid eſt?
Ager quotiẽs longa incuria ſilueſcit, & toto luxuriæ
agreſtis ſordeſcit horrore, peritiſſimi cultoris utiq̃
ſemper aperitur,& purgatur incendio: ac ſtudio be-
nigno cultor ignis apponitur,ut exuſtis ſentibus re-
uelctur prima facies cãpi: præſtetur agricolæ liber-
tas:fiat facilis uia uomeri: ſit germinis ferax ſterilis
diu terra:& longa,ac mœſta otia læto lætiſſima iam
repenſet in fructu. Ergo ubi Iudaicus ceſpes cõtinuo
aratro legis, & iugi cultu effectus ad inopiã, non re-
ſpõdit germini, non labori,ſed pro tritico loliũ red-
didit:protulit pro uitibus ſpinas: CHRISTVS ad ſa-
ta gentium diuini cultus conuertit induſtriã: ac diu
oppreſſa dumis nationum cupiẽs noualia purgare,
ignem mittit primũ maximus magiſter ĩ terram: &
quicquid naturalis ſquallefecerat luxus, quicq̃d are-
fecerat brumalis rigor,artifici depurgat, & cõſumit
incendio:quatenus ſola longo exhauſta ieiunio ipſo
ſuo cinere ſaginata pingueſcerẽt: & poſt diuturnam
duritiem tenera redderentur,& mollia: ac ſic Euãge
lico apta cultro ſemini redderentur cõmoda:& feli-
ci ſulco iam redderẽt triceſimũ,ſexageſimũ,ac cen-
teſimũ fructũ.Sed hic ipſe cultus non eſt nouus agri
colæ ueteri,& cæleſti:nam legem pangere, gratiam
ſerere, ignis ſemper opere cõſueuit. Daturus legem
ignem præmiſit in rubo: ſed diuinũ rubus portauit, Exo. 3.
non concepit incendiũ:iam tunc aculeis malitiæ ple
nũ,et ingratũ culturæ legis populum præfigurans:et

Digitized by Google

nunc in arua gentium cum deſtinaret Apoſtolos,ſic
eos igneo imbre perfudit, & ignis cõſedit ſuper eos,
ut poſſent humecta ſiccare : ſicca ĩfundere:decoque-
re cruda:frigida calefacere:accendere extincta: com
burere noxia:& in opere diuerſo uno,atq; eodẽ igne
ad cæleſtem copiam tota percolere deſerta terrarũ:
Pſal. 18. dicente Propheta,In omnẽ terram exiuit ſonus eo-
rum:& in fines orbis terræ uerba eorum:ſed ad illud
,, iam quod ſequitur tranſeamus. Ignem ueni mitte-
,, re in terram:& quid uolo niſi ut accendatur? ſed ba-
,, ptiſmo habeo baptizari : & quomõ coarctor donec
,, perficiatur? Vrget aqua ignem:cogitanda eſt talis,tã
diuiſa coniunctio. Vrget unda flãmam : multiplicat
flãma undam. Quæ eſt talis,tam concors iſta diſcor
dia? geritur hic, ſicut diximus, agricolæ diuini ſpe-
cies:plena namq; omnia calore germinant:humore
nutriuntur. Vnde rerum parens Deus ignis, & aquæ
cõmercio nos germinat:nos enutrit: quorũ tanto ar
,, det,calet, exæſtuat, anhelat affectu. Baptiſmo ha-
,, beo baptizari. CHRISTVS ſuo baptizatur ĩ ſangui-
ne,ut quicquid ex noſtra carne ſuſcepit diluatur:re-
nouetur:& totam ſuæ diuinæ maieſtatis redigatur ĩ
formã.Baptizatur CHRISTVS ſuæ baptiſmate paſ-
ſionis,qui totius peccatum mundi lauit:quod non ni
,, ſi ab eo qui mundum fecerat poterat aboleri. Puta
,, tis,ait,quia pacem ueni mittere in terram? non,dico
,, uobis,ſed ſeparationem. Quare? quia coniunctio
cæleſtis eſt in iſta ſeparatione terrena. Nemo poteſt
connecti terræ,& iungi cælo.Grata ergo,& chara ſit
iſta terrena ſeparatio,quæ nos ſic a terrenis ſeparat,
,, ut inferat nos diuinis. Erunt,inquit,ex hoc quinq; in
,, domo una diuiſi:tres in duos,& duo ĩ tres:diuidetur

„ Pater in filium,et filius in patrem : mater ĩ filiam,et
„ filia in matrem:ſocrus in nurum ſuam,& nurus ĩ ſo/
„ crum ſuam. Cum quinq; dixerit ex una domo diui
dendos numero, nomina ſex uidentur, pater,filius,
mater,filia,ſocrus,nurus:ſed quia eſt ipſa ſocrus quæ
mater eſt,certum eſt quinq; tantum perſonas in his
nominibus inueniri. Diuiduntur autem tres in duo,
dum in ſponſo ſponſa coniuncta, ſocrus q̃ tertia eſt,
diuiſa remanebit in domo.Ergo iſta in qua Eccleſia
coniungitur CHRISTO Synagoga, quæ mater eſt,
& ſocrus,permanet ſuo iam marito perdiuiſa. Duo
ergo in tres ita diuiduntur, dum de iſto CHRISTI,
& Eccleſiæ conſortio altera hæres ſcinditur, & diui/
ditur Synagoga:ut CHRISTVS,& Eccleſia diui/
ſi ab hæreticis uno maneãt, & iungantur in Spiritu.
Diuiditur & Pater in filium,& filius in patrem :dum
Iudaicus populus qui per carnalẽ CHRISTI genera
tionẽ paternũ ſortitus eſt nomen,a CHRISTO filio
p inuidiã ſeparaẽ:pater liuidus ĩ odiũ uertit affectũ,
cui filii gloria iugis eſt pœna:eſt cõtinuus cruciatus:
dicẽte Apoſtolo. Quoꝝ Patres,ex quibus eſt CHRI/ Rom.9.
STVS ſecundũ carnẽ:qui eſt ſuper oĩa Deus benedi/
ctus ĩ ſæcula. Diuiditur & mater in filiã:eſt nãq; Syna
goga mater,ex qua per Petrũ, et cæteros Apoſtolos
naſcitur Eccleſia filia : quæ ubi diuini regis CHRI/
STI meruit habere conſortiũ, matrem et æmulam
pertulit,et nouercam:et quæ filiæ mater talis, qualis
nurui ſocrus? Hæc namq; Synagoga mater ubi Ec/
cleſiam nurum uidit ex gentibus aduenisse, occidit
ſceleſta filium,nurus conſortium ne uideret:occidit
CHRISTVM, ſi uel ſic amorem nurus furibũda ua/
leret extinguere : ſed ex morte totum reſurrexit in

Eccleſiæ coniugium CHRISTVS:ut probaret cha/
ritatem non ſeparari morte,ſed creſcere.Arguit eos
auté Dominus qui facié cæli,ortus nubiũ, ſtellarum
curſus,plagas orbis ſtudent nimia curioſitate perqui
rere, et tẽpus ſalutis ſuæ nullis ſtudiis, nullis indiciis
,, nituntur agnoſcere. Hypocritæ,ait,facié cæli,et ter
,, ræ noſtis probare: et quomodo tẽpus iſtud non pro
,, batis? Oculus effuſus perdit lumen,quia tota homi/
nis intra pupillã uiſio continetur: ne ergo ſtudeas ui
dere multa,ut uideas temetipſum:ne p̃ſumas excelſa
contueri,nec longinqua ambias conſpicere, quia an
guſtus oculus non capit multa: nõ penetrat excelſa:
longinqua non perſpicit:atq; ita uidet nihil,qui uide
re exiſtimat totum.Agnoſce ergo diem ſalutis: tem
pus acceptum per CHRISTVM IESVM Dominum
noſtrum,ſi uis a te Deeſt finis.

DE CONSECRATIONE DIVI PROIECTI EPISCOPI FOROCORNELIENSIS. SERMO.CLXV.

OMnibus quidẽ Eccleſiis uenerationẽ
debere me ꝓfiteor, et fideliſſimã ſer/
uitutem:ſed Cornelienſi Eccleſiæ iſer
uire peculiarius ipſius nominis amo/
re cõpellor.Cornelius nãq; memoriæ
beatiſſimæ uita clarus,cũctis uirtutũ titulis ubiq; ful/
gẽs,operũ magnitudine notus uniuerſis,pater mihi
fuit:ipſe me per Euangeliũ genuit: ipſe pius piiſſime
nutriuit:ipſe ſanctus ſancta iſtituit ſeruitute:ipſe pon
tifex ſacris obtulit, et conſecrauit altaribus: et ideo
mihi charum,colendum,mirabile Cornelii nomen.

Digitized by Google

Amor ergo cognominis me compellit Corneliẽſis
Eccleſiæ deſideriis deſideranter occurrere:et Proie/
ctum uenerabilẽ uirum amabilibus pontificem con
ſecrare.Proiectũ dixi,ſed non abiectũ:iuxta illud.In Pſal.21.
te proiectus ſũ ex utero: de uentre matris meæ Deus
meus es tu. Et uere iſte Proiectus ex utero humanæ
matris mr̃is diuinæ ĩ utero iugiter mãſit:qui domus
ſuæ neſcius domus Dei eſſe perſtitit habitator:q̃liter
autem fratres cunabulis ab ipſis gradus Eccleſiaſti/
cæ militiæ conſcenderit,et officia, quia dicere mihi
longum eſt,ſicut dicit Dominus,ætatem habet: ipſe Iohã.9.
pro ſe loquatur: per Dominum noſtrum IESVM
CHRISTVM, qui uiuit, et regnat cum Spiritu San/
cto in ſæcula ſæculorum: Amen.

DE QVADRAGESIMALI IEIVNIO. SERMO. CLXVI.

HAbet quidẽ ſimplicitas inocentiæ ſuæ
gratiam:habet fidei ſuæ fructum:ſciẽ
tiæ premiũ habere non poteſt:palmã
habere nõ poteſt uirtutum. Aliud eſt
otio,et ſecuritati ſuæ uiuere:aliud eſt
pro omnibus ferre uigilias,et labores.Simplicitas ci
uem bonum facit,nõ facit militem fortem : hinc eſt
quod ille cenſum ſoluit,hic ſtipendia percipit,et ho/
nores. Ciuis aut cedit,aut ſuccũbit aduerſis, aduerſa
miles ſuſtinet,et propellit : ille pugnare non didicit,
hic non timere:ille cauet ſemper,hic uincit. Hæc di/
ximus,ut quæ ſit diſtantia monſtraremus inter eum
qui Chriſtianæ fidei ſimpliciter accipit,et ſequitur ſa
cramentũ:et inter eũ qui ſtudet ipſius fidei et appre/

Digitized by Google

hendere ſciẽter, et noſſe myſteriũ. Ecce Quadrage-
ſimæ ieiunium, quod deuotione ſolenni die craſti-
no ſuſcipit uniuerſalis Eccleſia, multi putant abſtinẽ-
tiæ tantũ ſtudio, uel nobis traditũ, uel pro nobis Do-
minũ peregiſſe, nec altioris intelligentiæ continere
myſteriũ, ſed ſolũmodo caſtigandis corporibus, re-
ſecandis uitiis, temperãdis mentibus hoc prouiſum.
Porro quadragenarius iſte numerus tã ſacratus eſſe
a ſæculis, tam myſticus reperitur, ut ſemper in efficiẽ-
dis rebus diuinis, & maximis Dei negotiis explicãdis
adhibitus lege inuiolabili perſcribatur: quod ut lu-
ceat ad purũ copioſiſſimis percurramus exẽplis. Cũ
mundus intra generis humani primordia perdeflen-
da nefando uitiorum ſquallore ſordeſceret, & totus cri-
minũ fœteret horrore, ac pene ĩpo iniquitatis ſuæ fu-
mo fuſcare cæli tantã contenderet claritatẽ, quadra-
Gen.7. ginta diebus ac noctibus expiaturus terram cæleſtis
imber effunditur: ut, quia perire ſibi mũdus quod fa-
ctus fuerat iam debebat, gauderet tali baptiſmate ſe
renatũ: ſciretque quod eſt non ſe naturæ, ſed auctoris
ſui gratiæ iã debere: ipſamque noſtri baptiſmatis for-
mã terra noſtri corporis origo ꝑlibarẽt: ut quæ ante
natos homines producebat ad mortẽ, hos ad uitam
produceret iam renatos. Attendite fratres quãtus ſit
quadragenarius numerus iſte, qui & tunc cælũ terris
aperuit abluendis: & nunc fonte baptiſmatis orbem
totum pandit gentibus innouandis. Merito nos qua-
draginta diebus per ieiunium currimus, ut peruenia-
mus ad fontem baptiſmatis, & ſalutis. Quadraginta
Exo.16. annis populũ Iudæorũ panificus in eremo pauit im-
ber: nec ſolito miniſtratu incrementa germinis pro-
duxit e terra: ſed ipſe terris potius fluxit frumenta to-

tumq; ſeruitutis humanæ ademit laborem, qui blan do rore eſurientibus cæleſtem præbuit, & euexit an nonã. Quadraginta diebus terrã repromiſſiõis explo Num. 13 ratio miſſa diuinitus circuiuit: ut hic ſacratus nume rus promiſſas Iſraeliticũ populũ euocaret ad terras: qui nos quadragenariis ieiuniorũ curſibus euocat, & perducit ad cælum. Nãq; & noſtri corporis terrã qua draginta diebus explorat nunc, & circuit cæleſtis in ſpectio: ut expugnatis, & expulſis uitiorũ gentibus, re gionẽ noſtri cordis poſſideat turba uirtutũ. Et quia nihil omittendũ eſt, Moyſes ipſe dierũ quadraginta Exo. 24. ieiunio ita humano defæcatus eſt, & exinanitus a cor pore, ut totus diuinitatis mutaretur i gloriã: & adhuc in noſtri corporis obſcuro toto fulgeret lumine Dei tatis: neq; intueri eum mortaliũ uiſus poſſet, qui ſub ſtantia Dei diu paſtus tota mortalis cibi oblitus fue rat adiumenta: unde didicit corã Deo, et cũ Deo cõ morantibus uitæ ſubſidia non deeſſe. Et reuera fra tres neſcit laſſari, mori non poteſt, cui panis, cui uita Deus eſt. Merito hic talis legem ſancire meruit, qui totũ quicquid in homine lex urgere poterat perami ſit. Præſtiterat hoc Moyſi iuge fortaſſe ieiunium: ſed nõdum reddiderat talẽ, ſi defuiſſet quadragenarius numerus hic ſacratus. Ieiunium Eliam leuauit ad cæ 4. Re. 2. lũ, et purificato ſic corpori ignei currus addixit ob ſequium: ut oſtenderet gehenna quæ exurit reos, in nocuis quã deſeruit: ſed ut ad hoc perueniat et Elias 3. Re. 19 quadragenarii numeri ante uiam myſticam præcu currit. Ezechiel eximius Prophetarum quadragin Ezech. 4 ta diebus iacens latere uno, ſcientibus legem lo quor captiuitatem futuram dum præfigurat abſol uit: quia ſacratus numerus iſte ſuſcipit iniquitates

Digitized by Google

ut deleat:inquitares ut abſoluat ingreditur: uincula
Mat.4. patitur ut relaxet. Hinc eſt ergo ꝙ Dominus auctor
a ſæculis in hoc numero abſcōditi ſacramenti intrat
ipſum numerū dierū quadraginta ieiunii: ut quod
adumbrauerat in famulis, ipſa per ſe iam ueritate fa
cta, & cœpta perficeret: firmaret tenera: inchoata ſup
pleret: & quæ præceptis iſtituerat, roboraret exēplo:
non .n. ſuffecerat hoc tantū tanti numeri ſacramen-
tum imperaſſe uerbis, niſi cōmēdaſſet & facto. Et ta-
men fratres a tempore diluuii ſacramenti huius con
tendimus aperire myſteriū: non auſi anteriora con-
tingere: ſuperiora rimari: loqui tacita: tam diu certe
repoſita proferre: præſertim cum mihi temerariū,
& uobis non neceſſariū uideam, cauſarum tales, tan-
tasq; origines perſcrutari. Veræ deuotionis eſt, fide-
liſſimæ ſeruitutis eſt, quid fieri uelit, nō quare uelit,
dominator inquirere. Si ergo quadraginta dierum
ſimplex, purum, æquale, tantis teſtimoniis, ſub tanti
numero ſacramenti traditum nobis a Domino ieiu
nium perdocetur: unde iſta uarietas? unde nouitas
iſta? unde hebdomadæ nunc reſolutæ, nunc rigidæ?
nunc indulgentes nimium, nunc ſeueræ? unde intē-
perati ieiunii uſus iſte, qui aut afficiat ſine uenia, aut
remittat ad crapulam? hoc eſt, ſeparatim calida, ſe-
✢ paratim frigida, ſeparatim ſalis, ſeparatim cibi, ſuis
uſibus deputare, & totum uitæ negligere condito-
rem? certe qui corporis cibos condiunt, ſapienter di
ſcant animæ pabulum temperare: ne aut plus ſalitū,
aut penitus inſulſum ſalutaris cibi generet lethale fa
ſtidium. Ieiunium ſit æquale: et, ut eſt nobis traditū,
ſeruetur ad corporis, & animæ diſciplinā. Certe qui
ieiunare non poteſt, non præſumat inducere nouita

tem:ſed fateatur eſſe fragilitatis propriæ quod rela-
xat: & redimat eleemoſynis quod non poteſt ſupple
re ieiuniis: quia illius gemitus Dominus nõ requirit,
qui pro ſe gemitus pauperum ſic redemit.

DE DIVO IOHANNE BAPTISTA PRAE-DICANTE, DEQ. POENITENTIA AGENDA. SERMO. CLXVII.

Opportune nobis Iohãnes beatiſſimus
ieiunii tẽpore pœnitentiæ doctor ad-
uenit: doctor dicto, factoq; magiſter
uerus: quod uerbo aſſerit, demonſtrat
exemplo. Magiſterium ſtat de ſcien-
tia, ſed magiſterii auctoritas conſtat ex uita: docen-
da faciens obedientem perficit auditorem. Docere
factis ſola ẽ norma doctrinæ: doctrina in dictis ſciẽ-
tia eſt, in factis uirtus. Scientia ergo illa uera eſt, quæ
fuerit mixta uirtuti: illa, illa diuina eſt, non humana,
Euangeliſta probante cum dicit. Quæ cœpit IESVS Act. I.
facere, & docere. Præceptor cum docenda facit, & au
„ ditu inſtruit, & iformat exemplo. In diebus, inquit, Mat. 3.
„ illis uenit Iohannes Baptiſta prædicans in deſerto
„ Iudææ, & dicens. Pœnitentiam agite, appropinqua-
„ uit enim regnum cælorum. Pœnitentiã agite: qua-
re non magis gaudete ꝰgaudete magis, quia ſucce-
dunt humanis diuina: cæleſtia terrenis: temporali-
bus ſempiterna: malis bona: ſecura anxiis: ærumnis
„ beata: manſura perituris. Pœnitentiam agite. Pœ
nitcat plane, pœniteat qui diuinis prætulit humana:
qui ſeruire uoluit mundo, & dominationem mundi

cum mundi Domino non habere. Pœniteat qui ma
luit perire cum diabolo, q̃ regnare cũ CHRISTO.
Pœniteat qui uirtutum libertatem fugiens, captiuus
uoluit eſſe uitiorum. Pœniteat, & ſatis pœniteat, qui
„ ne uitam teneret manus tradidit morti. Appropin/
„ quauit enim regnum cælorum. Regnum cælorum,
eſt præmium iuſtorũ: iudicium peccatorum, impiis
pœna. Beatus ergo Iohannes, qui pœnitentia iudi/
cium uoluit præueniri, peccatores non iudicium uo/
luit habere, ſed præmium: impios uoluit regnum in
trare, non pœnam. Et tunc Iohannes uicinum ceci/
nit regnum cælorum, quando adhuc puer mundus
ætatum conquirebat augmenta: modo cælorum re/
gnum q̃ proximum iam ſcimus: quando mundus ſe
nectute feſſus extrema uacuatur uiribus, membra de
ponit, amittit ſenſus, doloribus urgetur, curam re/
ſpuit, uitæ moritur, uiuit morbis, defectum clamat:
teſtatur finem. Nos ergo duriores Iudæis, qui fugiẽ/
tem ſequimur mũdum: qui futurorum tẽporum ob
liuiſcimur: præſentibus inhiamus, qui in ipſo poſiti
iam iudicio non timemus: qui uenienti iam Domi/
no non occurrimus: qui uolumus manere mortem,
reſurrectionem nolumus mortuorum: qui ſeruire
uolumus, nolumus regnare: ut tantum regnum no/
ſtro Domino differamus. Vbi eſt illud? Cum orabi/
Luc.ii. tis dicite. Veniat regnũ tuum. Maiori ergo pœniten
tia opus eſt nobis: & pro modo uulneris modus ad/
hibendus eſt medicinæ. Pœniteamus, fratres, pœni/
teamus cito, quia nobis ſpatium temporis iam nega
tur: iam nobis ipſa hora concluditur: iudicii præſen/
tia iam nobis ſatiſfactionis locum excludit. Currat

Digitized by Google

pœnitentia, ſententia ne præcurrat: quia Dominus quod non uenit adhuc, quod adhuc expectat, quod moras facit, nos ſibi redire deſiderat, non perire: quos pietate tali ſemper eſt allocutus. Nolo mortem peccatoris, ſed ut reuertatur impius a uia ſua, & uiuat. Pœnitentes ergo reuertamur fratres, & ne de arcto temporis pertimeſcamus: quia auctor temporis tempore neſcit arctari: probat hoc Euangelicus latro, qui in cruce, & in hora mortis rapuit ueniam: inuaſit uitam: effregit paradiſum: penetrauit ad regnũ. Et nos fratres qui de uoluntate meritum non quæſiuimus, acquiramus uel de neceſſitate uirtutem: ne iudicemur, iudices noſtri ſimus: pœnitentiam demus nobis, ut poſſimus nobis auferre ſententiam. Prima eſt felicitas perpetua innocentiæ ſecuritate gaudere: inuiolatam ſeruare mentis, & corporis ſanctitatem: nulla immunda mundi inquinamenta ſentire: reatus conſcientiam non habere: uulnera neſcire peccati: gratiam ſemper poſſidere uirtutum: ſemper ſub ſpe uiuere cæleſtium præmiorum: ſed ſi quo forte noſtra mens iaculo fuerit confixa peccati, ſi caro tumeſcat ex crimine, ſi uitiorum ſanie fragilitas humana corrumpatur, tunc ægris illa, quæ non ſanis, pœnitentiæ medicina ſuccurrat: ferrum compunctionis accedat: apponatur aduſtio tunc doloris: adhibeantur ſuſpiriorum tunc fomenta: tumentis conſcientiæ feruor euaporet: tunc reatus hulcera lachrymis abluantur: immunditiam corporis cilitia tunc detergant. Ferat, ferat amaram pœnitentiæ curam, qui ſeruare debitam noluit ſanitatem. Cui uita ſua chara eſt, dura nulla eſt cura: medicus non ſit ingratus, qui per dolorem reuocat ad ſalutem.

Ezec. 33

Luc. 23.

Digitized by Google

Qui innocentiæ creditum ſeruat, pœnitentiæ non
Mat.9. ſoluit uſuram. Dominus hoc aperit dicẽdo. Non eſt
opus ſanis medicus,ſed male habentibus.Et qui ma/
le haberent patefecit, iterũ dicens. Non ueni uocare
iuſtos,ſed peccatores. Reuocat per pœnitentiã Iohã
nes,CHRISTVS per gratiã uocat: hinc eſt quod Io/
hannes ueſtitu,uictu,loco,totus pœnitẽtia formatus
,, incedit. Venit,inquit, Iohãnes Baptiſta prædicãs in
,, deſerto Iudææ,et dicens.Pœnitentiã agite. Per de/
ſerta Iudææ pœnitentiã clamat Iohannes, quæ legis
cultũ,prophetarũ laborem,fœcunditatẽ patrum,fru
gem Dei ſua ſterilitate perdebat : unde ad pœniten/
tiã merito uocantur diſciplinarũ deſerta,non homi
nũ,non locorũ:uacat clamor,ubi nõ aſſiſtit auditor.
,, Ipſe autẽ Iohãnes habebat ueſtimentum de pilis Ca
,, melorũ. Potuit de caprarũ, ſed cilicio opus nõ erat:
ſed accepit tortuoſiſſimi pilos animantis,nihil habẽ
tis recti,nihil gratiæ,nihil decoris: quẽ natura dedit
labori duro:addixit magno ponderi: extremæ tradi
dit ſeruituti : tali pœnitentiæ magiſter indui debuit
ueſtimento,ut qui a recti detorſerãt diſciplina,& de/
formes ſe totos formis reddiderãt peccatorum,ma/
gnis pœnitentiæ ſarcinis ſubderentur : addicerentur
duris ſatiſfactionis angoribus: ſuſpiria compunctio/
nis laborioſa portarent,ut directi,& attenuati in mo
dũ acus per anguſtũ pœnitẽtiæ foramen ampla re/
miſſionis intrarẽt :& impleretur Dominicũ dictum.
Mat.19,, Camelũ per foramen acus poſſe tranſire. Eſca aũt
,, eius erãt locuſtæ,& mel ſilueſtre. Locuſta caſtigan/
dis peccatoribus attributa merito pœnitentiæ figu/
ratur in paſtum:ut de peccati loco exiliens,in pœni/
tentiæ locum ad cælũ poſſit pẽnis ueniæ peruolare.

Digitized by Google

Hoc Propheta ſenſerat qui dicebat. **Sicut umbra cũ** Ps.108.
declinat ſublatus ſum: et excuſſus ſum ſicut locuſtæ:
genua mea infirmata ſunt præ ieiunio: et caro mea
imutata eſt propter miſericordiã. Audiſtis quemad-
modum de peccato in pœnitentiã excuſſus eſt ut lo-
cuſta: et curuauit genua ut pœnitẽtiæ pondera baiu-
laret: et addiicitur mellis cibus, ut amara pœniten-
tiæ dulcis miſericordia temperaret.

DE PARABOLA CENTVM OVIVM. SERMO. CLXVIII.

Sicut profunda maris ingredi, & li-
quentis uiæ calles inuios tranſmea
re artifex uiator inuenit: ita de Dei
dictis aliqd audire, & ad diuini ſen
ſus penetrare ſecretum dedit, & do
cuit lex diuina. Hinc eſt ꝙ ratẽ no-
ſtræ mentis carnis e litore ſoluen-
tes in pelagus Euangelici ſermonis intramus, credẽ
tes ꝙ flante Spiritu Sancto cæleſtis intelligentiæ per
ueniamus ad portum. Dominus noſter hodie ſpem
peccatorũ promouit ad ueniam: & ſuperborũ mur-
» mur piiſſimo cõpreſſit exẽplo. **Erãt, inquit, appro-** Luc.15.
» **pinquantes Domino publicani, & peccatores ut audi**
» **rent illum: & murmurabant Phariſæi, & ſcribæ dicẽ-**
» **tes: quia hic peccatores recipit, & mãducat cum illis.**
Non minus inuidi, ꝙ̃ ſuperbi malitiam de Dominica
bonitate capiebant: de pietate Dei impii reddebant:
fiebãt de CHRISTI miſeratione crudeles: ſumebãt
de cæleſti curatione languorẽ: et pœnitentiũ ueniã
» uertebant iudicis in reatũ. **Peccatores recipit: & mã**

„ ducat cum illis. Sic uidet liuidus: ſic ſuperbus ſentit:
„ auarus ſic ſapit: intelligit ſic malignus. Peccatores
„ recipit. Non dicunt ſuſcipit. Quid amiſerat, qui rece
pit & donat culpas, iram uertit in gaudiũ, dolorẽ mu
„ tat in gratiã, quicunq; inuenit quod amiſit. Peccato
„ res recipit. Recipit peccatores Deus, ſed Deus pecca
tores eſſe non ſinit, quos recipit: peccator Deum nõ
uiolat approquinquãs: Deus peccatorẽ ſanctificat cũ
propinquat. Phariſæe CHRISTVS peccata nõ recipit
cum recipit peccatorem: quia deus non criminis, ſed
hominis eſt receptor. Vnde Phariſæus non quales ue
nerant, ſed quales redibant uidere debuit peccato/
res: certe Paulum quem perſecutorem miſerant, præ
dicatorem uideant mox rediiſſe. Sed iam Deus gau/
dium ſuum de reditu peccatoris comparatione qua,
„ qua ſimilitudine inſinuet audiamus. Et ait ad illos
„ parabolã. Quis ex uobis homo, qui habet cẽtũ oues:
„ & ſi perdiderit ex illis unam, nõne dimittit nonagin/
„ ta nouem in deſerto: et uadit ad illam quæ perierat,
„ donec inueniat eam? et cum inuenerit eam impo/
„ nit ſuper humeros ſuos gaudens: et ueniens domum
„ conuocat amicos, et uicinos, dicens illis. Congratula
„ mini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.
„ Ita dico uobis, gaudium erit in cælis ſuper uno pec/
„ catore pœnitentiam agente, q̃ ſuper nouaginta no/
„ uem iuſtis qui nõ indigent pœnitentia. Semper qui/
dem cum perdita reperimus, nouũ capimus cumu/
lum gaudiorum: et eſt iucundius nobis inueniſſe per
dita, quam non perdidiſſe ſeruata. Sed hæc parabola
plus diuinæ pietatis, q̃ conſuetudinis humanæ loqui/
tur, et exprimit ueritatem. Magna relinquere, ama/
re minora Dei poteſtatis eſt, non eſt cupiditatis hu/

Digitized by Google

manæ: quia Deus et quæ non ſunt facit eſſe: et perdi-
ta ſic ſequitur, ut teneat quæ reliquit: et amiſſa ſic in-
uenit, ut quæ ſeruata ſunt non amittat: ergo non ter-
renus paſtor iſte eſt, ſed cæleſtis: & parabola hæc to-
ta nõ figurata eſt laboribus humanis, ſed diuinis eſt
obumbrata myſteriis: ſicut ex ipſo numero mox luce-
» ſcit, cum dicit. Quis ex uobis homo, qui habet cen-
» tum oues, & ſi perdiderit ex eis unam. Quare non
quinquaginta? quare non ducentas? ſed centũ? qua-
re non quatuor? quare non quinque? ſed unam? ut
oſtenderet non ex damno fuiſſe, ſed ex numero plus
dolorem. Nãq; amiſſio unius totum diſſipauerat cen-
tenariũ numerũ: & totum de dextera redegerat ad ſi-
niſtram: ut diſpendio unius & ſiniſtra clauderet oẽs,
et dextera nil haberet. Nonageſimus, & nonus nume-
rus in ſiniſtra latet clauſus, conſtrictus hæret, tenetur
oppreſſus: qui tamen ubi unius perceperit, & ſenſerit
augmentũ, mox dexteræ tranſit ad palmã: mox cen-
tenarii numeri peruenit ad coronã. Et ſi nõ habuiſſe
cẽtenariũ numerũ doloris eſt, cuius doloris eſt per
didiſſe? Videtis quia per unius ouis amiſſionẽ paſtor
iſte totũ gregẽ cecidiſſe de dextera, & totũ ĩ ſiniſtrã
doluerat recidiſſe: & ideo relictis nonaginta nouem
unã ſequitur, unã quærit, ut inueniret in una oẽs, re-
dintegraret oẽs in una: ſed iã cæleſtis parabolæ pan-
damus ſecretũ. Homo habẽs oues cẽtũ CHRISTVS
eſt, Paſtor bonus, paſtor pius: qui in una oue, hoc
eſt ĩ Adam, poſuerat totum gregem generis huma-
ni: hanc inter amœna Paradiſi, hanc in regione ui-
talis paſcuæ collocarat: ſed illa uocem paſtoris ob-
lita dum lupinis ululatibus credit, & caulas perdidit
ſalutares, et tota lethalibus eſt ſauciata uulneribus.

Hāc ergo CHRISTVS ueniens quærere in mundū in utero uirgineæ regionis inuenit, Venit ſuæ natiuitatis in carne:& in crucem leuans humeris ſuæ impoſuit paſſionis:& gaudens toto reſurrectionis gaudio per aſcenſum ad cæleſtē tulit, & pertulit manſionē.
„ Et uocauit amicos,& uicinos:hoc eſt, Angelos. Di/
„ cens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem
„ meam quæ perierat. Congratulātur,& congaudent
CHRISTO Angeli ſup ouis Dominicæ reditu:nec idignantur in toto ſibi præſidere ſolio maieſtatis,qa de cæleſtibus inuidia cum diabolo fuerat iam fugata:nec poterat per agnum qui peccatū mūdi tulerat in ſuperna amplius inuidiæ penetrare peccatum.Fratres ille nos quæſiuit in terra,nos illum quæramus ī cælis:ille nos portauit ſuæ diuinitatis ad gloriā, nos illū ſanctitate tota noſtro portemus ī corpore:Glo/
1.Cor.6 rificate,inquit Apoſtolus,& portate Deū in corpore ueſtro.Ille Deum in corpore ſuo portat,qui nullum portat in ſuæ carnis operatione peccatum.

DE PARABOLA DRACHMAE PERDITAE. SERMO. CLXIX.

PER omnes Euāgelicas lectiones latere myſticos ſenſus, & cæleſtis intelligentiæ manere ſecreta, norūt ſoli quicūq; diuini Spiritus gratiā percepere . Ecce poſteaq̄ paſtor ſupernus perditā centenarii gregis ouem perquiſiuit, inuenit, & Angelorū lætitiam totam cæleſte iam rettulit ad ouile, mulier Euangelica producitur in figuram: quæ lumine accenſo de decem drachmis unam drachmā perditam ſic

tam ſic requirit,ut inuenta hac de lucro ſuo, de ſuo gaudio,cauſam pariat cæleſtium gaudiorum: ſic.n. "dicit. Aut quæ mulier habens drachmas decē,ſi per- Luc.15. "diderit drachmam unam,nō accendit lucernam, et "euerrit domum,et quærit diligēter,donec inueniat? "et cum inuenerit conuocat amicas,& uicinas,dicēs. "Cōgratulamini mihi,quia inueni drachmam quam "perdideram.Ita dico uobis,gaudium erit coram an- "gelis dei ſuper uno peccatore pœnitētiā agente. Putas ne mulier iſta cōmunis eſt? aut habuiſſe eam decem drachmas humano putatur exceſſu? aut unam caſu creditur perdidiſſe mundano? aut ſimpliciter contigit,quod eam nocturno requirit in tempore? aut lucernam de noſtri uſus more ſuccendit? aut cōſuetum,quod eam perdidit,et inuenit intra domū? aut familiare,quod amicas ad lætitiam conuocat, et uicinas,quas perdens conuocaſſe nō legitur ad mœrorem? Nouum damni genus,et quod drachmā nō ablatam patefaciat,ſed dilapſam: et quod eā domeſticis abſconditam tenebris,et nō defoſſam dolis loquatur extraneis.Videtis q̄ ſingulare ſit totū: q̄ morem tranſeat,et ſupergrediatur humanum: q̄ diuinū ſpiret,& redoleat ſenſum: q̄ attollat ad cælum mentis intellectum: q̄ collocet in ſupernis: q̄ cogat superni cordis accendere lucernam: et inſtar Euangelicæ mulieris per Dominicæ lectionis obſcura drachmā quærere ſcientiæ ſalutaris. Antequā CHRISTVS ad ouem ueniret errantem,et miſerādis diſcurſibus attritam miſericordibus humeris ſubleuaret ad cælū, et honuſtus pecore pio inacceſſas lupis perueniret ad caulas,mulier habens decē drachmas tenebras diutinas ſuſtinebat: et non ſolum drachmam perditam

deflebat unā, ſed ipſas nouē drachmas ſibi reſiduas
nō uidebat. Nox ei erat iugis, erat ei ꝓfunda et pſeue
rās caligo, cui lucerna ſine diuino igne ad noctis ſo/
latiū nō lucebat: ſed poſteaq̄ ſupnus ignis, ignis Spūs
ſancti flāmeo ſe ſup Apl̄os ībre diffudit, et nō minus
frigida, q̄ terra mortaliū corda toto ignis ſui calore
ſuccēdit, Mulier, id eſt Eccleſia, accendit lucernā ſuā,
id eſt internū illū ſui cordis obtutū, hoc ē, illumina
Eph. 1. tos, ut inqt Apl̄us, oculos cordis uři. Accēdit ergo lu
cernā ſuā: et illā Iudaicā domū ignorātiæ cæcā tene/
bris euerrit Apl̄icū poſt laborē, donec iā de decem
drachmis, hoc ē decalogo legis drachmā perditā re
periret in xp̄o. CHRISTVS eſt plenū Deitatis numiſ
ma: CHRISTVS ē drachma nr̄æ redēptionis, et ptii:
CHRISTVS ē q et erat in legis decalogo, et latebat:
CHRISTVS eſt quē hēbat Synagoga, et tenebris im
pugnātibus nō uidebat. Decē drachmas decē legis di
ximus uerba: ex qbus uerbū ꝑdiderat ſynagoga unū.
Ioā. 5. Q d' unū ē Illud qd' in Eccleſia primus, qa lucerna ar
dēs erat, Iohānes inuenit, dicēte Dn̄o. Ille erat lucer/
Ioā. 1. na ardēs, dicēte Euāgeliſta. In ꝑncipio erat Verbū: &
uerbū erat apud Deū: & Deus erat uerbū. Hoc fuiſſe
Deu. 6. in decalogo iā pateſcat. Audi, inqt, Iſrael Dn̄s Deus
Mar. 12. tuus, Deus unus ē. Hoc Synagoga dū nō uidet ī filio,
amittit in p̄re: dū nō credit ī xp̄o, CHRISTVM letha
liter crucifigit: cui merito p decalogū cōſequēter di
Exo. 20. citur. Nō occides. Siquidē dū Iudæus ipſam mādato
rū ſeriē capite detruncat, ante CHRISTI, q̄ legis exti
tit homicida: unde et totū corpus retorſit ī xp̄m. Nō
occides: nō mœchaberis: dānata ē Synagoga, q̄ iūcta
diīs gēriū reppulit xp̄m, q ſepoſita poteſtate dn̄antis
cōiugis ad eā deſcēdit affectu. Nō furtū facies. Furata

Digitized by Google

eſt Dñicã reſurrectionẽ,q̃ pretiũ militibus dedit, ut Mat.28.
reſurrectionis infoderet,et occuleret ueritatẽ.Nõ fal
ſum teſtimoniũ dices.Hæc eſt q̃ conquiſiuit falſos te Mat.26.
ſtes:ut ipleret illud.Exurgẽtes teſtes iniq q̃ ignorabã Pſal.34.
įterrogabãt me. Et reuera aliter tradere nõ poterat
ueritatis auctorẽ:qa ſemp ſola ipugnat falſitas ueri-
tatẽ.Sic ruit,ſic p gradus cadit, q de ſcalis labitur,&
corruit p̃çeptorũ.Nam ſi dñm Deũ credidiſſet unũ,
ad hoc ruinarum barathrum non ueniſſet. Sed nos
lucernam matris Eccleſiæ iam ſequamur,et ambulã
tes in lumine Dominici uultus CHRISTI peruenia-
mus ad drachmam,atq; amicas,et uicinas,id eſt Ec-
cleſias gentium conuocemus, ne matrem noſtram
drachmam ſuam neſciant inueniſſe:et dicamus cum
propheta.Paraui lucernã CHRISTO meo. Et qd lu ps.131.
cerna ꝑfuerit audiamus.Ecce audiuimus eã i Ephra-
ta:iuenimus eã in cãpis ſiluæ.Introibimus i taberna-
culũ eius:adorabimus i loco ubi ſteterũt pedes eius.
Ecce qđ p diſtenſos cãpos,et nemora diffuſa q̃reba-
mus in Dño,hoc m̃ris iuenimus ad lucernã. Sup hoc
lætetẽ et cælũ:qa in uno peccatore pniam agente to-
tius Chriſtiani populi claruit pœnitudo:et totaDeita
tis forma CHRISTI noſtram refulſit in drachmã.

DE EO QVOD CHRISTVS MISIT APOSTOLOS CVRATVM VARIOS MORBOS. SERMO. CLXX.

BEatus Marcus hodie cũ Galileæ dñm
rettulit circũiſſe caſtella,ineffabilẽ cir
ca nos prodidit eius pietatẽ. Et circui Mar.6.
bat,inqt,IESVS caſtella i circuitu do
cẽs.Audiſtis quẽadmodũ circuit,quẽ-

admodum te,et propter te ubiq; pietas indefeſſa per
quirit.Et ille qui capit ipſe omnia, nec ab ulla capit̃
ipſe creatura,intrat,et tuo anguſtat̃ in corpore : tuis
in habitaculis ſe coarctat.Et ille cuius maieſtaté uox
fidelium cotidiana teſtatur clamans.Pleni ſunt cæli,
et terra gloria tua : tuis propter te circuit,apparet,ui
detur, et tenetur in locis. Quo ſe mouet immobilis
plenitudo? quo accedit, uel unde recedit, quo ſunt
plena omnia? et tamen uadit:redit:deſcendit:aſcen-
dit: et totum te, et propter te, homo deus patitur:
q̃a te nimis diligit:nimis amat.Habitus ſuſcipit: for-
Exod.3. mas uariat:cõmutat officia:& nunc igneus tibi reſplẽ
det in rubo:ut perfidia te frigidũ fidei calore ſuccen
Exo.13. dat:nunc eluceſcit cæleſti flãmeus in columna, ut re
motis ignorantiæ tuæ tenebris,per ſolitudines mun
di huius uiã poſſis ſcientiæ percurrere ſalutaris: nũc
idem tibi nubis uertitur in columnã,ut ardentes tuo
rum temperet æſtus animorũ:nunc te ut aquila pro-
tegit pennis ſapientiæ:et cæleſtem prouocat ad uola
Deu.32. tum:dicente Moyſe. Sicut aquila protegit nidũ ſuũ:
Iuxta.lxx. et ſuper pullos ſuos confidit: extendens alas ſuas ac-
cepit eos:et ſuſcepit eos ſuper ſcapulas ſuas.Dñs ſolus
ducebat eos:et non erat cum eis Deus alienus. Nunc
Mat.23. ſicut gallina educit,ducit,uocat,recipit,protegit,por
tat,fouet,ambit,amplectit̃: et ſui uolatus oblita, ſuæ
tẽporaliter immemor libertatis, tuis in penetralibus,
tuo uerſat̃ in puluere:ut te uernaculis, familiaribus,
domeſticis,alat,erudiat,inſtituat,nutrimentis: nunc
Luc.15. ut paſtor bonus altiſſimis errantem ſolus requirit in
montibus:ſolus inuenit:ſolus ſuis humeris imponit:
et ne amplius in terrena paſcua luporum morſibus
peruadaris,cæleſtes euehit,et perducit ad caulas.Sic,

Digitized by Google

ſicut diximus,habitus ſuſcipit:formas uariat: et ut te muret in melius, ipſe ſua totiens mutat, et cõmutat officia.Et quia diu circuierat ut diriperet,et deuora/ ret inimicus,nunc neceſſario circuit ut te uindicet,ut eripiat CHRISTVS,dicente ſcriptura. Aduerſarius i.Pet.5.
ueſter ſicut Leo rugiens circuit quærens quem deuo ret. Et conuocauit,inquit,duodecim. Poſt diutur/
" na tempora tetræ noctis,auroræ ſuæ deſiderato ſplẽ dore æternus dies CHRISTVS noſter reluxit in lu/ cem:qui duodecim ſuas horas in Apoſtolis ſuis duo decim ſignanter aptaret.Hunc diem beatus Pſalmi/ ſta prophetali uidit ſpiritu,cum canebat. Hæc ẽ dies ps.117.
quam fecit Dñs: exultemus,et lætemur in ea. Vnde et Apoſtolus,Lucis,ac diei filios appellat credentes. Vos filii lucis eſtis,& diei. Et cõuocauit duodecim. i.theſ.5.
" Duodenarius numerus iſte per quaternarium tripar titam nobis monſtrat,et format quadrigã: per quã Trinitas tota toto orbe Apoſtolicis uehitur,et fertur excurſibus,ut diabolum mitis bellator expugnet: ut mundi ſuperbiam mãſuetus uictor inclinet:ut diſcor dias gẽtium pacificus auferat præliator:ut deſtructo inferno,hoc eſt peccati fouea,diuturno carcere ani/ marũ humani generis captiuitatẽ liberam triumphi ſui perducat ad gloriam.Hunc Trinitatis currũ bea/ tus pſalmiſta uidit Prophetali ſpiritu, cum dicebat. Aſcendiſti in altũ:captiuam duxiſti captiuitatẽ: acce Pſal.67.
piſti dona in hominibus.Hunc currũ ſibi, ſuo patri, et Spiritui ſancto,Dñs cum diceret præparat. Tollite Mat.11.
iugũ meũ ſuper uos: qa iugũ meũ ſuaue eſt: et onus meũ leue eſt.Neſcit laſſeſcere baiulus miſericordiæ, pietatis euector. Duodecim patriarchas duodecim Gen.49.
diſtinctos in tribubus,duodecim fontes eremi, duo/ Exo.15.

Digitized by Google

Ioſ.4. decim lapides eleuatos ex alueo in figurã, formãq;
Apoſtolici numeri fuiſſe deſcriptos ſcrutatori legis
relinquamus altius ad ꝓbandũ:quia nobis cur binos
ad prædicandũ diſcipulos miſerit propoſitæ lectio-
„ nis ſeries conatur aperire. Et cœpit eos mittere bi-
„ nos,et binos. Binos mittebat,ne deſtituta ſingulari
Mar.14. tas aut negaret,ut Petrus:aut fugeret,ut Iohãnes. Ci
to cadit fragilitas humana,quæ de ſe ſuperbe cõfiſa
ſocios deſpicit:non uult habere collegã, dicente ſcri
Eccl.4. ptura.Et uæ uni cum ceciderit: et non eſt ſecundus
qui erigat eum.Quantum aũt alter alterius roboreẽ
Prou.18. auxilio,eadem ſcriptura teſtatur:cũ dicit. Frater qui
„ adiuuatur a fratre quaſi ciuitas munita.Et cœpit eos
„ mittere binos,et binos.Nec mirũ fratres, ſi Trinitas
quæ ex duodenario numero tripartitã cõſcendit qua
drigam,nunc aſcendit et bigã:ut duobus nuntiis duo
rum uocatio monſtretur,et clareat populorũ,dicẽte
Rom.3. Apoſtolo.Nunquid Iudæorũ Deus tm̃? nõne et gen
Iſa.21. tium? imo et gentium:et impleatur Iſaiæ uaticiniũ:
qui ſe aſcẽſorem bigæ uidiſſe teſtatur, unde mox ce
cidiſſe Babylonem clamat,et omnia ſculptilia.Quis
dubitat fratres per has bigas CHRISTVM ſalutares
inequitaſſe diſcurſus:cum uideat Aplica prædicatio-
ne corruiſſe tẽpla? idola deperiiſſe? ceſſaſſe pecudũ
mugitus,et uictimas? ipſas aras cum thuris ſic fumo
iam tota euanuiſſe per ſæcula? Has bigas Abacuc ui
Abac.3 derat:cum clamaret.Qui aſcendis ſuper equos tuos:
„ et equitatus tuus ſanitas. Et dedit,inquit, eis poteſta
„ tem ſpirituũ imundorũ.Hoc eſt diuinæ uirtutis inſi-
gne:hoc trophæũ ſingularis triũphi:ut ꝑdæ ſuæ præ-
do ipſe ipſis captiuis ſuis ipe captiuus, uinctis quon-
dã ſuis uinctus ipe Diabolus nũc tradaẽ:q̃tenus corũ

ſubiiciatᷓ imperio,quorũ ante fuerat magnificus ſer/
uitute.Merito dolet,gemit merito,merito ſtridet, q
ſe uidet hoĩum ſententia,hominũ poteſtate percelli,
qui ſe Deũ hoĩbus longa diu fuerat perſuaſione mẽ/
" titus. Et præcepit eis,ne quid tollerent in uia,niſi uir
" gã tantũ:non peram,non panẽ,non in zonis æs. Ho/
mo cũ operarios inuitat ad opera,non neceſſaria ui/
ctus ſolũ,ſed ẽt largo fundit epulas apparatu: ut cõui
uium humanitatis effuſæ põdus operis ſuperet,et la/
borẽ:Deũ quãtũ credit inhumanũ,qui ad opera eius
inuitatus,pera,pane, pretio honuſtus incedit ,& an/
xius:ut aut laſſus,aut tardior ad opus operarius infi/
delis occurrat:aut occurrere fortaſſis nõ poſſit:pmia
promittit ille copioſa:tot chirographis, tot teſtibus,
largã ſpõdet ille mercedẽ :tu eũ neq; panẽ,neq; ueſti
mentũ impio ſpũ æſtimas pbiturũ.Teipſum cum nõ
eſſes dedit eſſe:et qcqd hõ hẽs dedit ipſe:et cũ tibi,ac
tuis uoluptatibus uiueres,uictus neceſſaria nõ nega/
uit:hunc ſuis uirtutibus,ſuis opibus ſeruiẽti,nõ panẽ,
nõ ueſtimentũ æſtimas largiturũ?Hoc ipm qđ in pe
ra,qđ in zona portas,quis dedit tibi?Quid illi de ſuo
inſultaturus occurris? Nouit quia diues es. Ceſſa hõ +
opibus tuis:ſufficit tibi diuina pauptas:depone ſarci/
nas diuitiarũ tuarũ:honuſtus nõ põt p anguſtã uiã ad
opus dñicæ meſſis pueni re:ueni expeditus,ueni liber
ad opa,ante q̃ nudus,& expoliatus,ĩfidelis oĩbus opa
rius rapiaris ad pœnã:qa ſicut ſcriptũ eſt.Morientẽ di Pſal.48.
uitiæ nõ ſequũtᷓ.Sit tibi pera cõſcientia tua:ſit tibi pa
nis uita tua : ut ſit uerus panis xps in uita , qui dixit.
Ego ſum panis.Sit tibi in pmiũ merces tua:qa ille præ Ioã.6.
miũ exigit ſecurus a CHRISTO , qui ut ſequeretur
xpm,nudus deſpexit reſpuẽs fideliter qđ habebat.

SERMO

DE DISCIPVLIS ILLOTIS MANIBVS PRANDENTIBVS. SERMO. CLXXI.

SIcut fulgura cum ſaxa, mõtes, arbores, ipſa domorum culmina, terribili colliſione diſſoluunt, ſenſus hominũ, menteſq; corripiũt: ita Dñs quotiens in pharisæos intonat, ſuos timore ſalutari corrigit, et emendat: ſicut hodie Euangelicus ſermo perdocuit, phariſæos, & ſcribas uituperaſſe aliquos diſcipulorũ Domini, eo q̃ non lotis manibus manducarent. Nemo cũ hæc audit, exiſtimet diſcipulos domini ſub ſpecie contemptus incultis, et lutulentis manibus edere: nec mẽſæ Domini, nec conuiuii cõmunis ſeruare, et colere honeſtatem: quando iſtud neq; natura patitᷣ: neq; hoſpitalitatis admittit affectio. Quis aquam manibus non offerat mox ad uenientis obſequium? quis ad offerentis triſtitiã mox recuſet? præſertim cum Dominus ipſe arguat Simoné inuitatus
Luc. 7. ad menſam. Pedibus meis, inquit, aquam non dediſti. Vult itaq; fieri, quod ſic exigere perdocetur. Sed phariſæi non diligentiam corporis in diſcipulis Domini, ſed ſuperſtitionis ſuæ baptiſmata perquirebãt: neſcientes unum baptiſma, quod dominus nõ lauandis ſolum, ſed innouandis animabus, et corporibus inueniſſet: quod non corpus ad cultum uitæ, ſed conſcientiam dilueret ad ſalutem. Hoc propheta preca
Pſal. 50. batᷣ, cũ diceret. Amplius laua me ab iniuſtitia mea. Ideſt quouſq; me legaliter lauas, et me non lauasᷣ laua me p gratiã ſemel, quẽ lauacra legis inumera nõ lauerũt. Sed hoc aperiat nobis ipſe, qui ſeqᷣ Euãge
Mar. 7 „ licus ſermo. Phariſæi, inqt, et oẽs Iudæi niſi crebro

Digitized by Google

» lauerint manus non manducant tenētes traditionē
» ſeniorum:et cū de foro ueniūt niſi baptizati fuerint
» non manducant,ſeruantes baptiſmata calicū, et ur⸗
» ceorum,ac æramentorum, et lectorum. Phariſæe
quid te mūdum credis,cū tua omnia tuo ſint pollu⸗
ta conuiuio? in foro tu de innocētis ſanguine diſpu
taſti,de rapienda ſubſtantia pauperis perquiſiſti,per
ſcrutatus es qualiter libertatem addiceres ſeruituti,
et cū interiora tua tanto ſint confecta crimine, quē⸗
admodum te exterior lauare, & mundare ſufficiet
aqua? Corda,& corpora noſtra mundare hæc pote⸗
rit,cū fuerit et ipſa Spūs ſancti purificata cōmercio,
ut uiſibili miniſterio inuiſibile purificationis noſtræ
perficiat ſacramētum. Sed tu Iudæe calices,urceos,
æramenta baptizas, quæ motu, ſenſuque carentia
per naturam, ut reatum neſciunt, ita non ſentiunt;
hæc honoras,et te per quem contaminata ſunt om
nia, non emundas: tuis uſibus, tuis obſequiis hæc
mancipata purificas,et te diuinis officiis,diuinis mi⸗
niſteriis non purificas mancipatum. Sed nos fratres
non quid Iudæis,ſed quid diſcipulis ſuis Dominus re
» ſpōderit,audiamus. Dicebat autem: ꝙ quæ de ho⸗
» mine exeunt,illa contaminant hominē. Abintus .n.
» de corde hominū procedūt cogitationes malæ,adul
» teria,fornicationes,homicidia,furta,auaritiæ,nequi
» tiæ,dolus,impudicitia, oculus malus,blaſphemiæ,ſu
» perbia,ſtultitia:oīa hæc mala ab intus procedunt: et
» cōtaminant hominē. Quæ ſpatia terrarū,ꝙ magni⸗
tudo urbiū,ꝙ latitudo regionū, tantos hoſtes ferre,
tot inimicos capere,tantas ſuſtinere præualet natio⸗
nes, quot uitia, quot delicta,quot crimina, rapiunt
humanos ſenſus? hominū corda patiuntur? ad unā

Digitized by Google

quem genera tota, tota feritas beſtiarũ: quæ magis eo ſæuiunt, quo ſe explere nequeunt, ſatiari non poſſunt unius captione uoraci dente prædones: qui plus hinc æſtuant, et tabeſcunt, quod capere nequeunt, et uorare: quod ad unã Columbã tot Milui, tot Aquilæ, Vultures tot uoraces, tantarũ currat congeries auiũ ſordidarum. Hanc numeroſitatẽ, hanc multitudinẽ
Pſal. 39. ſenſerat propheta: cũ caneret. Circũdederunt me mala quorũ non eſt numerus: cõprehenderunt me iniquitates meæ: et non potui ut uiderẽ. Ab intus de corde hominũ procedunt. Tolerabilis eſt hoſtis cũ muros arietat extrinſecus: cũ foris poſitus cedit aliquando conflictu: cui uero eſt intus inimicus, cuius aduerſarius in ipſis penetralibus iam deſæuit, iſte ſe intelligit, et ſentit oppreſſum: iſte ſe et captiuũ perdit, et deplorat: iſte ſuus expugnator eſſe non poteſt: ſuus eſſe non põt liberator: alienũ requirit auxiliũ: quærit alterum defenſorẽ. Ab intus exeunt de corde. Nouus eſt hic ordo bellandi: de homine contra hominem gentes exeunt bellaturæ: nõ contentæ in occulto uincere, proſternere in abdito: quaſi quæ famã quærant hominis de ruina. Iudæi qui foris ſunt, ſe, et ſua forinſecus lauent, nos fr̃es ab iſtis uitiorũ ſordibus emũdemur intrinſecus: has nequitiarũ gentes in nr̃is mẽtibus CHRISTO propugnãte uincamus: has delictorũ beſtias de nr̃is cordibus terrore Dñici noĩs effugemus: has criminũ rabies, & uoraciſſimas aues a nr̃is ſenſibus Crucis haſta fortiter ꝓpellamus: ut ciuitatis nr̃æ ſplẽdor, tẽpli noſtri ſanctitas, domus nr̃æ ĩteger, et ſingularis ornatus, ad habitãdũ ſemp in nobis noſtrũ prouocet, et inuitet auctorẽ. Illuc uitia redire nequeunt, ubi xp̃s cũ ſuis uirtutibus cõmoratur.

Digitized by Google

DE INVIDIA, ET HYPOCRISI. SERMO. CLXXII.

AVdiſtis hodie fratres, quẽadmodũ dũ
ſecluſit alios, ſeipſum ianitor inuidio
» ſus excluſit. Væ uobis,inquit,legis pe Luc. 11.
» ritis,quia tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi
» non introiſtis,et eos qui introibãt pro
» hibuiſtis. Audiſtis ergo quẽadmodũ dum ſecluſit
alios,ſeipſum ianitor inuidioſus excluſit. Acceperat
claues Phariſæus non ut clauderet,ſed ut intrare deſi
derãtibus aperiret:ſed ne intraret alter, ipſe perma-
nere foris maluit per liuorem.Omnia quidem uitia
ad ſuorũ ſemper intendunt, et proſiliunt læſionem,
ſed ſuos ſemp amplius inuidia cõſumit:inuidia ſuoꝝ
carnifex ſemp extitit:extẽdit ſenſus:torquet animos:
diſcruciat mẽtes:corda corrũpit.Et quid plura? Hãc
qui receperit,ſua ſuſtinet ſine fine ſupplicia: quia in
ſe domeſticũ ſemper diligit habere tortorẽ.Quis ibi
malorũ finis,ubi alterius bonũ pœna eſt? ubi crucia
tus eſt aliena felicitas? Malũ multiplex:quot ſunt ꝓ-
ſperitates hominũ, tot tormenta ſunt inuidorũ. Cũ
aliis uitiis animus poterit confligere Chriſtianus:in-
uidiam quiſquis anteq̃ ſentiat nõ fugerit nõ euadit.
Hæc peritis legis legẽ ſuaſit non aperire,ſed claude-
re:et ſalutaris præcepti non cõmodare doctrinã, ſed
negare:obſerare ſcientiæ fontem,et uitalis fluẽti ori
ginis ſuæ ſecreto diuitias obſtruere.Iſte uelociter fu
giendus eſt morbus:quia quos contigerit non patit
iam ſanari.Inuidia cælum tẽtat: ibi enim diabolum
fecit ex Angelo: urit terras, quæ utique paradiſi
nobis amœna flammeo cuſtode ſecluſit. Reges

Mat. 2. urget, quia hæc Herodem in coæuos CHRISTI ſic
compulit deſæuire, ut ante lac q̃ ſanguis teneris fun/
Gen. 4. deretur ex mẽbris. Charitatem uiolat, nã hæc Cain
reddidit fratricidam: et innocuam adhuc terram no
ui ſanguinis cruore pfudit. Vaſtat pplos: nãq; Iudæos
hæc, ſi dici fas ẽ, ſi capit ſermo, fecit eẽ Deicidas: Dei
cidas diximus, non quo puenit, ſed quo facinus hoc
tetendit: in CHRISTO. n. Iudæi non hominem tan/
tum, ſed Deum filiũ Dei conati ſunt opprimere, ne/
Mat. 12. care uirtutes, cum dicunt. Hic eſt hæres: uenite occi/
damus eũ: et noſtra erit hæreditas eius. Sed quid ua/
let diabolus ad Deum? Inuidia quid ualet ad Domi
nicã charitatem? inuidit diabolus terram, ſed dona/
Mat. 16. uit cælũ Deus: claues ſciẽtiæ legis peritus ſuſtulit, ſed
claues cæleſtis regni per Petrũ largitus eſt CHRI/
STVS: ac ſic inuidia ſuis cõmodis eſt nudata: et ho
mo ditatus eſt ipſa neceſſitate damnorũ. Bene ergo
Luc. 12. in ſequentibus Dñs adiecit, dicens. Attẽdite uobis a
fermento phariſæorũ. Quia in fermẽto non eſt mo
les magnitudinis, ſed tumoris: et conſparſio tali ſpe/
cie inflata eſt, nõ ditata: quantum. n. efferbuerit feruẽ
tius, tantũ farris maſſa turgeſcit: et totam formã leui
tatis implet, et tumoris. Congrue ergo a dño dictũ
eſt. Attendite uobis a fermẽto phariſæorũ, quod eſt
hypocriſis. Quid eſt hypocriſis, niſi ſpẽs arte cõpoſi
ta, q̃ aliud in re agit, aliud pmit in uultu? hæc penes
phariſæos per ſcientiã tumeſcebat, Aplo ſic dicente.
1. cor. 8. Scia inflat. Illos nãq; ſcia inflabat ad ſuperbiã, nõ in/
ſtruebat ad uitam: et corrũpebat ad malitiã, non ad
prudẽtiam promouebat. Erat in eorũ facie hypocri/
ſis: erat in eorũ mente inuidiæ hydrops: erat in pecto
re ſiticuloſus fons: erat ardens unda, quæ ſuis magis,

Digitized by Google

ac magis inflãmabatur fluentis,ut bibentis nõ extin/
gueret ſitim,ſed augeret incẽdium : ſic ſic hypocriſi
miniſtrãte ſuis ſemper inuidia propinat : ab hoc nos
morbo ſubtrahit Apoſtolus: Cũ nos nõ in fermento i.Cor.5.
ueteri,neq; in fermento malitiæ, et nequitiæ, ſed in
azymis ſynceritatis,& ueritatis ſanctum paſcha Do/
mini celebrare compellit. Veritas neſcit tumorẽ:ſim
plicitas hypocriſim prorſus ignorat. In azymis ſyn/
ceritatis,et ueritatis. Hæc ſunt cordis azyma : hæc cæ
leſti dulcedine confecta:hæc grãæ ſaporata pinguedi
ne:hæc ſancti Spiritus igne decocta:hæc nos mandu
cantes agnum Dei,agnum qui tollit peccatum mun
di,ad noſtrum paſcha ſolenniter ímolamus : quibus
CHRISTVS ad lætitiam totam,totã eſt et natus, et
immutatus ad gloriam.

DE DIVO IOHANNE BAPTISTA, ET HERODE. SERMO. CLXXIII.

PAſtor bonus peruigiles noctes,dies an
xios ducit,ne quid callidus latro,neq;
luporũ feritas aſtuta pernicioſum cha
ro gregi,ne quid noxiũ moliatur. Pa/
ſtor bonus,ſicut dominus dixit,animã Ioã.10.
ſuam ponit pro ouibus ſuis. Sed et oues bonæ paſto/
ris ſui audiunt attentis auribus uocẽ,paſtoris ſui ſem
per ſequuntur arbitrium:paſtoris ſui totam faciunt
uoluntatem:aſcendunt colles:petunt ardua : mutant
ſæpe regiones:ac ſic apta paſcuis,irrigua fluẽtis, um
broſa, accõmoda,ſecreta quietis loca penetrãt:repe/
riunt amœnitates:et deliciis perfruũtur. Et uos filio
li Dominici gregis portio copioſa,niueo, et diuino

Digitized by Google

ueſtita iam uellere,molli fœtu, cæleſti germine per fœcunda,ſi per noſtræ uocis auditũ ad loca ſæpe ſa/ lutaria,ad ſalutaria paſcua perueniſtis; ſi per noſtri ſermonis fluenta animi ueſtri æſtus,ueſtræ ſitis tem peraſtis ardorẽ,ſi ſub doctrinæ noſtræ tegmine ali/ quanta cõmoditate recubaſtis,quæ ordinamus attẽ/ dite: quæ dicimus audite:q̃ facimus approbate:nec ꝓ uoluntate ueſtra,ſed pro diſpoſitione noſtra prædi/ cationis noſtræ percipite rationem:et ſiue cum dici mus de gradu iſto,ſiue cum de ſacerdotali ſede pro temporis rõne tractamus,ut oues bonæ,ut chari gre ges,dilecta pignora,ſine faſtu impigræ,ac toto fidei curſu conuenite:concurrite:nec uos locorum muta/ tio tam propinqua,et ſpacia ſic arctata, aut reddant deſides:aut faciant murmurantes: quia nec ouis ad caulas peruenit,ſi pro ſuo libito peruagetur: nec ſciẽ tiã diſcipulus poterit obtinere,ſi doceri pro ſua uolũ tate contenderit:ægrotus quoq; nunq̃ poterit recipe re ſanitatẽ,ſi pro ſuo fuerit curatus arbitrio. Sed qa nobis hodie contra lupum furentem ſermo eſt,arre pto paſtorali baculo tranſeamus ad Euangelicam le

Mar. 6 ,, ctionem. Audiuit inquit Herodes rex,manifeſtũ.n.
,, factum erat nomen IESV,et dicebat: quia Iohannes
,, Baptiſta reſurrexit a mortuis, ꝓpterea uirtutes ope/
,, rantur in illo. Stultus de mortuo pie credit, quẽ fe/ raliter perſecutus eſt uiuum:Iohannes reſurrexit, et tamen confitetur ignorans,quia in CHRISTO pro CHRISTO reſurgit occiſus.Herodes quid egit gla/ dius tuus? crudelitas tua quid profecit? quo proceſ/ ſit impietas tua? ſi ut ipſe dicis rediit ad uirtutes, re/ ſurrexit ad opera diuina,qui furore tuo putabaẽ ex/ tinctus? Iohannes reſurrexit,ſicut fateris ipſe:nõ hic

perſona,ſed infirmitas perit: non hic Iohannes, ſed mors magis tali morte ſuccubuit:illuſa ē pœna:carnifex habeť irriſus:ipſa ē cognitoris miſeri decepta ſententia,quæ interēptū nō perdidit, ſed promouit.
» Iohānes reſurrexit a mortuis,propterea uirtutes ope
» ranť in illo.Et ſi hoſtis legis per legē tū ille reſurrectionē promiſſam didicerat mortuorū. Et ſi reſurrecturū Iohānē nouerat,cur inſanus occidit? Si ad totius Diuinæ uirtutis culmen,ſi ad totū qcqd eſt poteſtatis inſigne tali morte ſciebat eleuandū:cur ſe tantæ mortis eſſe fecit auctorē? Semper febrit ipietas: a phreneſi ſemper crudelitas obtineť:carere demētia furor neſcit,in ſe nāq; ſæuit, quotiēs in alterū tendit: ſe punit,dū percellit inſontem: ſibi lethalis eſt totus, eū erga iuſtū crudelis exiſtit.Ecce Iohānes, ut ipſe dicis,iā uiuit in CHRISTO:ad tuā pœnā redit, q uenit
» ad oīum cæleſti munere medicinā. Alii aūt dicebāt,
» qa Elias eſt:alii uero dicebāt,qa ꝓpheta eſt,aut quaſi
» unus ex prophetis.Quo audito Herodes ait. Ipſe eſt
» Iohānes quē ego decollaui:hic reſurrexit a mortuis. Maleuolo qdē,at ueraci ſenſu teſtis ipſe criminis ſui, aſſertor ſceleris ſui,ſui facinoris accuſator exiſtit. Io
» hānes quem ego decolaui ipſe eſt : hic reſurrexit a
» mortuis.Verū dicit:nā ſicut in CHRISTO ſui reſurgūt,ita in ſuis ipſe patiť CHRISTVS: et ſicut honor capitis ad mēbra pertēdit,ita mēbrorū pœna ad do
» lorē capitis,ad capitis redūdat iniuriā. Iohānes,quē
» ego decollaui,ipſe ē. Iſte rex ſapiēs,egregius iudex, cenſor moꝝ,diſciplinæ cuſtos,uindex innocētiæ, criminū pœna, quod decollauerit Iohānē dicit,quare decollauerit tacet:ne poteſtatē regiā tanti facti confunderet turpitudo:ſed Euāgeliſta prodit,ut interfe/

" ctoris dedecus interfecti ꝑducat ad gloriā. Nā ipſe
" Herodes, inquit, miſit, ac tenuit Iohannē: et uinxit eū
" in carcere pp Herodiaden uxorē Philippi fratris ſui,
" quia duxerat eam uxorem. Dicebat enim Iohannes
" Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. He
rodias, quæ uxor eſſe duorum fratrum ſceleris amo
re contendit, ut affectione uiolaret affectum, et ſocia
retur Herodi Herodias, ne eſſent uel nomine diſſimi
les, qui erant ſcelere, moribus, uitaq; conſimiles: et
iungerentur uocabulo, quos criminum iunxerat tur
pitudo: hæc ergo Herodias inſidiabatur Iohāni. He-
rodes adulteræ non uincebat animum: nefas tū adul
teræ differebat. Illa ne eſſet arguens, arguentis tēde-
bat ad mortem: ille ut placeret incæſtæ, captiuus ipſe
iuſtum tantū tenuit, uinxit incluſum, quia in innocē-
" tem reus facile non poterat dictare ſententiā. Cum
" accidiſſet, inquit, opportunus dies, Herodes natalis
" ſui cœnam fecit principibus, tribunis, et primis Gali-
" lææ: cumq; intraſſet filia ipſius Herodiadis, et ſaltaſ-
" ſet, & placuiſſet Herodi, ſimulq; recumbentibus, Rex
" ait puellæ. Pete a me quod uis, et dabo tibi. Et iurauit
" illi quicquid petieris dabo tibi, etiam ſi dimidium re
" gni mei. Ingratus, inhumanus rex, qui uirtuti tātæ,
tam glorioſo labori, tam memorabili facto, non to-
tum regnum ſuum, ſed dimidiū dedit: et quare ſibi
uel pro parte ſeruauit, qui poſt tantā domus ſuæ glo
riam poſt tantam familiæ ſanctitatē, poſt tale caſti-
tatis exemplum, eſſe, uideri, uiuere, non debebat? Il-
la ergo criminis filia, non naturæ, nō tam ad matrē,
q̄ ad ipſam ſentinam ſui ſceleris mox currit; ut quæ
fluida tota, tota ierat reſoluta, ſæua, et truculenta re-
uolaret: et ut de ipſis artibus loquar, ut tragœdiam
nefandam

Digitized by Google

nefandã caneret, quæ impleuerat turpiſſime comœ-
» diã. At illa egreſſa dixit matri ſuæ: quid petam? il-
» la uero dixit: caput Iohãnis Baptiſtæ. Et ingreſſa ſta-
» tim cum feſtinatione ad regem, petiuit dicens. Volo
» ut protinus des mihi in diſco caput Iohannis Bapti
» ſtæ. Et contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, et
» propter ſimul recũbentes, noluit eam contriſtare: et
» ſtatim Rex miſſo ſpiculatore iuſſit afferri caput eius:
» ille autem abiit, et decollauit eum in carcere: et attu-
» lit caput eius in diſco: et dedit illud puellæ, et puella
» dedit illud matri ſuæ. Sic iudicat mens oppreſſa cra
pulis, ſoluta uino, et toto quodãmodo ebrietatis de-
» merſa naufragio. Volo ut protinus des mihi in di-
» ſco caput Iohãnis. Serpẽtis germen caput hominis
petit, cui ſuũ caput ſentẽtia prĩcipali ſciebat addictũ:
dicente Deo. Ipſe ſeruabit caput tuũ, et tu illius obſer **Gen.3.**
uabis calcaneũ. In longũ nos trahit prolixitas lectio-
nis: et ſatis in altũ promouit loci ipſius ĩmenſa pro-
funditas: differamus hodie quæ ſequuntur, ne dũ ſer
mo feſtinat ad finem, quæ ſunt prolixe dicẽda tranſ
mittat. Id in clauſula noſtri cõmendamus eloquii,
quod ſine cauſa cucurrerit ſerpens: nam tota germi
na ſerpentis antiqui iſte Iohãnes noſter interemit: et
effuſione ſui ſanguinis extinxit occiſus.

DE DECOLLATIONE DIVI IOHANNIS BAPTISTAE. SERMO. CLXXIIII.

Herodianæ cœnæ cruẽtas epulas, conui-
uiũ ſic ferale, tunc terra, tunc cælũ, ho-
die mecũ ueſter horruit, et expauit au
» ditus. Herodes, inquit, natalis ſui cœ- **Mar.6.**

Re

„ nam fecit. Bene cœnam, quia non luci, ſed tenebris
addictus eſt hic natalis, in quo noctis filius natus eſt,
„ non diei. Natalis ſui, inquit, cœnam fecit principi-
„ bus, tribunis, & primis Galilææ. Quid agit icauta, &
cæca ſemper impietas? oẽs euocat poteſtates, ut nõ
tam multos conuiuii ſui ſocios, quã inumeros crimi
nis ſibi teſtes aſſumat: & tot habeat facinoris ſui arbi
„ tros, quot habuit præſides diſciplinæ. Cũq; intraſſet
„ filia ipſius Herodiadis, et ſaltaſſet, ĩquit, & placuiſſet
„ Herodi. Reſpondit ſuo turpis generi, dum patri cõ
placet turpiori: de adulterio nãq; non niſi turpis de-
buit procreari: quæ fractis greſſibus, corpore diſſolu-
to, diſiuncta cõpage mẽbrorũ, fluentibus ex arte ui-
ſceribus, tota patri fieret deformitate formoſior. Et
reuera ſuam credidit tũc Herodes cum talem uidit:
nam putaſſet alienam, ſi pudicam uel aliquantulum
peruidiſſet. Serpens tunc latebat in fœmina, quæ re-
ptans greſſibus flexuoſis lethale toto corpore uirus
effudit: ut diſcũbentium mentes furor, uenenum cor
pora ſauciaret: homines uerterentur in beſtias: nec
uino iam tales, ſed ſanguine potarentur: nec pane ra
bidi, ſed carnibus ueſcerentur humanis. Tales utiq;
tales reddidit, quibus adhuc fumãte ſanguine caput
intulit tunc Iohannis: ut illud Pſalmiſtæ canticũ pro
Pſal. 78. baretur. Dederunt carnes ſanctorum tuorum beſtiis
terræ: effuderunt ſanguinem eorum tanq̃ aquã. Ecce
quid pariunt totis noctibus protracta conuiuia: ecce
quid generat quod cum menſura emitur, & ſine mẽ
ſura bibitur uinum: ecce quo præcipitatur caro, cum
ad luxuriæ facinus uoluptatis inflãmatur incendiis.
Rogo quid tantis cuneis arctatur? ſufficit infelix ca-
ro ſibi ſuis caſibus ad ruinã, atteſtãte Propheta cum

dicit. Vt quid irruitis in hominem? interficitis uni/ Pſal.61.
uerſi uos tanq̃ parieti inclinato, & maceriæ impul/
ſæ? iacebat in Herode caro oppreſſa crapulis, ebrie
tate captiua, quæ titillante luxuria, & non tam luden
te, quam illudente laſciuia, promitteret quicquid tur
,, pitudo peteret ſe daturam. Pete a me quod uis, in/
,, quit, & dabo tibi: & iurauit illi. Iurat miſer, dũ quic/
,, quid honeſtatis eſt, et uirtutis abiurat. Pete a me
,, quod uis. Quid peteret luxuria, niſi caſtitatis interi/
tum? pudicitiæ necem? mortem ſibi ſemper con/
,, trariæ ſanctitatis? Volo ut des mihi in diſco caput
,, Iohannis. Si caput uiri eſt, iuxta Apoſtolum, CHRI i.Cor.ii.
STVS, iam tunc nouello ore antiquiſſimus ſerpens
,, CHRISTI Domini tendebat ad mortem. Volo ut
,, des mihi in diſco caput Iohannis. Iam tunc auidus
draco in ſerui capite Domini deguſtabat ſitiens paſ/
,, ſionem. Volo ut des mihi in diſco. Cur in diſco?
cur pretioſe geſtas, quẽ uiliter occidis? niſi quia, Pre/ Ps.115.
tioſa in conſpectu Domini mors ſanctorũ eius. Hoc
ipſum quod uis nõ agis quomõ ipſa uis: quia agit te
ſuperna ratio aliter q̃ uis: in illo quidem tunc ferali
antro, nõ aula regis, rabies tunc fera paſtũ ſuũ credi
dit, cũ caput Martyris uidit: totũ ſuũ ſenſit, cũ liquo/
rẽ ſacri ſanguinis ſitiens aſpexit: ferculũ crudelitatis
ſuæ toto ore, totis faucibus cõtendit, & conatur ab/
ſorbere. Sed Iohãnes uenit ĩ ſublimi poſitus, ut lucer
na ſuper candelabrũ, tenebras ut fugaret: dicẽte Do/
mino. Ille erat lucerna ardens, & lucẽs. Venit Iohan/ Iohã.5.
nes, ut iudex in tribunali reſplẽdens: ut qui arguit ad
ulterũ, exponeret, & dãnaret homicidã: & qui pie ui/
uens incæſtũ uocarat ad pœnitentiam, reſeruauerat
ad ueniam, homicidium etiam damnaret occiſus.

Digitized by Google

Quam quæſo meretur ueniam, qui in morte Iohā-
nis ipſam pœnitentiam tam crudeliter interemit?
Grat is cucurriſtis Herodes, Herodias, nomina non
affectione ſociata, ſed crimine: quæ uocem intercipi
Iohā. 1. poſſe ſtultiſſime credidiſtis. Ego ſum, inquit, uox cla
mantis in deſerto. Vox occidi non poteſt, ſed magis
Gen. 4. clamat anguſtiis corporis abſoluta. Sic uox Abel in
ſuo iā effuſa ſanguine magis ſonat: magis penetrat:
magis pertendit ad cælum. Sic nunc Iohannes toto
orbe clamat: totis ſæculis facinus ueſtrum cunctis re
fert, & oſtentat in gentibus. Ecce Iohānes CHRISTI
capite gloriatur, qui capite putabatur addictus. Ecce
eo die quo tu finiſti tuū, ille ſibi natalem cælitus con
quiſiuit: quia quando tuus ortus merſit in finē, tunc
illius finis ortus eſt in natalē. Iuſtus. n. tūc inchoat ui
uere, cum pro CHRISTO meretur occidi: transfer-
tur iſta morte uita Martyris, nō aufertur: morte ma
gis claruit, qui ob hoc mortuus eſt, ut uiueret in æter
num. Ecce tu iaces in mortem: Iohannes uiuit occi-
ſus. Tu fucatam murice purpurā perdidiſti, Iohānes
cruore ſuo fulgenti purpura ſemper gloriatur indu-
tus. Tui conuiuæ nunc participes efficiūtur in pœnis,
Iohannes cæleſti menſa cum choris ueſcitur Ange-
lorum. Ille audit cæleſtem iugiter ſymphoniam, tu
audis īferni ſemper gemitum, & ſtridorem. Ille me-
retricis tuæ, ſaltatricis tuæ addictus in pretium, nūc
regno, nūc præmiis cæleſtibus honoratur, tu merce
dem ſentētiæ tuæ cum tua filia in tartaro percepiſti.
Gen. 39. Veſtimentū Ioſeph cum adulteram fugeret dereli-
quit, Iohannes ne uideret adulterā ipſum proiecit et
corpus. Ioſeph ne adulterium faceret libens carcerē
ſuſcepit, Iohannes ut argueret adulterium cremum

Digitized by Google

carcere cõmutauit. Ioſeph ſomnia dum reuelat, euaſit ex morte: Iohannes ut Dei filium reuelaret, ſuſcepit & mortem. Ioſeph dum panem præparat temporalem, ex auro torquem meruit, & honorem: Iohannes ut oſtenderet cæleſtem credentibus panem, Martyrii torquem meruit ex cruore. Merito in natis mu Mat.ii.
lierum cunctis maior eſt hic Iohãnes: qui nõ ſolum adulteras arguit, ſed & licita mulierum cõſortia uirginitatis amore calcauit. Et ſi Iohãnes tantus, Iohannes talis, tanta eremo ſeparatus a fœminis fœminarum pericula non euaſit, quis eſt qui inter fœminas uiuens euaſurum ſe ſine labore maximo, maxima ſine cautione cõfidit, niſi is qui ſancto alitur Spiritu: qui cum genitore, natoq; una cuncta diſponit ſæcula per æui omnia ſpatia.

DE MARCELLINO EPISCOPO VICOHAVENTINO, ET DIVAE MARIAE VIRGINIS PARTV. SERMO. CLXXV.

OMnium quidem rerũ primordia ſunt dura, ſed duriora ſunt oĩbus primordia generantis. Sancta Eccleſia Rauẽnas ut primũ pareret, uiam fecit: angores pertulit: ſenſit dolores. Et hoc egit fratres, ut ordinem partus diuini toto ueritatis tramite cuſtodiret: nã poſteaq̃ primogenitũ totius creaturæ Virgo mater ut pareret, uiã totius patriæ percucurrit: ſic uirgineus partus, ſic primitiuorũ eſt dedicata natiuitas. Et neceſſario, fratres, uiã generatur in uia. Ego ſum, inquit, uia: ut omnis aditus exclude- Iohã.14.

retur erroris,et uiator tandem cælũ peteret, qui ter/
reni itineris incaſſum diu ſudores pertulerat,et labo
Luc.2. „ res. Et factum eſt in diebus illis, inquit, Euágeliſta,
„ Exiit edictum a Cæſare Auguſto,ut profiteretur uni
„ uerſus orbis. Aſcendit aũt et Ioſeph a Galilæa de ci/
„ uitate Nazareth in Iudæam ad ciuitatem Dauid quæ
„ uocatur Bethlehem, eo ꝙ eſſet de domo, et familia
„ Dauid,ut profiteretur cũ Maria deſponſata ſibi uxo/
„ re prægnante.Et factũ eſt in diebus illis impleti ſunt
„ dies ut pareret:et peperit filium ſuum primogenitũ.
Liber hic aliqd de dolore dicere. Edicto Cæſaris, et
pagani Dñs obtemperaturus occurrit:et decreto bea
ti Petri,decreto principis Chriſtiani,ſeruus adhuc ali
quis irreuerenter obſiſtit? Verum quia neq; proſpe/
ra aduerſis,neq; gaudiis miſcẽda ſũt triſtia, his omiſ
ſis,hodierni germinis lætitiã proloquamur. Habeat
modo natus,qui primum natus eſt, primogeniti re/
uerentiam,teneat et honorẽ:Marcellinus hodie uer/
naculi partus totum rapuit, et conquiſiuit affectum.
Circunſtant filii:adſũt propinqui:cognatio tota cõ
currit:familia exultat oĩs: et ipſa penetralia domus
tripudiant,et lætantur:quia uidere oculis, ſuſcipere
manibus,hodie primum ſanctæ genetricis partum,
ſobolemq; meruerunt.Ipſa quoq; genetrix ſpõſa ma
ter,et uirgo,in ipſo ſponſi ſui thalamo, in ipſo cõiun
ctionis ſuæ cubiculo,genuiſſe noua gratulatione mi
ratur.Sed neminẽ turbet,nullũ moueat,ꝙ in thala/
mo ipſo ſponſa ipſa cernitur peperiſſe:talis nõ eſt de
crimine,ſed de uirginitate conceptus:quando in tali
germine cæleſtis partus eſt,non humanus: nec ullus
hic eſt ſiniſtræ ſuſpitionis locus,ubi ipſe ſponſus ſpõ
ſæ ſuæ teſtis habetur,et cuſtos.Quicunq; ſollicitus es

Digitized by Google

de facto, eſto de exemplo maximo perſecutus: et p̄cedentis trepidatio ad tuam cautelā proficiat, et munimen. Ioſeph ille maritus ſolo nomine, conſciētia ſponſus, prægnantem ſponſam fluctuās, et anxius intuetur: quia neq; accuſare innocentem, neq; prægnātem poterat excuſare: tacere tutum non erat, erat loqui periculum. Admittit, non prodit crimina accuſator inſontis. Erat ipſe teſtimonium caſtitatis: erat cuſtos pudoris: aliud nouerat, aliud intuebatur: confundebat uirginis fides: actus, et uita in biuio: mēs iuſta, et ſanctus animus, ancipiti cogitatione torquetur: ſentit, ſed tantum non poteſt penetrare ſacramentū: quia nec accuſare poterat: et defenſare penes homines non ualebat. Merito mox occurrit Angelus: merito reſponſum ſubuenit mox diuinū, cui humano deficiente conſilio iuſtitia nō defecit. Et quid dicit?
» Ioſeph fili Dauid noli timere. Qui nihil fecerat, qd timebat? Timebat, quia et ſi nullus in facto reatus erat, erat in cauſa maximus pauor. Sanctus animus quicquid nō aſſequitur expaueſcit. Caue ergo homo de partu noſtræ matris taliter diſputare cum Ange-
» lum reſpondiſſe ſufficiat. Noli timere accipere MA-
» RIAM coniugē tuam: quod.n.in illa natū eſt de Spi-
» ritu ſancto eſt. Feliciter parturit, quæ uirginitatis coronam magis, magiſq; pariendo conquiſiuit, et gloriam. Hic uero qui nobis hodie natus eſt, ſemper retia tetendit in mare. Nemo ergo miretur ſi piſcatorē Petrus geſtiuit habere collegam. Orate ergo fratres, ut piſcari mereatur homines, qui hactenus piſces capere hominum laborauit ad uitam,

SERMO
DE CAECO. SERMO. CLXXVI.

DEVS quotiens deſperatas humanorum
curat corporum paſſiones, Deitatis ſuæ
totiens potentiam pandit: ſed in una, ca
démq; infirmitate, quando ordinem ſuæ
curationis inmutat, cauſas propter quas
hoc faciat, facit nos altius perſcrutari: nam iuxta uiã
ſedenti cæco uiſum ſola reſtituit iuſſione: alii a nati-
uitate cæco, nato non lumini, ſed tenebris, & cui na-
tura uiſum iuiderat, atq; ipſa quæ parat, & aperit ocu-
Iohã.9. los, oculos clauſerat, & negarat, CHRISTVS impo-
nit lutum: et collyrio materiali fingit, facit, procurat
oculos, non recurat: ut creante, non medicãte manu
inde homini ſuppleret lumina, unde hominem fece
rat totũ. Iſte uero cæcus, cuius nobis Euãgeliſta Mar
cus rettulit curam, ſic nouo ſanatur modo, ut omnes
compellat exquirere, cur contumax cæcitas moram
facere ſic præſumit auctori: cuius nutu, uiſu, iuſſu, ĩfir
mitates pereunt, redeunt ſanitates: uita oritur, mors
Mar.8. „ finitur: ſtant omnia, cũcta dilabuntur. Venit, inquit,
„ IESVS Bethſaida: et adducunt ei cæcum: et rogabãt
„ eum, ut eum tangeret: et apprehenſa manu cæci edu
„ xit eum foras extra uicũ. Quaſi eum curare nõ po-
tuerit in loco: aut beneficio loci indiguerit, uniuerſis
qui contulit uiſum. Hæc eſt Bethſaida, cuius perfidiã
Mat.ii. Dominus exprobat dicens. Væ tibi Chorozaim, uæ ti
bi Bethſaida: quia ſi ĩ Tyro, et Sidone uirtutes factæ
fuiſſent quæ in te factæ ſunt, olim in cilicio, & cinere
pœnitentiam egiſſent. Ergo apprehenſa manu eius
de domo infidelitatis educit: leuat eum de perfidiæ
ſeſſione: ut ante fidẽ, q̃ oculos daret: ante mẽti, quam

Digitized by Google

corpori redderet ſanitatem:ante præberet humani ducatus obſequium, q̃ diuinæ uirtutis operaretur inſigne. Illi rogabant ut uel tangeret eum: ſed CHRISTVS, qui horrere neſcit pauperem, pauperem ſcit amare, totam dedit pauperi manũ:& debilitati Deus publicam præbuit ſeruitutem, ut homo non horreat hominem:& uidens non uidentẽ uideat:& duce manu cæcum lucis faciat neſcire orbitatẽ: nec dicat homo, non habet manus mea quod det pauperi: det ipſam manum pauperi:& plus erit manum pauperi dediſſe, q̃ nũmum: iter præbuiſſe pauperi, q̃ pauperi panis dediſſe fragmentum. » Et eduxit eum foras extra uicum:& expuit in oculos eius. Dominico ſputo uacuas oculorum replet lacunas, diuino ore luciferã dat ſaliuam, ut ſancti roris gutta baptizaret oculos peccatoris: ut aperiat uenia, quos clauſerat culpa. Nemo ergo dubitet diuino imbre tota areſacta mortalia membra poſſe reuiuiſcere: cũ uideat parua Dominici ſputi gutta arentes cæcitate oculos ſubito ſuſcitatos in lucem. Exurgent, inquit, Iſaias, mortui: Iſa. 26. et reſurgent qui in monumentis ſunt:& lætabuntur qui ſunt in terra. Quomodo? Ros .n. qui abs te eſt ſanitas eſt illis: quod eſt pluuia ſemini, hoc reſurrecturis Dominicus iber. » Et impoſuit illi manus. In faciendo, in reparando, in componendo hominem Dominicæ manus curatrices hominibus ſemper adſunt. Manus tuæ, inquit, fecerunt me, & plaſmauerũt me. Ps. 118. » Et interrogauit eum ſi aliquid uideret. Interrogat ut homo, operatur ut Deus. Qui uidet abdita terrarũ, qui cordis intuetur occulta, cui omnia ſunt nuda quæ ſunt tecta omnibus, in opere ſuo, in oculis ſuis uidere quærit? laborat ſcire? alio referente cogno-

ſcit? abſit. Sed interrogat ut præſentes ſcirent, futuri
cognoſcerent, cæcitatis huius nõ eſſe ſimplicem, ſed
myſticam curam. Deniq; non lumen, ſed auroram
quandã, lucemq; erumpentem datam ſibi adhuc qui
» curabatur Domino interrogãte reſpondit. Video,
» inquit, homines ut arbores ambulãtes. Imperfectis
oculis grandeſcunt formæ, turbantur ſpecies, res fal-
luntur ipſæ, quia non iam uiſionem capiunt, ſed ad-
huc umbram ſuſtinẽt uiſionis. Et quare tamen ſicut
Pſal. 39. arbores, non ut columnæ? aut aliud quid? neq; ſtã-
tes, ſed ambulantes? quia poſt curam CHRISTI
uiderat, ꝙ homines uelut arbores tranſirent in hoc
ſæculo, non manerent: temporalem plantationẽ ger
minis humani eſſe in hac uita mox uidet quem cura
uerit CHRISTVS. Iterãda eſt ergo cura CHRISTI,
ut perfecti oculi futura certa, manentia uideant, &
» æterna. Iterum, inquit, poſuit manus ſuper oculos
» eius, & cœpit uidere: & reſtitutus eſt, ita ut clare ui-
» deret omnia: & miſit illum in domum ſuam, dicens.
» Vade in domum tuam: & ſi in uicum introieris ne-
» mini dixeris. Aperiatur iam ſpiritalis intelligentia,
ut qui ſit iſte cæcus cognoſcamus: & quare non ſpon
te uenit, ſed ab aliis adducitur: & ducit̃ manu CHRI
STI, & educitur extra uicum: & alibi recipit uiſum,
qui diu apud ſuos longam ſui pertulerat orbitatem:
& expuit in oculos eius: & iteratur diuinæ manus im
poſitio: & cui uidere extra domum datur, quid uide-
rit, quomodo uiderit, per quem uiderit, ſuis dicere
non donatur. Fratres Cæcus iſte eſt Iudæus, qui in
Synagoga, hoc eſt in perfidiæ domo, & in uico, hoc
eſt in conuentu malignantium, ignorantiæ cæcitate
tenebatur, & ſedebat oppreſſus. Hinc eſt ꝙ nõ uenie-

bat ad CHRISTVM,ſed uenit ad eum CHRISTVS
& apprehendit manum eius, ut dono uocantis, non
beneficio legis , non proprio curatũ ſe gloriaretur
arbitrio.Educit eum foras,ut in Eccleſia lucem fi/
dei uideat per libertatem gratiæ, qui ſub legis
uelamine nil uidebat. Imponit ei primum
manũ, ut uideat tranſire umbram legis :
ut ſacerdotes, ſcribas, phariſæos, & fi/
guram totam Iudaicæ obſeruantiæ
uideat uelut arbores præterire:q̃
ut naſcuntur,uireſcunt, flore/
ſcunt,fructificant in tẽpore,
ſic cũ tẽpore ſeneſcũt:pe
reunt:euaneſcũt.Iterũ
imponit ei manũ,
ut reſurgens nõ
iam caduca
uideat,ſed
æterna:
& ui/
de/
at qcqd
eſt diuini lu/
minis, honoris,&
gloriæ:ſicut ille magnus ex
ipſis Paulus,qui extra uicũ,& in
uia Iudæus cecidit,cecidit,ut reſur/ Act.9.
geret Chriſtianus:& cæcatus eſt i lege,
ut uideret in gr̃a:ſicut ab ipſo perhibetur. Nũc ui/ i.cor.13.
demus i ſpeculo,& in ænigmate : tũc aũt uidebimus
facie ad faciẽ,Tũc,qñ qđ ſepultũ eſt in morte,ſurget
in uita:& quicqd ſatũ eſt in cõtumelia,ſurget in gl̃ia.

IO.BAPTISTA PHAELLVS BONONIEN.
BONONIAE IMPRESSIT, III.
KAL. IVNII. M. D.
XXXIIII.

REGESTVM.

+ A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll
Mm Nn Oo PP Q q Rr
Oẽs ſunt quaterni

Digitized by Google

ERRATA GRAVIA.

Folio.	Facie.	Linea.	
8.	2.	27.	propria uoluntas
9.	1.	17.	dele,nec
13.	1.	19.	hydrops
31.	1.	26.	præſcribunt.
36	1.	25.	in cordibus ſcribarum
36.	2.	31.	uiſu deteſtanda
41.	2.	13.	alienorum
41.	2.	15.	dolet,triſté,ĩhonorũ eẽ,q̄le ẽ ĩ pꝛ
45.	1.	26.	expeditos reddat, ꝑpetua patria¢
56.	2.	8.	in Apoſtolum
81.	1.	24.	ĩ margine, Nu.20. Exo.24.&.35.
96.	1.	18.	dele,ſaltem
96.	2.	22.	DE EODEM.
138.	1.	17.	conſecutus eſt per naturam.
141.	2.	20.	DE EADEM.
175.	2.	13.	ad Phariſæi prandiũ ueniſſe xp̄m
188.	1.	7.	hoc totam
208.	1.	27.	largiturum,q̄
210.	2.	25.	plane ſuccurrit:
220.	1.	13.	PRIMVS HOMO ADAM IN
221.	1.	5.	dele in margine, 1.Cor.13.
222.	1.	5.	dele in margine, 1.Cor.13.
222.	1.	25.	diſponis¢
226.	1.	1.	dele in margine, Ro.12.
227.	1.	16.	mors pauperis totam
230.	1.	18.	gremio¢ chaos¢ beatorum¢
230.	1.	23.	dele,illum
235.	1.	1.	ſublimitas ad ruinam.
235.	2.	18.	accuſator¢
241.	2.	5.	traditur adulteræ:
248.	1.	25.	adde in margine, ✠.

VA1 1529792

Digitized by Google

Digitized by Google

164
a
10

Digitized by Google